3 1761 07833913 2

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/thesaurusresolut34cath

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SAC. CONGREGATIONIS
CONCILII

Quae prodierunt Anno MDCCLXV.

Rmo P. D.

PHILIPPO M. PIRELLIO

ARCHIEPISCOPO DAMASCENO

SECRETARIO.

TOMUS XXXIV.



ROMAE MDCCLXV.

EX TYPOGRAPHIA BERNABÒ, ET LAZZARINI.

SUPERIORUM FACULTATE.

BX
1935
A36
c.34-35

LIBRARY
SEP 5 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sacra Congregatione Concilii propoſitæ fuerunt anno 1765.
Per Diœceſes diſpoſitus.

A

ÆSina Capellaniæ 23. Martii *pagin.* 46.
Æſina Capellaniæ 18. Maii *pag.* 77.
Albinganen. 24. Aug., & 28. Septemb. *pag.* 148., & 154.
Albintimilien. reductionis Miſſarum 3. Febr., & 2. Martii *pag.* 24. & 31.
Amalphitana Ordinationis 13. Julii *pag.* 121., & 3. Aug. *pag.* 126.
Aquinaten. Parochialis 19. Janu. *pag.* 1., 2. Mart. *pag.* 31., & 18. Maii *pag.* 76.
Aſculana Parochialis 2. Martii *pag.* 32.
Auximana venditionis bonorum 9. Februarii *pag.* 26., & 2. Martii *pag.* 31.
Auximana 18. Maii *pag.* 81., & 8. Jun. *pag.* 89., 23. Novemb. *pag.* 185., & 14. Decemb. *pag.* 189.

B

BArcinonen. Proceſſionis 13. Julii *pag.* 118., 3. Aug. *pag.* 126.
Barcinonen. 28. Septemb. *pag.* 155., & 23. Novemb. *pag.* 161.
Bononien. 27. April. *pag.* 97., & 18. Maii *pag.* 75.
Bononien. 8. Junii *pag.* 37., & 13. Julii *pag.* 114.
Brixien. irregularitatis 19. Jan. *pag.* 1.

C

CAmerinen. ſeu Fabrianen. 24. Auguſti *pag.* 138., & 28. Septembr. *pag.* 154.
Ceſenaten. 19. Januar., & 9. Febru. *pag.* 4. & 19.
Civitatis Caſtellanæ taxæ funeralis 13. Julii *pag.* 118., & 3. Aug. *pag.* 126.
Colonien. 8. Junii *pag.* 102., 13. Julii *pag.* 110., & 3. Aug. *pag.* 125.
Comen. Translationis 23. Novembr. *pag.* 180. & 14. Decembr. *pag.* 183.
Corduben. 14. Decemb. *pag.* 201.

D

DErthonen. diſmembrationis 14. Decembr. *pag.* 192.

E

EMbricen. jurium Canonicalium 19. Januarii *pag.* 14., & 9. Febr. *pag.* 21.
Eugubina 27. April. *pag.* 72., & 18. Maii *pag.* 76.

F

FErrarien. ſubſidiorum Dotalium 14. Decembr. *pag.* 189.
Firmana 9. Febr. *pag.* 28., & 2. Martii *pag.* 32.
Florentina 18. Maji *pag.* 86., & 8. Jun. *pag.* 89., 24. Auguſt. *pag.* 151. 28. Septembr. *pag.* 154., & 23. Novembr. *pag.* 161.
Forolivien. 19. Janu. *pag.* 1.
Forofempronien. 2. Martii *pag.* 39., & 23. Martii *pag.* 43.
Fulginaten. 27. April. *pag.* 60.

G

GNeſnen. unionis 23. Martii *pag.* 55. & 27. April. *pag.* 59.

Leo-

L

LEodien. prorogationis indulti 19. Janu. *pag.*12., & 9.Febr. *pag.*20.
Leodien. 24. Aug. pag. 132., & 28. Sept. *pag.*153.
Leodien. viſitationis 24.Aug.*pag.*146. & 28. Sept. *pag.*154.
Leopolien.19.Janu. *pag.*18., & 9.Feb. *pag.* 21.

M

MEdiolanen. 23.Novembr.*p.* 169., & 14.Decembr. *pag.* 188.

N

NEpeſina Capellaniæ 23. Martii *pag.* 56., & 27. April.*pag.*60.
Novaricn.23.Novembr.*pag.*173.& 14. Decembr. *pag.*188.
Nullius Nonantulæ 2.Martii *pag.*33.

O

OSnabrugen. diſpenſationis 19.Januarii *pag.* 1.

P

PAcen. 24. Aug. *pag.* 141., & 28. Septembr. *pag.*154.
Panormitana 23. Martii *pag.* 53., & 27. April.*pag.*59.
Peruſina reductionis 23.Martii *pag.*50. & 27. April. *pag.*59.
Piſauren. 18. Maji *pag.*83., & 8.Jun. *pag.* 89.

R

RAvennaten. ſubſidiorum dotalium 23. Novembr. *pag.* 177., & 14. Decembr. *pag.*188.
Regien. 13. Julii *pag.*110., & 3. Aug. *pag.*125.
Romana funerum 9. Febr.*pag.*22., & 2. Martii*pag.* 31.

S

SAlutiarum irregularitatis 8. Jun. *pag.*100., & 13. Julii *pag.* 110.
Segobricen. indulti 19. Jan. *pag.* 9. & 9. Febr. *pag.*20.
Senogallien. 8. Junii *pag.* 92., & 13. Julii *pag.* 109.
Senogallien. Procurationis 14. Decembris *pag.*197.
Setina 27. April. *pag.*63., & 18. Maii *pag.* 75.
Spiren. Canonicatus 23.Martii *pag.*48. 3.Aug.*pag.*126.,& 24.Aug.*pag.*132.
Spoletina congruę 23.Novemb. *p.* 166.

T

TArraconen. 23.Martii *pag.*42.
Taurinen. 27. April. *pag.* 71., & 18. Maji *pag.*76.
Tranen. taxæ 2. Maji *pag.*36., & 23. Martii *pag.*42.
Tuſculana 8. Junii *pag.* 89.

V

VAden. redditionis rationis 3.Aug. *pag.* 127., 24. Aug.*pag.*132., & 28. Sept. *pag.*153.
Vaden. ſupellectilium 3.Aug. *pag.*129. 24. Aug. *pag.*132., & 28. Septemb. *pag.* 153.
Vicen. 8. Junii *pag.* 106., 13. Julii *pag.*110., & 3. Aug. *pag.*125.
Viterbien. Capellaniæ 23. Novembris *pag.*161.

Die Sabbati 19. Januarii 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

QUÆ fuit poſtrema elapſo anno *die 15. Decembris* Congregatio, de ſex tantum cauſis judicavit. Reliquæ nunc cum aliis proponuntur.

OSNABRUGEN. DISPENSATIONIS.
An ſit locus diſpenſationi, in caſu &c. *Seſs. 22. cap. 21. de Reform.*

Negative.

BRIXIEN. IRREGULARITATIS.
An ſit locus diſpenſationi ab irregularitate, in caſu &c. *Seſs. 14. cap. 7. de Reform.*

Negative.

FOROLIVIEN.
An ſit relaxanda ſupplicatio, in caſu &c. *Seſs. 25. cap. 5. de Reform.*

Affirmative.

AQUIN. PAROCHIALIS. Vacante eccleſia parochiali Beatæ Mariæ in Cœlum Aſſumptæ *Caſtricœli* nuncupat., cujus curæ bina oppida *Caſtricœli*, ſeu *Palatioli*, & *Collis* in diœceſi Aquinati ſubſunt; ex ſeptem, qui ad concurſum iverant, duo tantum a quatuor examinatoribus approbati ſunt *Secundinus Groſſi* e *Palatiolo*, & *Thomas Baſi* e *Roccaſicca* ejus diœceſis. Epiſcopus elegit *Thomam Baſi*, & literas ad Eminentiſſimum Prodatarium, ut moris eſt, ſuæ electionis tranſmiſit. Magnæ tunc excitatæ ſunt turbæ a fautoribus *Secundini* contra *Baſium* externum hominem; ſed clamores non effecerunt, ut literæ Apoſtolicæ *Baſio* non darentur. Nunc de hac controverſia in Sac. Congregatione diſputatur, utraque etiam Communitate locorum jura *Groſſi* *Seſs. 24. cap. 18. de Reform.*

acriter tuente; dum interim eccleſia tertius excurrit annus, quo miſere viduata paſtore eſt.

Ait *Baſius* Apoſtolicas literas veritatem expoſitorum ſine ulla dubitatione præſeferentes, eſſe omnino exequendas *Roſ. de execut. liter. Apoſt. par.1. cap.6. num.242. Garzias de Benef. par.6. cap.2. num.157.*, præſertim ne interea eccleſia mercenariis relinquatur *Rot. coram Lancett. deciſ.1069. num.1. & in Interamnen. Parochialis* 18. *Martii* 1763. §.3. *cor. Herreros*.

Epiſcopi judicium, ac electionem ſummi eſſe ponderis, juſtiſſimam omni caſu exiſtimandam *Card. de Luc. ad Conc. Trid. diſc. 22. num.2. Pax. Jordan. lucub. Can. lib.10. tit.8. num.122.*, niſi clariſſime error, frauſque, & dolus probetur *Rot. cor. Burat. deciſ.22. num.31.*, *coram Auſald. deciſ.429. num.19. Firmana Parochialis 26. Junii 1752. §.5. coram Emo Molin.*, *& Bened. XIV. in littera Encyclica inſerta in ſuo Bullar. tom.1. conſt.68. num.11.*

Suam majorem doctrinam clareſcere ex concurſu ipſo. Suas qualitates exornat, experientiam, & prudentiam. Tum in diœceſi, tum in Urbe confeſſarium egiſſe; adjuvaſſe parochos; ac non ſolum in ea diœceſi pro aliis parochialibus approbatum, ſed etiam, quod maxime ponderandum eſt, Romæ ab examinatoribus cleri pro vacante cura inſignis eccleſiæ *S. Mariæ ad Martyres*.

Groſſium contradictorem paria non habere merita. Juſtiſſime, ſe ab Epiſcopo prælatum; nec niſi per calumnias, & Romæ, & alibi retardatam literarum executionem. Non attendendam *in Groſſio* qualitatem municipalis *Rot. coram Falconer. deciſ.5. num.10. de ſent. & mand. coram Herrer. deciſ.118. num.2. Compoſtellana Parochialis* 12. *Martii* 1756. §. *Quod adeo coram Emo Buſſio*. Aptiorem omnino indiſcriminatim eligendum eſſe *cap. Decorem 5. de Inſtit. Lambertin. de Jurepatr. part.1. lib.2. art.24. quæſt.7. num.18. Rot. deciſ.217. num.6. part.17. Recent.*, & præcipue pro animarum cura. Hanc fuiſſe ſemper Eccleſiæ doctrinam: multo magis dum de ejuſdem diœceſis alumnis agitur. Contemnendos autem clamores, turbaſque non bonis artibus a contradictoris conſanguineis motas, qui patruum habuit priorem parochum, patrem habet medicum non infimæ apud ſuos auctoritatis, cujus non parum intereſt ne bona parochiæ e familia exeant, & cujus opera Communitas in ſcenam venit. Rem mali exempli eſſe. Suos etiam, & quidem non perpaucos inibi fautores habere.

Secundinus autem Groſſius, uti irrationabile judicium Epiſcopi taxat. De ſe, de ſua origine multa prædicat; ſe idcirco omnino præferendum fuiſſe, atque eſſe nunc, ſpeciatim dum de ſui populi cura agitur *Piton. diſcept. Eccleſ.109. num.20. Barboſ. ad Conc. Trident. ſeſs.24. cap.18. ſub num.130. Rot. coram Burat. deciſ.22. num.29.*

Addit

Addit ſe acceptiſſimum omnibus, una voce ab omnibus poſtulatum, ideoque utiliorem futurum, quam inviſus, atque exterus *Vivian. de Jurepat. lib.2. cap.9. num.18. Monacel. tom.2. tit.15. num.21. Rot. coram Burat. deciſ.551. num.6. Rot. coram Anſald. deciſ.269. num.7.,& in Firmana Parochialis 26. Junii 1752. num.14. coram Emo Molino.*

Utraque Communitas contra *Baſſum* populi univerſi odium oſtentat. Plura, & in jure, & in facto de hac indignatione, & odio cumulat; cauſam juſtæ oppoſitionis narrat. Multa in illum conjicit. De utroque comparationem facit; ſuum *Groſſium* amplectitur, de eo ſupplicat. Longum eſſet repetere, quæ ex ſcriptis circumferendis videnda ſunt.

Epiſcopus de re hæc dicit. *Mihi igitur utriuſque libratis requiſitis, qualitatibus expenſis eundem Baſi utpote dignorem, in Domino præligere viſum fuit, atque ad S. Sedem, ejuſque Apoſtolicam Datariam pro gratia remittere datum. At exorta inter ipſos approbatos lite, eaque ad iſtam Sacram Congregationem deducta, excelſi ejus Senatus, an bene nec ne judicaverim, ſapientiæ, & cenſuræ me ſubjicio. Illud ſolum mihi dicere fas ſit, non præcipitanter, non aliqua obumbratum paſſione, ſed omni potius humano poſthabito reſpectu, Deoque tantum præoculis habito ad hujuſmodi præelectionem proceſſiſſe. Quam autem dicto Secundino ejuſque familiæ, & plurimis inſuper civibus utriuſque Communitatis iſthæc diſplicuerit præelectio, ſequens inter alios declaravit ſucceſſus. Nonnullis tranſactis diebus, & proprie ſub die 19. ejuſdem Decembris, viginti, & ultra cum dictorum locorum binis Officialibus Homines, turmatim coram me, & faſtidioſe, ne dicam, impudenter ſe ſiſtere non dubitarunt, preceſque a circiter centum aliis ſubſcriptas per quas Eccleſiam conferendam eidem Groſſi, non autem præfato Baſi, utpote eorum non grato* Populis *poſtulabant exhibentes. Ego vero, cum jam meo functus fuerim officio, preces rejicere, eaſque e meo dimittere conſpectu paſſus fui. Sed quid? Iniquo animo talia ferentes, petulantes, diſcedentes, verba minacia proferentes, geſtuſque inhumanos contra Baſi peragentes, quatenus eccleſiam obtinuiſſet eos videbam, adeo ut preces illas recipi in mea Cancellaria conſilii boni pretium duxerim, animo* iſthæc *ſtatim tranſmittendi Emo SS. D. N. Prodatario per me in Urbe negotia gerentem exhibendas.* Placet *hic aliqua ſubtexere, quæ non incongrua negotio eſſe videntur. A longo jam tempore in eodem Oppido Palatioli prædicta familia Groſſi inter principales, ſatiſque commodas numeranda, diſſidia, & ſimultates cum quibuſdam, cæteroquin paucis familiis patitur, quibus nec per paſtoralia officia, nec per Miſſionariorum zelum, nec per amicorum partes fas fuit obviare. Hinc factum, eſt, quod uti contra defunctum Parochum prætendentis Patruum, ita contra hunc malum fovent animum, ipſum recuſant, ac Baſi adhærent.* Non inopportunum erat, ut ante oculos hæc haberentur.

Synodus Tridentina ait : *peracto deinde examine* RENUNCIENTUR *quotquot ab his idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre.*

De judicio examinatorum, quod ambos approbaverint, non dubitatur; quemadmodum nec de judicio Episcopi, quod *Basium* inter duos elegerit. Judicio Episcopi ad Urbem transmisso, re cognita, literæ *Basio* Pontificiæ datæ sunt. De narratorum Pontifici veritate non ambigitur. Querelæ, antequam literæ darentur, propositæ, ac rejectæ sunt. Summa inquisitio rei videtur nunc, quid faciat hæc, quæ prædicatur recusatio populi; unde veniat; quanti sit æstimanda, quamque animadversionem ex facto mereri debeat.

Ad rem faciunt notata per *Lambertin. de Jurep. part.2. lib.2. quæst.2. art.11 num.9. Rot. coram Lancett. decis.1069. num.16. & 24. coram Falconer. de Jurep. decis.47. num.5., & 9. Resolutiones S. Congregationis in Regien. lib.1. decret. pag.81. in Pisana 14. Decembris 1630. lib.14. Decret. pag.363. in Militen. 15. Octobris 1644. lib.17. decret. pag.363., & in Civitatis Ducalis 26. Aprilis 1653. lib.19. decret. pag.244.*

EE. PP. sua, qua ornantur doctrina, prudentiaque viderint quid in hisce rerum circumstantiis censendum sit. Disceptatur

An constet de irrationabili judicio Episcopi, in casu &c.

Dilata, & ad mentem.

Sess. 21. cap. 7. de Reformat.

CÆSEN. De pluribus controversiis, quas clerus, populusque oppidi *S. Victoris* in Cæsenati diœcesi fecerat suo archipresbytero *Joanni Baptistæ Casali*, anno 1752. *die* 1. *Septembris* Episcopus judicavit. In uno, scilicet de refectione fornicis turris sacræ non placuit archipresbytero sententia; aliis prope displicuit universa. Hinc utriusque partis querelæ ad Sac. Congregationem delatæ in judicium veniunt.

Necessarium est scire, quid Episcopus dixerit: *Quoad primum caput, quemadmodum statutum est in Synodo Diœcesana bon.mem. R. P. D. Fontana sub cap. = delle sepolture in apendice = solvendum esse Parochis ruralibus julium unum supra eelemosynam aliorum Sacerdotum occasione decimarum defunctorum, ita dixit, & declaravit licuisse, & licere D. Archipresbytero Ecclesiæ S. Victoris exigere eamdem summam julii unius supra eleemosynam aliorum Sacerdotum etiam occasione officiorum, & festivitatum, quæ in ejus Parochiali Ecclesia, eique adnexis Oratoriis celebrantur ex identitate rationis, & ita &c. omni &c.*

Quoad

Quoad ſecundum caput menſuram vulgo Bernarda, quæ dictus Dominus Archipreſbyter utitur, pro acquieſcentia dumtaxat Populi dictæ Pareciæ campionari, & quatenus opus ſit reduci ad tenutam Synodalem librarum viginti duarum frumenti per Apaltatorem publicum menſurarum cum aſſiſtentia mei Cancellarii infraſcripti, illamque bullari ſigillo hujus, & ita &c. omni &c.

Super tertio capite: Quoad electionem trium Priorum Confraternitatis SSmi Sacramenti erecta in dicta Eccleſia Parochiali dixit & decrevit eligi de biennio in biennium per ſortes juxta ſolitum, & quoad petitum per Parochianos depoſitarium mandavit prævia imbuſſulatione Capitum familiarum dictæ Pareciæ electionem ſingulis bienniis eodem modo, ac forma faciendam eſſe, præſtita per dictum depoſitarium pro tempore extrahendum idonea cautione, & facta obligatione de reddenda ratione quolibet anno D. Archipresbytero, ac Prioribus pro tempore, & ita &c. omni &c.

Quoad quartum dixit, & decrevit ex libro vulgo Vacchetta in Eccleſia S. Victoris ordinate retenta ab anno 1677. uſque ad annum 1762. D. S. Illuſtriſſimæ, & Reverendiſſimæ originaliter exhibita, conſtitiſſe, & conſtare de fideli erogatione omnium eleemoſynarum a Populo factarum pro ſuffragio animarum purgantium, & propterea inſtantiam pro parte dicti Populi promotam pro prætenſa exhibitione notulæ juratæ rejecit, & pro rejecta haberi voluit, & mandavit, & ita &c. omni &c.

Quoad quintum caput mandavit ſervari conſtitutionem ſynodalem editam anno 1737. ſub titulo = de Parochis cap. 4., & quoad alios Sacerdotes Parochianos invitandos fore, & eſſe ad intereſſendum ſepulturis, ſeptimis, officiis, feſtivitatibus, aliiſque functionibus eccleſiaſticis arbitrio Domini Archipresbyteri pro tempore dictæ Eccleſiæ S. Victoris, & ita &c. omni &c.

Super ſexto capite ſalvis juribus hinc inde &c. quoad onus reaptandi fornicem, ſeu tegumentum vulgo cuppola *campanilis dictæ eccleſiæ S. Victoris, cujus campanæ ſunt de juribus populi, nec Parochus ex illis ullum recipit emolumentum juxta conſtitutiones ſynodales pro hac vice tantum, mandavit dictum fornicem, ſeu tegumentum reaptari, ac reſtaurari ſumptibus communibus, nempe pro medietate ſumptibus Populi, & pro altera medietate expenſis D. Archipreſbyteri, & ita &c. omni &c.*

Quo vero ad ſonitum campanarum tam pro miſſis celebrandis, quam alia de cauſa, & occaſione, mandavit ſervari ſolitum, & quoad libertatem celebrandi miſſas per Sacerdotes Parochianos petitam, declaravit dictam prætenſam libertatem eis non competere, niſi cum venia, & debita dependentia D. Archipresbyteri pro tempore, & ita &c. omni &c.

Ex his ad undecim capita eſt controverſia omnis redacta, quæ diſtincte inferius apponuntur.

Ad I. inquiunt parochiani decretum de exigendo julio *in ſeptimis* ab archipresbytero, injuſtum eſſe. Synodum Epiſcopi *Fontana*, quæ hanc exactionem prius permiſerat, uſu receptam non fuiſſe: præterea illam loqui *de ſeptimis* defun

defunctorum tantum ; nunc extendi exactionem ad *officia*, ac *festivitates*, & quæ non solum in ecclesia parochiali, sed in annexis oratoriis celebrantur. Testes, qui de hac exactione ante decretum affirmant, deceptos, ac mendaces esse.

Ad II. maxime esse consentaneum æquitati, ut suo ordine invitentur presbyteri, qui in aliis rebus sine ulla mercede parochum adjuvant, & communi ecclesiæ inserviunt. Esse consentaneum consuetudini, quæ de ea re in loco habetur. Synodum idcirco *Vrselliam* anni 1737. non attendendam. Præterea etiam in ea Synodo præscriptum fuisse, ut cives præferantur exteris.

Ad III. inauditum hucusque esse, presbyteros ecclesiæ celebrare non posse sacra, nisi qualibet vice impetrarint veniam a parocho ; quemadmodum nec *campanas*, quæ populi sumptibus conflatæ sunt, ac servantur, pulsari posse. Non esse eas res de juribus parochialibus.

Ad IV. dolosam, atque ampliorem mensuram ab Archipresbytero pro *decimis* suppositam, ad veterem, & justam reducendam esse :

Ad V. idcirco omni jure injuste percepta restituenda.

Ad VI. teneri ad instaurandam fornicem *campanilis* archipresbyterum, qui pingues reditus suæ præbendæ habet *Canon. si Monachus cauf.* 16. *quæst.* 1. *Barbos. de offic. & potest. Paroch. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. *Card. de Luca in Miscell. disc.* 29. *num.* 2. *Rot. in Recent. decis.* 504. *num.* 1. *& 2. part.* 19. parochianos vero nonnisi in subsidium. Hodiernum ipsum archipresbyterum hæredes sui decessoris ad turrim *campanariam* sulciendam coegisse. Iniquum esse, ut sibi ipsi dicere jus detrectet, quod aliis dixit.

Ad VII. de distributione candelarum in festo Purificationis B. Mariæ Virginis, veterem usum esse, & hanc distributionem inter parochialia onera recenseri :

Ad VIII. hinc propterea proficisci, vel omissas distributiones supplendas, vel pecuniam in pios usus erogandam.

Ad IX. sodalitium sanctissimi Sacramenti ab anno 1610. Apostolica auctoritate erectum, ab eo tempore suum usum retinuisse eligendi duos *revisores*, *ac depositarium*, qui sine ulla mercede sodalitio inserviunt :

Ad X. hinc difficillimum esse invenire *depositarium*, qui, sine ulla mercede, caveat. Nullum periculum imminere, cum soli patres familias bona possidentes in sortem mittantur.

Ad XI. denique justum esse, ut qui, & eleemosynas, & oblationes percepit, de earum erogatione doceat, vel saltem juret.

Alia ex parte archipresbyter, de I. allegat Synodum 1737., & consuetudinem suorum decessorum, quam probatam contendit: allegat, & rationem optimam esse majoris exactionis.

Ad II.

Ad II. affert præteritas Synodos 1638., & 1693. Se non repugnare ait, ut præferantur, qui eccleſiæ inſerviunt; de cæteris vero, qui nullum eccleſiæ ſervitium præſtant, arbitrium archipresbyteri de jure eſſe.

Ad III. Se eſſe rectorem eccleſiæ. Non poſſe in ſua eccleſia alios, ſine ſuo permiſſu ſacra agere, vel *campanas* pulſare. Turrim claudi, ut vitentur in poſterum furta, quæ alias accidiſſe refert.

Ad IV. Negat exceſſum menſuræ:

Ad V. Hinc nihil reſtituendum, cum nihil injuſte acceperit.

Ad VI. fornicem turris *campanariæ* valde diverſo jure cenſeri a reparatione eccleſiæ, & domus parochialis. *Campanas* commodo populi conſtructas, ab eodem cum ſua turri ſervandas. Populum ſua pecunia ſemper hæc omnia peregiſſe. Reditus parochiales exiguos in ſumma ſcut. 60. 64. congruam conciliarem non attingere.

Ad VII. contra jus canonum eſſe, ut parochus vi cogatur ad diſtributionem candelarum. In aliis eccleſiis parochialibus ejus vicinitatis, & diœceſis eam non fieri, vel fieri ære proprio ſodalitiorum:

Ad VIII. hinc, ait, nihil reſtituendum eſſe, quod præſtare non cogebatur.

Ad IX. ab anno 1680. quolibet biennio electionem factam fuiſſe.

Ad X. cautionem eſſe neceſſariam, ne bona ſodalitii dilapidentur.

Ad XI. negat eleemoſynas, atque oblationes percepiſſe. Si quid perceptum fuerit a capellano *Miſſa*, illum vocandum fuiſſe. Hæc ex utriuſque partis rationibus excerpſiſſe hic ſatis ſit.

De I. videndum eſt an augmentum in ſolis *ſeptimis* defunctorum conceſſum antea, jure extendatur ad alia, in quibus parochus nihil, vel ratione majoris dignitatis, vel conſuetudinis præter communem taxam percipere poteſt, & præſertim extra ſuam eccleſiam. Ad rem facit *Rot. in Alexanen. 28. Aprilis* 1747. §. 4., & 5. *coram Cortada*, & *in Senonen. ſuper primo dubio 3. Junii* 1747. §. 3. *coram Luna*, *Sac. Congregatio in Comex. Jur. Paroch. 9. Junii* 1713.

De II. ponderandum quale arbitrium debeat relinqui parocho pro æquo, & bono. *Rot. diverſ. part. 1. deciſ. 413. num. 1. Rot. coram Molin. deciſ. 772. num. 62.*, & *Sacra Congr. in Nullius, ſeu Montis Caſini 25. Januarii* 1726. Quemadmodum, & de III. conſiderandum quid parochus in rebus ejuſmodi juris habeat. De IV., & V. quæſtio in facto eſt.

De VI. advertendum *campanas* inſtitutas fuiſſe non ſolum ad convocandum populum, ſed ad alios uſus eccleſiæ, cujus reditus parochus percipit. Viden. *Monacel. formul. regul. in ſupplem. ad 3. tom. tit. 2. form. 8. num. 112.*, *Manſ. tom. 3. conſult. 248. num. 17.*, & *ſeq. Tondut. quæſt. Benef. tom. 1. part. 2. cap. 38. num. 14.*, & *tom. part. 3. cap. 133.*

De VII.,

De VII., & VIII. distributionem candelarum ex consuetudine inductam fuisse certum est *Castropal. de decim. primit. tract. 10. disp. un. punct. 17. num. 4. Pax Jordan. de re benefic. tom. 2. lib. 10. tit. 13. num. 28. Petra ad Const. Apost. Anast. IV. const. 1. num. 54.* An necessario servanda sit ex perpetuo Italiæ usu viden. *Riccius part. 4. resolut. 296. num. 6. Capon. discept. 77. num. 7. tom. 1. Berbos. cap. 24. de Paroch. num. 6.*

De IX, & XI. quæstio similiter ex facto est. De X. autem considerandum an ex præteriti temporis experimento nova hæc in *depositariis* cautio demandanda sit.

Ad EE. PP. pertinet decernere

I. *An liceat Archipresbytero exigere julium unum supra eleemosynam aliorum Sacerdotum, tam in septimis defunctorum, quam in aliis officiis, & festivitatibus: & tam in ecclesia parochiali, quam in aliis ecclesiis, & oratoriis posit. intra limites suæ Parœciæ, in casu &c.*

II. *An Archipresbyter teneatur invitare Sacerdotes Parochianos post Parochos suæ Congregat onis ordine antianitatis, vel vicinitatis, & prælative ad Sacerdotes exteros in funeribus, septimis, officiis, festivitatibus, aliisque functionibus ecclesiasticis, in casu &c.*

III. *An Sacerdotes teneantur petere licentiam ab Archipresbytero tam pro celebratione missarum, quam pro sonitu campanarum, in casu &c.*

IV. *An sit locus reductioni mensuræ pro exactione decimæ, in casu &c.*, & quatenus affirmative.

V. *An Archipresbyter teneatur restituere excessive perceptum, in casu &c.*

VI. *An Archipresbyter ære proprio teneatur ad reaptationem fornicis campanilis suæ Parochialis ecclesiæ, in casu &c.*

VII. *An Archipresbyter teneatur ære proprio distribuere populo candelas die Purificationis B. Mariæ Virginis,* & quatenus affirmative.

VIII. *An teneatur supplere distributiones non factas, seu potius illarum pretium in usus pios a Sacra Congregatione destinandos, in casu &c.*

XI. *An duo priores, & depositarius Ven. Canfraternitatis Sanctissimi Sacramenti annuatim, & per sortes, ac prævia imbussulatione capitum familiarum possidentium sint eligendi, in casu &c.*

X. *An depositarius eiusdem Confraternitatis teneatur præstare cautionem pro sua administratione, in casu &c.*

XI. *An sit locus exhibitioni notulæ juratæ pro perceptione, & erogatione eelemosynarum a populo subministratarum, & ab archipresbytero erogat., in casu &c.*

Non proposita cum reliquis.

SE-

SEGOBRICEN. INDULTI. Eccleſia *Segobricenſis* duas habet pro ſuis canonicis diſtributiones, unam, quæ medietatem fructuum comprehendit, cui acquirendæ ſatis eſt, ut canonicus novem menſium ſpatio interſit. Eam *canonicalem*, & vulgo *groſſam* dicunt, ac pro rata bis in anno diſtribuunt. Alteram *manualem*, ſeu *minutam*, quæ datur iis, qui interſunt choro, & divinis officiis pro qualibet hora *canonica*, *miſſa*, *anniverſario*, *proceſſione*, *renovatione ſacramenti in qualibet feria quinta*, & ſimilibus. Ea non in diem, ſed diſtribuitur ſingulo quadrimeſtri. *Seſs. 24. cap. 12. de Reformat.*

Veteri Eccleſiæ uſu factum erat, ut infirmi, extra civitatem degentes, nihil de quacumque diſtributione perciperent; omnia cum in civitate eſſent, haberent. Clemens VIII. *anno* 1601. ſuis literis ſtatuit tam *eos canonicos præſentes in loco quamvis infirmos, ac alios, qui de medicorum conſilio extra civitatem alio ob aeris temperiem ad recuperandam valetudinem ſe conferre voluerint &c. ad groſſam, & canonicales percipiendos pro præſentibus habeantur, prout alii canonici ægroti in civitate degentes habentur*. Nihil vero loquutus eſt de *manuali*, ſeu *minuta*, quæ priſtinum uſum retinuit ſemper.

Honuphrius *Oller*, jam a quadrageſimo quinto anno canonicus, ſupplicavit, *ut attenta meritorum ſuorum cumulo erga dictam Eccleſiam, & attento etiam, quod jam per ſexennium ratione ſuarum infirmitatum quamvis non reſidens in choro, & eccleſia, inter præſentes nihilominus habetur, ipſum a locali quoque reſidentia diſpenſare benigne dignetur, ut unico quod remanet ſuis malis remedio ſecedendi ſcilicet in civitatem Valentinam, ibique permanendi abſque ulla canonicalium obventionum jactura frui poſſit, & valeat.* Sac. Congregatio die 24. Julii 1762. ad triennium petitis annuit.

Sed cum poſtea *manualis* diſtributio poſt quadrimeſtre canonico denegaretur a capitulo, quod prius conſenſerat, atque a Vicario generali canonico, ipſoque Epiſcopo, qui Sacræ Congregationis literas acceperat antea, ac executioni mandaverat; ideo Oller adire coactus eſt Sac. Congregationem, quæ die 4. Maii 1763. mandavit Epiſcopo, *ut præfigeret Capitulo terminum ad deducendum jura ſua in Sacra Congregatione, non retardata interim executione Indulti, & ad eumdem effectum curaret juris remediis capitulum omnino præſtare Oratori fructus, & diſtributiones ad formam ejuſdem Indulti.*

De hujus privilegii interpretatione, atque executione nunc agitur. Hæc tantummodo dicenda erant, antequam de cauſa pertractaretur: reliqua ex monumentis, & *relatione* Epiſcopi videnda ſunt.

Ad cognoſcendum de cauſa pertinet, ut inſpiciatur, quid Sacra Congregatio indulſerit; quis fuerit conſenſus capituli; quid Epiſcopus, dum literas exequutus eſt, dixerit.

Literæ Sacræ Congregationis habent: *attenta atteſtatione Or-*

dinarii Segobricen. benigne commiſit eidem, ut veris exiſtentibus narratis, & accedente conſenſu Capituli pro ſuo arbitrio, & conſcientia Oratori prædicto indulgeat, ut à reſidentia ſui canonicatus per triennium proximum tantum ex cauſa præmiſſa abeſſe poſſit, & interim omnes fructus, & diſtributiones quotidianas percipere, perinde ac ſi choro, & officiis divinis perſonaliter intereſſet.

Capitulum ſuper propoſitis literis die 8. *Novembris* 1762., nemine diſcrepante, aſſenſum eſt: *atteſo l'eſſer certi li motivi, e la grazia, conforme alle diſpoſizioni canoniche, e ſi dà il conſenſo, come ſi richiede nel reſcritto della S.Congregazione, e come de jure compete al molto illuſtre capitolo, cioè per il tempo di tre anni ſucceſſivi, e proſſimi a venire ſolamente.*

Epiſcopus Segobricen. die 12. ejuſdem *menſis* decretum edidit: *Indulgemus D. Honuphrio Oller presbytero, & canonico dictæ noſtræ cathedralis Eccleſiæ Segobricen., ut a reſidentia ſui canonicatus per triennium proximum tantum ex cauſa ſuæ malæ valetudinis abeſſe poſſit, & interim gaudendo privilegiis deſcriptis in jure favore ſenium, debilium, & ægrotantium omnes fructus, & diſtributiones quotidianas ſui canonicatus, & præbendæ percipere, perinde ac ſi choro, & officiis divinis perſonaliter intereſſet* (JUXTA TAMEN ET FORMAM, ET STYLUM EJUSDEM ECCLESIÆ) *quod indulgemus, & diſpenſamus omni meliori modo, quo poſſumus.*

Ait itaque Canonicus ſe petiiſſe, ut liceret ſibi ſecedere in patriam, ibique permanere, ſine *ulla canonicalium obventionum jactura*. Sacram vero Congregationem indulſiſſe, ut omnes *ejus fructus*, & *diſtributiones quotidianas* perciperet, ac ſi choro, & divinis officiis *perſonaliter* intereſſet. Huic dato ſibi privilegio capitulum conſenſiſſe. Injuria nunc contradici.

Neque obeſſe, quod Epiſcopus exequendo literas appoſuerit: *juxta tamen formam, & ſtylum ejuſdem eccleſiæ*; non enim ex iis intelligi limitationem factam privilegio Apoſtolico; neque limitationem hanc per curiam induci potuiſſe.

Adjicit conſtitutionem Clementis VIII. unice ſe habere ad diſtributionem, canonicalem, infirmis etiam a civitate abſentibus dandam; non vero ad denegandam *manualem*, præſertim ſi Apoſtolicum intercederet privilegium. Præterea neque ullum exemplum afferri, quod in caſu obtenti privilegii hæc *manualis* diſtributio data non ſit.

De eo vero, quod objicitur de quadam ſententia ſuper hoc uſu. Primum eam non reſpicere caſum privilegii Apoſtolici. Secundo eam fruſtra allegari, uti a judice non competenti latam. Abſonum vero eſſe, ac pene temerarium, ut ad minuendam poteſtatem Pontificis, de qua verbum non habet, extendatur.

Capitulum adhuc non comparet: ejus partes Epiſcopus tuetur in ſua *relatione*, quæ circumfertur.

Bo-

Bonifatius VIII. in *cap. 1. de Cleric. non reſiden.* improbata quacumque conſuetudine, vel ſtatuto quo abſentes lucrabantur diſtributiones quotidianas, dixit: *qui vero aliter de diſtributionibus ipſis quidquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas, ſen juſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut evidens eccleſiæ utilitas excuſaret) rerum ſic receptarum dominium non aquirat, nec faciat eas ſuas.*

Concilium *ſeſs. 24. cap. 12. de Reformat.* ait: *diſtributiones vero, qui ſtatis horis interfuerint, recipiunt, reliqui quavis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit conſuetudinem, quod S. Synodus in uſum revocat.*

Advertendum, quod infirmus *Oller* ſuo jure ex clara Clementis VIII. lege, extra civitatem degens, diſtributionem canonicalem obtinuiſſet ſine novo privilegio, ac ſine ullo contradictionis timore. Suis precibus propterea intellexiſſe videtur de iis, quas aliter non habuiſſet, diſtributionibus quotidianis; quarum nomine non veniunt fructus, ſeu diſtributiones canonicales, ſed eæ, quæ ratione ſervitii per *punctos*, & *punctaturas* deſignantur, ita ut major, vel minor ſit portio unius cujuſque, uti magis, vel minus inſervierit. Videndum quid de hoc dixerit *Card. Petra in comment. ad conſtit. 9. Bonifati VIII. num. 28., Rot. in rec. deciſ. 135. num. 7. par. 10., & Sac. Congregatio in Capuana Spolii 9. Julii 1735.*

Sacra Congregatio *in Romana jurium canonicalium 5. Maji* 1703. propoſito dubio I. *An canonico Stradæ, cui ex cauſa infirmitatis fuit conceſſum indultum vacandi a choro, aliiſque officiis divinis, illud etiam ſuffragari valeat pro laudemiis, quindenniis, capitulis, aliiſque capitularibus anniverſariis, feſtivitatibus, proceſſionibus, & pro quibuslibet functionibus in eccleſia peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta cujuſvis generis, & ſpeciei communia, & nuncupata, ac etiam victualia, & candelas*, reſpondit: *affirmative etiam quoad laudemia exceptis anniverſariis, aliiſque obventionibus non fixis, & in quibus diverſimode fuerit a teſtatoribus diſpoſitum*: & dubio II. *An eodem canonico competat pro ſua rata parte etiam jus accreſcendi earum diſtributionum, & communium, quæ ob abſentiam, vel vacationem canonicorum intereſſentibus accreſcunt, & a qua die ſupradicta omnia debeantur in caſu*, reſcripſit: *Affirmative a die præſentationis indulti.*

Inquiri poſſet, an de ſubreptione aliqua vitium ſit, quia de conſuetudine eccleſiæ Segobricenſis nihil dixerunt preces: ſed conſiderandum an expreſſa hæc conſuetudo retardaviſſet privilegium, quod non minus ex conſueta Apoſtolica indulgentia, quam de jure vere ægrotis canonicis, & mitiori cœlo extra civitatem ad neceſſario tutandam vitam, & arcendam mortem indigentibus, datur.

Præterea ponderandum eſſet, an hæ conſuetudines, ſive uſus ſervari, atque approbari mereantur. *Fagnanus* dixit *ad cap. licet 32. de præbend. & dignit. num.136. ad 138. Primus igitur caſus exceptus, in quo de jure quotidianæ diſtributiones debentur abſentibus eſt infirmitas &c. extenditur ſecundo, ut habeat locum non obſtante ſtatuto capituli, ut ægrotis, vel ex quavis cauſa abſentibus non dentur diſtributiones: hujuſmodi enim ſtatutum Sacra Congregatio cenſuit non eſſe confirmandum, cum ſit irrationabile, & contra bonum eccleſiæ, qui ſi alii ejus eſſent exemplo deteriori forte non poſſet, qui militaret eccleſiæ, inveniri.*

EE. PP. dijudicabunt

An indultum abeſſendi a reſidentia a canonico Honuphrio Oller obtentum, ei ſuffragetur ad effectum percipiendi a die illius exequutionis omnes diſtributiones tum canonicales, quam manuales, & minutas intereſſentibus choro, & divinis officiis præſtari ſolitas.

Seſs.21. cap.7. de Reform.

LEODIEN. PROROGATIONIS INDULTI. Eccleſia *Foſſenſis*, in diœceſi Leodien., quæ decanum, & triginta canonicos habet, obtinuit *anno* 1722. ab Innocentio XIII. *ut omnes, & ſingulos fructus duorum annorum cujuslibet canonicatus, & præbendæ per obitum, nec non unius etiam, ſeu primi anni cujuſvis itidem canonicatus, & præbendæ aliter quam per obitum reſpective, eccleſiæ, ejuſque ambitus reparationem, nec non in augmentum fabricæ, attenta illius tenuitate ſpatio vicennii applicandi. Ac interim ſummam trium millium ſcutorum in urgentiores præmemorati ædificii reparationes ad cenſum ſuper quibuſcumque eccleſiæ bonis accipiendi cum onere, quod dictum cenſum ex redditibus tam ad eamdem fabricam ad præſens ſpectantibus, quam illis ſic applicandis redimerent.*

Quia vero ad reparandam eccleſiam, & chorum impenſa eſt ſumma *floren.* 29140., quantitas autem, quæ ut retineretur vicennio conceſſa erat, nonniſi *floren.* 9511. conflabat; propterea ſan.mem. Benedictus XIV. die 3. *Auguſti* 1744., conſulente Sacra Congregatione, quod prius indultum erat, ad *decennium* prorogavit. *Decennio* expleto, uti credibile erat, de nova prorogatione inſtauratæ ſunt preces; quin imo perpetuam petiverunt. Sed iterum conſulente Sac.Congregatione, non aliter data eſt, quam ad aliud *decennium*, quod modo expirat.

De prorogatione alia nunc inſtant. Neceſſarium proinde viſum fuit, ut plenius perpenſa petendi neceſſitas, ac concedendi canonica cauſa, Eminentiſs. Patrum oculis ſubjiceretur.

Multa prædicant infortunia præteriti belli, cædes, incendia, populationes, ac vaſtationes agrorum; reditus hinc imminutos, adauctam miſeriam, & egeſtatem, aliaque, ob quæ opus reparationis neceſſariæ compleri adhuc non potuit. Eam nunc ſupereſſe ipſam neceſſita-

tatem petendi, eamdem Apoſtolicam, quam prius experti ſunt, indulgentiam mereri. *Vt cum eadem motiva, & eædem neceſſitates in poſtremo dicti Benedicti S.V. prædeceſſoris prorogationis indulto hujuſmodi expreſſa, & expreſſæ adhuc vigeant, & opera exequenda, & reſtaurationes perfici minime potuerunt, potiſſime ob tenuitatem redditnum ex indulto prædicto proventientium, immo eiſdem motivis, & neceſſitatibus altera ex poſt acceſsit videlicet, quod oratores ſummam 170. ducat. auri de camera ultra redditum dictæ fabricæ, dictique indulti pro expenſis in conſtructione certorum ædificiorum valde neceſſariorum factis mutuo accipere coacti fuerint, & quamprimum ad novam eccleſiæ loci de Soſtiæ Namurcen. diœceſ. conſtructionem devenire debebunt: quare iidem oratores attentis ſupradictis S.V. humiliter ſupplicant, quatenus prorogationem dicti indulti ad aliud decennium a fine poſtremi indulti, ut præfertur obtenti computan. benigne concedere dignetur.*

Addunt ſe omnia Leodienſi curiæ comprobaviſſe. Probatum jam antea fuiſſe, *primo* vicennio tantum *floren.* 9811. percepiſſe. Probari nunc evidentiſſime hoc *ſecundo* ſimilem quantitatem percipi nequiviſſe. Atque etiamſi percepta eſſet, ad æquandam quantitatem impenſæ *flor.* 29240. aliud *decennium* non ſufficere. Ædificandum fuiſſe clauſtralem ambitum, & capituli aulam; alia nunc paranda eſſe, quæ omnia appellatione reparationis, & reſtaurationis eccleſiæ indicantur *Bellett. diſquiſit. cleric. part.* 1. *de cler.* §. 13. *n.* 13. *& §.* 14. *num.* 4., *Nicol. prax. canon. tom.* 1. *de eccleſ. ædific. vel repar.* §. 2. *num.* 39.

Reparandas quoque eſſe eccleſias *filiales*, quæ omnes ſub nomine eccleſiæ *matricis* veniunt. Reditus fabricæ vix eſſe ad ann. ſcut. decem; canonicatuum vero vix congruæ ſuſtentationi ſufficere canonicorum, qui ea privari nequeunt ad *textum in cap.* 1. *de eccleſ. ædific.*, *ibique Hoſtien.*, *Abbas num.* 1., *& Bellet. diſquiſit. cleric. tit. de cleric. debit. §.* 15. *num.* 1., *Nicol. in prax. canon. tom.* 1. *tit. de eccleſ. ædific. §.* 2. *num.* 49.

Parochianos nec velle contribuere aliquid, neque ut Concilium præſcribit cogi poſſe, ſive quia omnia, quæ naturalia belli mala, & jura ſunt, recenter paſſos, ſata exuſta, diruta tecta, prædas pecorum actas; ſive ex illorum locorum, ac temporum aliis circumſtantiis. De cætero non exorbitare ab jure canonico hoc privilegium prorogationis, quando agitur de favore eccleſiarum *Concil. Roman. tit. de eccleſ. reædific. vel reparand. cap. unico*, *& in cap. ſi propter de reſcript. in ſext.* Similia extare Apoſtolica privilegia, & quidem perpetua Leodii, in ipſa Cathedrali eccleſia, atque in aliis collegiatis *S. Petri*, *S. Pauli*, & *S. Dionyſii*.

Officialis Leodienſis preces adjuvat: *preces Decani, & Capituli eccleſiæ collegiatæ S. Foilani oppidi Foſſenſis hujus diœceſis, EE. VV. una cum informatione mihi nuper porrecta remitto, cum autem*

ple-

pleniſſime decretis meis iidem ſatisfecerint, & rationes, ob quas indultum ipſis fuit conceſſum, adhuc exiſtant, illius prorogationem ad alios decem annos concedi poſſ. cenſeo.

Videnda eſſent, quæ capitulum expoſuerat Officiali, ut de iis referret.

Quæ ſanxit Concilium *ſeſs.21. cap.7. de Reformat.* de parochialibus eccleſiis reficiendis, & reſtaurandis notiſſima habentur. Quemadmodum, & quod in eam cauſam aliquando etiam ſubſidia dotalia collata ſint *Sacra Congregatio in Hiſpalen. 7. Septembris* 1680., *Syracuſana* 8. *Februar.* 1713., *Magdalunen.* 22. *Aprilis* 1719., *Romana ſubſidiorum dotalium* 9. *Julii* 1746., *& in Amerina* 24. *Novembris proxime elapſi*. Aliquando etiam legata miſſarum *Amoſtaz. de eauſ. piis lib.1. cap.14. num.36. lib.2. cap.12. num.35., Braſch. de poteſt. eccleſ. tom.3. cap.24.*

Dubitatio aliqua in facto ineſt. Officialis dicit capitulum *decretis ſuis ſatisfeciſſe*. Quæ fuerint decreta, neſcitur. *Folium* capituli tranſmittit; de acceptis probationibus verba non facit, licet poſtea aſſerat, *quod rationes, ob quas indultum fuit conceſſum adhuc exiſtant*. Proponitur

An ſit locus prorogationi indulti, in caſu &c.

Seſs. 23. cap.1. ſeſs. 24. cap.14. de Reform.

EMBRICEN. JURIUM CANONICALIUM. Quarto nunc ad EE. PP. judicium venit cauſa, quæ primum acta eſt *anno* 1745. inter capitulum eccleſiæ *S. Martini* civitatis Embricæ, & *Henricum Ignatium OOſter* ejus eccleſiæ canonicum *ſacellanum*.

Capitulum *anno* 1638. vacante canonicatu, quem *ſacellanum* vocant, leges tulerat, ut quicumque futurus *ſacellanus* vocem *activam*, & *paſſivam*, atque jus *turni* non haberet; ut ad capitulum, niſi vocatus, non veniret; ſacrum diebus feſtis celebraret pro populo, cujus curam habet; curam autem exercens, eaque de cauſa a choro abſens, diſtributiones quotidianas non acquireret; haſque leges ſervandas, ut novi *ſacellani* jurati promitterent.

Iniquas has leges poſt ſenſit *OOſter*, licet ab *anno* 1729. quo canonicatum acceperat, eas juramento accepiſſet, ac ſervare ad illam diem coactus fuerit. Hinc *anno* 1746. in quatuor partes diſtributa eſt quæſtio, quæ in S. Congregatione peracta eſt:

I. *An ſtatuta, ſeu ordinationes de anno* 1638., *ſeu &c. factæ per decanum, & canonicos Embricen. circa canonicum ſacellanum ſubſtineantur, in caſu &c.*

II. *An canonicus ſacellanus gaudere debeat jure turni, ac voce activa, & paſſiva, aliiſque prærogativis, prout cæteri canonici, in caſu &c.*

III. *An onus celebrandi miſſam parochialem ſingulis diebus dominicis, & feſtivis ſpectet ad canonicum ſacellanum, ſeu potius ad capitulum, in caſu &c.*

IV. *An*

IV. *An canonico ſacellano occupato in exercitio curæ animarum, & a choro abſenti debeantur diſtributiones quotidianæ, in caſu &c*

Sacra Congregatio die 24. *Novembris* ejuſdem anni, rem ambiguam noſcens, reſcripſit *dilata*, *& ad mentem*, *non retardata interim per ſacellanum miſſa pro populo diebus feſtis*. Mens erat, ut inquireretur an *ſacellanus*, nudi nominis, & honoris canonicatum haberet, qua de re ſcriberetur Eminentiſſimo Mechliniæ Archiepiſcopo, uti ſcriptum eſt. Hinc propoſita cauſa die 23. *Septembris* 1747. reſponſum eſt ad I. *Affirmative*. Ad II. *Negative*. Ad III. *Affirmative ad primam partem*, *& negative ad ſecundam*. Ad IV. *Affirmative*.

Poſt undecim annos, rediit canonicus *anno* 1756., ac plura monumenta exhibuit, quibus ſuum jus clariſſime comprobaviſſe exiſtimabat, rogans, ut a deciſis recederetur. Senſit novarum harum probationum momentum capitulum, ideoque ea monumenta ex authentico eſſe impugnavit; nihilque ex iis proinde mutari ſuam cauſam. Sacra Congregatio idcirco reſcripſit *dilata*, *& ſcribatur Nuntio juxta inſtructionem*. Videnda ſunt *folia* 18. *Septembris* 1745., 23. *Septembris* 1747., ac 28. *Auguſti* 1756.

Scriptum eſt itaque Nuntio Apoſtolico; ſed quæ tricæ, quæ moræ interpoſitæ fuerint, inſpici poſſet ex ejus *relatione*, quam tandem die 19. *Octobris* 3762. tædio fortaſſe victus dedit. In ea ſunt, quæ fuerint *ſacellani* preces; quæ ipſe Nuntius mandaverat; quæ fuerit capituli repugnantia, quæ capitulum objecerit, quæ monumenta tranſmiſerit.

Inſtantiore facto *OOſter* ex ipſa capituli contumacia, cauſa ultra protrahenda non eſt.

Ait *OOſter*, *ſacellanatum anno* 1610. unitum fuiſſe canonicatui *ſeptimo* in ordine a latere præpoſiti, ac proinde non *ſacellanum* acquiſiviſſe honorem, ac nomen canonici, ſed verum capituli canonicum acquiſiviſſe *ſacellanatum*. Probari hoc ex ipſo facto; *ſacellanos* etenim ante hanc unionem nunquam choro interfuiſſe, neque habuiſſe *ſtallum*; poſtmodum vero non *ſacellanum* choro, & *ſtallo* potitum, ſed canonicum, qui & *ſacellanus* erat ſuo choro, & *ſtallo* gaviſum. Haberi de hoc affirmationem Eminentiſſimi Archiepiſcopi Mechlinienſis: ipſas capituli leges, quæ per ſummam injuriam *ſacellanos* privarunt, luculentiſſimum teſtimonium de hoc præbere.

His itaque poſitis, certum eſſe in jure capitulum non potuiſſe naturam beneficii immutare *Canon. inferior. diſ.* 20. *cap. quod ſuper his de major. & obed. Clementina ne Romani* §. 1. *de elect.*, *Fermoſ. de poteſt. capit. tract.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 5., *Rot. dec.* 723. *num.* 7. *cor. Manzanedo*, ac proinde ordinationes factas anno 1638. omnino nullas *cap. ex parte* 12. *de conſtitut.*, *Bar-*

Barbos. de can. & diguit. cap.41.num.17., *& S. Congregatio in Juvenacen. 23.Augusti* 1738.

Nec vim fieri posse in recepto earum legum usu. Non probari usum. Etiamsi probaretur nihil facere sine Apostolico privilegio *Card.de Luca de Jurisdict. disc.24.num.13. versic. respondebam*, *Rot.recent.dec.396.num.15.par.18.in nuper.to.17. dec.28.num.17.*

Usum præterea earum legum nedum verum non esse, sed apertis probationibus excludi, ac probari contrarium ex libris *capitularibus*, ex testimonio duorum canonicorum, ac quinque aliorum sacerdotum.

Quod si aliquando non interfuerint *sacellani*, hoc ex placito, & ex onere adjunctæ curæ accidisse. Probandum fuisse volentes accedere fuisse repulsos. Fidem autem datam deservandis iis iniquis legibus, ne tunc a canonicatu rejiceretur, inanem reputari *Rot. in Melevitana Beneficii* 10. *Maii* 1743. §.9. *coram clar.mem.Card.Millino*.

De eo vero, quod pertinet ad celebrandum sacrum diebus festis, certat curam habitualem penes capitulum esse, a quo duo deputantur vicarii canonici, unus inferior pro laicis, superior alter pro clericis, & militibus. Capitulum decimas, & oblationes percipere, & functiones parochiales agere, inter quas onus celebrandi pro populo est recensendum *Clericat. discurs.benefic.29.num.45.*, *Rot. coram Crispo dec.243.num.10.*, *in Hispalen. applicationis missæ pro populo 24. Januarii* 1746. §. 3. *& seq. coram Vicecomite*, *& S. Congregatio in Comen. missæ parochialis* 11. *Maii* 1720. *ad III. dubium*.

Accedere, quod in ipsa legum *anni* 1638. duritie hoc *sacellano* onus injunctum non est. Ad hæc, nihil ex adverso proferri, quod *sacellani* hoc sacrum celebraverint: contrariam hanc consuetudinem sive in linea *interpretativa*, sive *præscriptiva* maximi esse ponderis *Piton. discept.eccles.iast.10. num.41.*, & plene *Rot.in cit.Hispalen.applicationis missæ pro populo 24. Januarii* 1746. §.9. *cor.Vicecomite*.

Capitulum contra asserit nonnisi quatuordecim cum decano esse veros canonicos, ideoque *septimum* a latere præpositi non posse esse ex veris, qui alioquin essent quindecim, sed tantum ex aliis, qui itidem in capitulo canonici nominis, & honoris sunt, & a capitulo non nominantur. Probari id ex ipso testimonio *OOster*, & aliorum undecim.

Hinc non obesse *stallum*, quod similibus honorifice canonicis in choro datur, ut cum reliquis choro inserviant. *Sacellanos* autem tunc consuevisse etiam non vocatos venire, dum alios, prout aliquando accidit, veros canonicatus habebant. Contrarios vero testes vel nihil probare, vel nullam fidem mereri.

Deinde propugnat leges latas *anno* 1638. etiam sine Episcopi,

pi, vel Sedis Apoſtolicæ approbatione ſubſtineri *Lotter. de re benefic. lib.1.quæſt.14.num.88.*, *Piton. diſcept. eccleſ. 15. num.25.* Cæterum lapſum centum, & ultra annorum quamcumque juris repugnantiam vincere *Rot. dec.155. num.10. part.16.recent.*, *& dec.577.num.4.cor.Molin.* Addit demum in eccleſiis *Viſchellenſi*, *Xanteſi*, *& Reenſi*, eundem ſervari de canonicis honorariis morem.

De eo vero, quod reſpicit onus celebrandi *miſſam parochialem*, allegat *facellanum* præter divitem præbendam, omnia tum certa, tum incerta parochialia emolumenta habere; ideoque in eumdem id onus incumbere *Concil. Trident. ſeſs. 23. cap. 1. de Reformat.*, *Laurent.part.1. ſeſs.3. cap. 6. quæſt.427.*, *Sac.Congregatio in Ferrarien. 18. Martii 1719. ad V. dub.*. Propterea deceſſores *facellanos* nunquam hoc onus detrectaviſſe.

De diſtributionibus autem non percipiendis ab abſente, hoc contendunt jure ſtatutum eſſe, perpetuoque uſu in capitulo Embricenſi, ac ſolemni pacto firmatum. Cætera ex ſcriptis videnda erunt.

Perpendendum, an monumenta, quæ edidit *OOſter* pro authenticis habenda ſint: an probata primæva canonicatus natura, hæc potuerit, non approbante Pontifice immutari ad *textum in cap. ex parte 12. de conſtit.*, *Barboſ. de can. & dignit. cap.43.num.17.*

Ratio ejus rei haberi poterit, quod mutatio ad eccleſiam ipſam pertinet, & Sedis ipſius Apoſtolicæ intereſt, ne eccleſiarum ſtatus immutentur, niſi re cognita, & Summo Pontifice comprobante.

Ponderandum tamen quid contra *OOſter* faciat jurata promiſſio earum legum ſervandarum, ita ut ſucceſſoribus tantum libertas ſit eas impugnandi, non ei, qui eas ſervandas juravit *Rot.cor.Molin. dec.1083.num.7.*, *& dec.1105.num.2.*, *& in Romana Capellaniæ 17.Aprilis 1702. §. Quia coram Pio*, *& in Bononien. amovibilitatis capellani ſuper bono jure 22.Februarii 1726. §.Ita cor.Corio*, *& in confirmatoria 31. Januar. 1727. coram eodem*:

De ſacro autem celebrando, an hoc debeat fieri a vicariis capituli, penes quos actualis cura eſt, videndum quid dixerit Sacra Congregatio in *Ferrarien.18.Martii 1719. ad dub. V.*

Advertendum, quod *Rota in Hiſpalen.applicationis miſſæ pro populo 24. Januarii 1746. coram Vicecomite* agebat de caſu, in quo jam ab antiquiſſimo tempore capitulum celebravèrat, & quæſtio erat de *miſſa*, quæ vocabatur de *tertia*, *applicanda* pro populo, non vero de *parochiali*, Videnda eſſet deciſio *confirmat. 1.Februar.1751. coram Eño Migazzi §. ult.*

Quæritur

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die 23.Septemb.1747. in caſu &c.

Sess. 21. cap. 7. de Reform., & sess. 25. Decret. de invoc. & vener. sacr. Imag.

LEOPOLIEN. Inter Archiepiscopum, & Magistratum Leopoliensem relata est causa *die* 27. *Augusti* 1763. Sex erant dubia:

I. *An liceat Archiepiscopo supprimere Cappellam Cæmeterii nuncupatam Domogalicianam, & transferre Imaginem Deiparæ Virginis ab eadem cappella ad unum ex altaribus ecclesiæ cathedralis Leopolien.*, & quatenus affirmative.

II. *Ad quod altare cathedralis sit facienda eadem translatio.*

III. *An, & quomodo sint reducenda in pristinum duo altaria ecclesiæ cathedralis ex arbitrio Archiepiscopi demolita, ac suppressa*, & quatenus negative.

IV. *An, & ad quæ altaria sint transferendæ obligationes, & respective fundationes in iisdem demolitis altaribus existentes.*

V. *An, & quomodo liceat Archiepiscopo in ecclesia cathedrali, ejusque ambitu supprimere altaria, & transferre fundationes, missas, aliasque sacras functiones iisdem altaribus addictas, & respective celebrari solitas.*

VI. *An liceat Archiepiscopo moderari scamna, & removere arcas, scrinia, & asservatoria, quæ reperiuntur in ecclesia cathedrali.*

Magistratus dilationem petiit, atque ut alia disputanda dubia adderentur. Sacra Congregatio seram petitionem in lite jam a biennio ante instituta rejecit, responditque ad I. *affirmative*, ad II. *arbitrio Archiepiscopi*, ad III. *negative*, ad IV. *arbitrio Archiepiscopi*, ad V. *affirmative in omnibus arbitrio Archiepiscopi*, ad VI. *affirmative arbitrio Archiepiscopi.* Videndum est *folium diei* 30. *Julii ejusdem anni*.

Magistratus, qui denuo audiri obtinuit, frustra ad hanc diem expectatus, adhuc nihil dedit. Ideo iterum proponitur causa instante Archiepiscopo, qui eadem nunc proponit, quæ ante dixerat.

De ecclesiis, sive altaribus destruendis, ac transferendis, & de necessaria causa, quæ requiratur, ad rem facit *Card. de Luca ad Concil. Trid. disc.* 27. *n.* 1. Sac. Cong. *in Firmana Ædiculæ* 8. *Augusti* 1761., *& in Terracinen.* 2. *Junii proxime præteriti anni*.

De jure retinendi sedilia a laicis quæsito, ac de iis non removendis viden. *Ciarlin. contr. forens. cap.* 110. *n.* 16. *Antonell. de loc. leg. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 68., *Sac. Cong. Episc. in Assisien.* 22. *Martii* 1604. *in Acheruntina* 4. *Junii* 1608. *& in Tarentina* 8. *Decembris* 1645.

An decor, & commodum ecclesiæ cathedralis ad remotionem sufficiat viden. *Passerin. de statu hominum tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 4. *cap.* 6. *n.* 379. *Sac. Congr. Episcop.* 21. *Novembris* 1600. *& Sac. Cong. Rit. in Fundana* 5. *Octobris* 1697., *& in Verulana* 6. *Septembris* 1698. Petitur

An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu &c.

Die

Die Sabbati 9. Februarii 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

QUinque ſunt cauſæ ex noviſſima Congregatione *diei 19. elapſi Januarii*, ob temporis anguſtiam, ad hanc tranſlatæ.

CÆSEN.

I. *An liceat Archipresbytero exigere julium unum ſupra eleemoſynam aliorum Sacerdotum, tam in ſeptimis defunctorum, quam in aliis officiis, & feſtivitatibus: & tam in eccleſia parochiali, quam in aliis eccleſiis, & oratoriis poſit. intra limites ſuæ Pareciæ, in caſu &c.* *Seſs. 21. cap. 7. de Reform.*

II. *An Archipresbyter teneatur invitare Sacerdotes Parochianos poſt Parochos ſuæ Congregationis ordine antianitatis, vel vicinitatis, & prælative ad Sacerdotes exteros in funeribus, ſeptimis, officiis, feſtivitatibus; aliiſque functionibus eccleſiaſticis, in caſu &c.*

III. *An Sacerdotes teneantur petere licentiam ab Archipresbytero tam pro celebratione miſſarum, quam pro ſonitu campanarum, in caſu &c.*

IV. *An ſit locus reductioni menſuræ pro exactione decimæ, in caſu &c.*, & quatenus affirmative,

V. *An Archipresbyter teneatur reſtituere exceſſive perceptum, in caſu &c.*

VI. *An Archipresbyter ære proprio teneatur ad reaptationem fornicis campanilis ſuæ parochialis eccleſiæ, in caſu &c.*

VII. *An Archipresbyter teneatur ære proprio diſtribuere populo candelas die Purificationis B. Mariæ Viriginis, in caſu &c.*, & quatenus affirmative,

VIII. *An teneatur ſupplere diſtributiones non factas, ſeu potius illarum pretium in uſus pios a Sacra Congregatione deſtinandos, in caſu &c.*

IX. *An duo priores, & depoſitarius Ven. Confraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti annuatim, & per ſortes, ac prævia imbuſſulatione capitum familiarum poſſidentium ſint eligendi, in caſu &c.*

X. *An depositarius ejusdem Confraternitatis teneatur præstare cautionem pro sua administratione, in casu &c.*

XI. *An sit locus exhibitioni notulæ juratæ pro perceptione, & erogatione eleemosynarum a populo subministratarum, & ab archipresbytero erogat., in casu &c.*

Ad I. Affirmative pro sextimis celebrandis in propria ecclesia ad formam Synodi Fontana, in reliquis negative, & amplius. Ad II. Negative, & servetur Synodus Urselli, & amplius. Ad III. Affirmative, & amplius. Ad IV. Servetur decretum Episcopi, & amplius. Ad V. Dilata. Ad VI. Affirmative, & amplius. Ad VII. Affirmative, & amplius. Ad VIII. Ad mentem, & ad Dominum Secretarium cum SANCTISSIMO. Ad IX. Servetur solitum, & amplius. Ad X. Negantive, & amplius. Ad XI. Negative, & amplius.

Sess. 24. cap. 12. de Reform.

SEGOBRICEN. INDULTI.

An indultum abessendi a residentia a canonico Honuphrio Oller obtentum, ei suffragetur ad effectum percipiendi a die illius exequutionis omnes distributiones tam canonicales, quam manuales & minutas interessentibus choro, & divinis officiis præstari solitas, in casu &c.

Affirmative in omnibus, exceptis distributionibus, de quibus expresse a testatoribus aliter dispositum sit.

Sess. 21. cap. 7. de Reform.

LEODIEN. PROROGATIONIS INDULTI.

An sit locus prorogationi indulti, in casu &c.

Affirmative ad decennium.

EMBRICEN. JURIUM CANONICALIUM.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die 23. Septembris 1747., in caſu &c.

Seſs. 23. cap. 1. & ſeſs. 24. cap. 14. de Reform.

Ad I. Prævio receſſu a deciſis negative. Ad II. Prævio receſſu a deciſis affirmative. Ad III., & IV. In deciſis, & amplius.

LEOPOLIEN.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis, in caſu &c.

Seſs. 21. cap. 7. de Reform., & ſeſs. 25. Decret. de invoc., & vener. ſacr. Imag.

In hac cauſa Leopolien. poſt editum *folium* venerunt tandem Magiſtratus ſcripta. Multus eſt in refutandis jis, qnæ Archiepiſcopus dicit, & in ſuis juribus aſſerendis.

De I. ait cultum ſacræ imaginis, ſi ea transferatur, imminui. Capellam *Domagalicianam* ſui juris eſſe. Vetitam jure translationem invitis patronis. Decenter eam aſſervari, ſumma pietate populorum coli; miraculis celebrari. Nihil novi accidiſſe, cur modo omnia innoventur. Nullam querelam hucuſque ad curiam delatam. Deceſſores Antiſtites nihil de hoc cogitaſſe. Nulla hucuſque perſpecta incommoda, nulla abſurda. Præterea in ea capella fundatorum corpora condita eſſe, atque aliorum, qui ſacra in ea pro ſe peragenda conſtituerunt. Ut eccleſiæ cathedralis cultus, & celebritas augeatur, neceſſariam cauſam, ideoque canonicam non eſſe, quo vetera e ſuo ſitu moveantur, ac labefactentur.

De II. inquit ſaltem ad altare conſulare translationem faciendam; maxime ne magiſtratus privetur adminiſtratione oblationum, & eleemoſynarum, quæ ex decreto Archiepiſcopi Leopolienſis *anni* 1643. magiſtratui commiſſa eſt.

De III. cathedralem eccleſiam cura, ſumptuque civium conſtructam eſſe. Magiſtratum ejuſdem curam adhuc retinere; deputare unum ex *concionatoribus*, *ſacriſtam*, *proviſorem eccleſiæ*, *præfectum fabricæ*, *adminiſtratores conſularis capellæ*, *aliarumque piarum fundationum*; theſaurum eccleſiæ cuſtodire; de legatis fabricæ diſponere. Suum conſenſum petitum fuiſſe *anno* 1525. pro novæ cathedræ erectione, & conſtructione altarium, & ſepulcrorum. Plura in eccleſia altaria ſuo ære poſuiſſe: plura ſui juris beneficia conſtituiſſe. A prioribus Archiepiſcopis uti legitimos eccleſiæ patronos omni tempore habitos. Cathedram Archiepiſcopalem loco magis eminenti collocari potuiſſe.

De IV.

De IV. V., & VI. eadem prope iterat; additque arbitrio Archiepiſcopi cuncta relinquenda ſaltem non eſſe. Plurima cumulat, quæ ſub oculis EE. Patrum erunt, neque neceſſarium eſt, neque hic locus, ut exſcribantur.

Ad I. In deciſis, & amplius. Ad II. In deciſis, & ad mentem, & amplius. Ad III. In deciſis, & amplius. Ad IV. In deciſis, & quoad obligationes, & fundationes juriſpatronatus, cum conſenſu patronorum, & amplius. Ad V. Utatur jure ſuo, & amplius. Ad VI. In deciſis, & amplius.

Seſs. 25. cap. 13. de Reform.

ROMANA FUNERUM. Multas habuit controverſias, & habet nunc parochialis eccleſia *S. Mariæ Tranſpontinæ* cum parochis Urbis de funere agendo militum præſidiariorum arcis S. Angeli, quæ intra ſuam parochiam eſt, de eorum ſepultura, ac funebribus emolumentis. Variam tamen in ſuis controverſiis fortunam experta eſt.

Anno 1697. defuncto *Laurentio Creſcio*, jam a quatuordecim annis milite, qui ob morbum in domum, in qua uxor, & familia habitabat, commigraverat, ac tumulato cadavere in eccleſia *SS. Simonis, & Judæ*, diſputatum eſt in Sac. Congregatione: *an cadaver quondam Laurentii Creſci actualis militis in arce S. Angeli fuerit rite, & recte tumulatum in eccleſia parochiali SS. Simonis, & Judæ, vel potius ſint reſtituenda emolumenta funeris eccleſiæ parochiali S. Mariæ Tranſpontinæ, & quid in ſimilibus caſibus ſit ſtatuendum*. S. Congregatio die 17. Auguſti 1697. reſcripſit: *negative quoad primam partem, affirmative ad ſecundam*.

Anno 1717. *Stephano Baldi* baliſtrariorum duce in ſua domo vita functo, eoque condito in eccleſia *S. Mariæ Tranſpontinæ*, acta eſt lis coram Eminentiſſimo Vicario cum parocho *SS. Celſi, & Juliani*, in cujus parochia domus defuncti erat. Parochus *S. Celſi* per ſententiam *diei 25. Septembris ejuſdem anni* rejectus eſt.

Anno autem 1749. defuncto in eadem parochia *Bartholomæo Morelli* militum decurione, parochus coram R. P. D. Viceſgerente per ſententiam diei 23. *Januarii* 1750. rejici parochum *S. Mariæ Tranſpontinæ* obtinuit; qui licet appellaſſet ad Rotam, cauſam proſequutus non eſt.

Trium militum proximo tempore ſecuta mors veterem quæſtionem excitavit. *Joannes Baptiſta Picinus* vexillarius repentina morte, dum in arce pro excubiis erat, correptus menſe *Novembri anno* 1763. in eccleſia *S. Mariæ in Aracœli* ſepulcro majorum eſt tumulatus, qui domum in parochia *S. Laurentii ad montes* habebat. Eodem anno defun-

functus miles *Joſeph Perſi* in domo uxoris intra parochiam *S. Mariæ in Poſterula*, in ea eccleſia ſepultus eſt. Elapſo anno deceſſit in propria domo parochiæ *S. Joannis* Florentinorum *Antonius Silici* baliſtrariorum præfectus, cui in eccleſia *S. Mariæ Tranſpontinæ* funus peractum eſt. Parochus itaque *Tranſpontinæ* a Sanctiſſimo totam hanc litem remitti impetravit ad hanc Sacram Congregationem, quæ controverſiarum omnium cum parochis ramos uno ictu amputaret.

Ait nunc parochus milites præſidiarios arcis, exceptis qui ſupra numerum ſunt, de quibus non eſt quæſtio, teneri diu, noctuque morari in eadem arce, ex qua ſolo permiſſu præfecti exeunt; eos autem indiſcriminatim omnes ſacramenta in ſua eccleſia recipere, ac proinde ſuos eſſe parochianos ſecundum *ſtatut. cler. Rom. in cap. 3. de jur. elig. ſepult. §. 6. Fagnan. in cap. ſignificavit num. 18. de Paroch. ſect. 1. Murga concl. 14. diſquiſ. moral. 2. ſect. 1. de Paroch.* Hinc neceſſario inferri, quod tanquam veri parochiani in ſua eccleſia ſint tumulandi *Samuel. de ſepult. tract. 1. diſp. 5. controv. 8. concl. 3. num. 8., & 9. Marchet. de ſepult. tit. 38. §. 1. num. 9. & adden. ad deciſ. 123. num. 9. cor. Anſald.*

Allegat reſolutionem Sac. Congregationis de *Laurentio Creſcio anni 1697.* : ſententiam *anni* 1717. Locumtenentis Eminentiſſimi Vicarii de *Stephano Baldo* : ita judicatum eſſe de captivis in arce detentis, ac defunctis, ut refert *Pignatel. tom. 7. conſult. 86. num. 11.* Incivile itaque eſſe contra tot res judicatas alios parochos movere adhuc pervicax caput *Rot. cor. Anſald. deciſ. 762. num. 8. cor. Ratt. deciſ. 223. num. 1. & in Romana Reintegrationis 3. Julii 1761. §. 9. coram bon. memor. Frangipane.*

Non obſtare autem *additionem* factam ad *ſtatut. cleri Romani cap. 3. de jure eligen. ſepult.*, in qua requiri videtur, quod duo ſimul concurrant, nempe quod milites in arce diu, noctuque commorentur, atque ibi moriantur. Hoc eſſe contra omnes juris eccleſiaſtici regulas, ac communem praxim. Agnoviſſe id Locumtenentem Eminentiſſimi Vicarii, qui poſt *additionem*, favore *S. Mariæ Tranſpontinæ* tulit ſententiam, quæ in rem judicatam tranſacta eſt. Demum *additionem* illam ita intelligi debere, ut jus communiter receptum non deſtruat: quamobrem non per *conditionem*, neque *taxative* appoſita verba, ut de ſolo obitu in arce dicant; ne alias dicatur, quod miles, qui diu, noctuque in arce commoretur, ſi ex accidenti extra illam obierit, ad ſuam veram parochiam non pertineat.

Contra vero parochus *S. Salvatoris ad montes*, in cujus parochia *Picinus* cum familia vivebat, claram literam *ſtatuti*, ſive *additionis* pro ſe affert. Eam legem certam eſſe affirmat. *Picinum* ſuum parochianum fortuito in arce obiiſſe.

Reſolutionem *anni 1697.* fruſtra allegari. In eo caſu miles,

qui

qui a decimo quarto anno in arce moram traxerat, ob morbum inde exierat, ex quo occidit. Cæterum posthabenda omnia post novam legem *additionis* ad *statutum*, quæ ab ipso Pontifice approbata est, cum expressa quarumcumque contrariarum legum derogatione, de qua patet ex ipso decreto Cardinalis de Carpineo tum temporis Vicarii *die 5. Aprilis anni* 1707. edito.

Alii parochi nihil dederunt adhuc.

Additio ad *Statutum* hæc habet *cap. III. de iur. eligen. sepult.*: *Milites vero, qui in stationibus, seu quarteriis pernoctant, & extra illam habent propriam domum, seu domicilium, ad parochiam domicilii spectent: exceptis militibus præsidiariis magnæ arcis S. Angeli, quatenus ibi diu, noctuque comorentur & moriantur, quos tunc ad parochiam ejusdem arcis, seu B. Mariæ Transpontinæ dumtaxat spectare declaramus.*

Maximum causæ momentum faciunt ea verba *quatenus ibi diu, noctuque commorentur, ac moriantur.* Videndum quomodo intelligenda sint, ne casum mortis ex accidenti extra arcem sequutæ comprehendant.

Ponderandum num permissio præfecti arcis, ut milites extra habitent, faciat ut parochia arcis suum jus amittat.

Ponderandum num milites, qui hoc permissu extra habitant, duplex domicilium habere dicendi sint, ac locum obtineat sanctio *statuti cleri romani cap. 4. de jure eligen. sepult. §. 19.*: *Dubitari quoque potest de illis, qui decedunt habentes domicilium in duabus Parochiis, quo casu statuimus, ut si in alio tertio loco sepultura fuerit electa, canonica portio inter illas parochias, in quibus pare domicilium habebant, sit dividenda, quod si non elegerunt sepulturam, in illa, in qua decedunt sepelliantur, & emolumenta pariter inter eas dividantur.*

EE. PP., quemadmodum suo more faciunt, rem accurate perpendent, ut eam sententiam ferant, quæ futuris temporibus pro certa sit lege. Quæritur

An funera militum præsidiariorum arcis S. Angeli recipientium stipendium militare, atque decedentium intus, vel extra dictam arcem semper pertineant ad ecclesiam parochialem S. Mariæ Transpontinæ, in casu &c.

Non proposita, cum reliquis.

Sess. 25. cap. 4. de Reformat.

ALBINTIMILIEN. REDUCTIONIS MISSARUM. *Joannes Baptista Aicardus* ex oppido *Biberæ* Albintimilien. diœcesis, suis tabulis testamenti capellaniam ad altare Beatæ Mariæ Virginis in ecclesia parochiali ejus loci constituit cum dote *ann. ll. Januen.* centum, quæ quindecim *scut. mon. rom.* æquant. Hæredibus dedit jus nominandi capellanum, quem

quem deinde ipſe primum nominavit *Joannem Baptiſtam Aicardum* alterum . .Perpetuam legem capellanis dixit , de quatuor ſacris qualibet hebdomada celebrandis , die *Dominico* , ac *feriæ quartæ, ſextæ* , & *Sabbati* , niſi dies alius feſtus intra hebdomadam intercederet .

Anno 1727. primus capellanus, vix teſtatore defuncto , obtinuit a Sacra Congregatione , *ut onus miſſarum juxta proportionatam redituum quantitatem ad rationem eleæmoſynæ manu alis inſpecto regionis more reducerentur arbitrio Epiſcopi* . Hinc Epiſcopus *ſolid.* 12. pro quolibet ſacro ſtatuit .

Res ita compoſita , ac tranſacta eſt , donec is capellanus vixit . Eo poſtmodum defuncto , cum nemo ſacerdos oppidanus extet , ac nullus inveniatur ex ea vicinitate , qui pro tam tenui eleemoſyna ad celebrandum accedat ; propterea parochus , & populus *Biberæ* ſupplicant , ut largior ſtatuatur eleemoſyna , qua accerſito ſacerdote extero , non minus implendæ teſtatoris voluntati,quam populi commodo provideatur . *Julius* , & *Petrus* fratres *de Gibellis* hæredes , & patroni conſenſum denegant . Hinc de his precibus agendum eſt .

Populus , & parochus neceſſarium eſſe ajunt , ut eleemoſyna largior ſit , atque ideo ſacrorum numerus minuatur . In loco nullum , præter ipſum parochum , adeſſe presbyterum . Loca magis vicina horæ iter habere ; iter autem aſperum , montoſum , ac pene impervium . Experimento plurium annorum compertum eſſe nullum ex vicino ſacerdotem veniſſe , nullum petiiſſe capellaniam .

Quod Patroni diſſentiant nihil facere . Injuſte diſſentire , eo obtentu , ac conſilio , ut neceſſitas inde fiat transferendi capellaniam *ad Campum Ruleum* oppidum , in quo habitant ; contra expreſſam teſtatoris voluntatem, qui certum locum, certam eccleſiam , ac certum altare elegit *per beneficio , e comodo delle perſone della preſente parochia , e non altrimenti* . Voluntatem defuncti , ac ejus animæ expiationem præcipuam habendam ; ideoque de jure in ejuſmodi rerum circumſtantiis conſenſum pro jam præſtito cenſendum eſſe .

Epiſcopus petitionem adjuvat : *Vera ſunt expoſita EE. VV. in ſupplici libello , quem una cum diſpoſitione teſtatoris remitto . Quippe re ipſa in parochia Biberæ nonniſi parochus adſitsqui opem ferat populo ſummopere alioquin indigenti , ut ab alio presbytero adjuvetur , tum ob aeris inclementiam , tum ob gentis pauperiem . Quare dignum commiſeratione EE.VV.exiſtimo,ſi manus adjutrices præbeatis ad miſeri hujus populi levamen.*

Patroni , licet imperio Sacræ Congregationis moniti a menſe *Julio* præteriti anni , adhuc Sac. Congregationem pro ſuis juribus non adiverunt .

Sacra Congregatio in *Mediolanen. reductionis miſſarum 9. Aprilii* 1718. propoſito dubio : *an ſuppoſito , quod nullus inveniatur*

tur Sacerdos, qui velit missam quotidianam celebrare pro annua eleæmosyna lib.300. a testatore præscripta, sit locus reductioni, in casu, rescripsit *Affirmative*.

Item *in Syracusana missarum* 10. *Martii* 1759. *cum ob tenuitatem stipendii statuti pro singulis missis in ecclesia collegiata agendis, quod respondet al carlino monetæ Romanæ sacerdotes recusarent eadem sacra agere, & procuratores capituli aliis extra civitatem illam locis curare, ut sacra agerentur*; proposito dubio *An sit locus reductioni missarum, & respective augmento eleæmosynæ, & in qua quantitate, in casu*, respondit *Affirmative pro reductione, & pro augmento arbitrio Episcopi*.

De consensu patronorum juristæ distinguunt inter actum voluntarium, in quo requiratur expressus, & inter necessarium *Rota coram Molines decis.*1259.*num.*27, *coram Omanna, Baren. Scamni* 4. *Julii* 1703. §. *De jure, & in Romana Translationis Imaginis* 25. *Junii* 1742. §.6. *coram clar. mem. Cardin. Calcagnino*,

Animadversionem mereri posset, quod erit fortasse aliquo tempore sacerdos oppidanus; fortasse erit ex vicinis, qui sueta nunc eleemosyna capellaniam petet.

Dubium est

An sit locus reductioni missarum in casu.

*Sess.*25. *cap.*11. *de Reformat.*

AUXIMANA VENDITIONIS BONORUM. De bonorum hæreditatis *Corradinæ* venditione pertractandum est. Franciscus Corradinus *prælaturam* constitui jussit ex suis bonis vendendis, quorum pretium in emptionem *ll.mm.* in Urbe erogaretur. Plurima ex bonis adhuc extant in hæreditate apud Episcopos Auximi ejus perpetuos administratores. Hodiernus Episcopus, etiam ex auctoritate Sacræ Congregationis,ea venum posuit suis edictis mense *Julio* 1762.. Inter duos oblatores controversia exarsit postmodum, quæ in Sacra Congregatione proposita est *die* 18. *Augusti* præteriti anni. Disputabatur: *an, & ad cujus favorem sit facienda venditio bonorum Francisci Corradini; sive potius sint renovanda edicta pro illorum deliberatione, in casu &c.*, uti Episcopus postulabat. Sacra Congregatio assensa est Episcopo; respondit: *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, & scribatur Episcopo juxta instructionem*. Videndum est *folium* ejus diei, in quo latissime habentur omnia, quæ inde inutiliter repeterentur.

Scriptum est Episcopo, *ut deveniret ad novam edictorum affixionem, quæ alios quidem excitent oblatores, obligatoria tamen non sint, ut nullum inde alicui jus quæsitum censeatur, liberum Episcopo relinquentes, si velit, eos etiam oblatores admittere, qui non integrum patrimonium, sed peculiaria corpora comparare*

rare velint : his intra congruum tempus peractis tum edicta , tum ipſas oblationes ad Sac. Congregationem tranſmitteret .

Paruit Epiſcopus . Edicta propoſuit die 7. Septembris 1764., quibus vocabantur omnes , *che voglino attendere alla compra degl' infraſcritti beni ſpettanti al patrimonio del Signor Franceſco Corradini a dare dentro il termine di giorni dieci dall' affiſſione del preſente offerta ſua chiuſa , e ſigillata tanto ſopra l' intiero patrimonio , quanto ſeparatamente ſopra ciaſcun corpo , o particolar predio del medemo &c. ; e riconoſcendoſi vantaggioſe per la ſudetta eredità, ſenz' altra rinovazione di editto ſi traſmetteranno alla ſudetta S. Congregazione, e ſarà informata la medema di quanto ſuccederà .*

Recepit inde oblationes varias , omniaque ad Sacram Congregationem tranſmiſit ; nihil vero de ſua mente pandidit . Propterea mandatum ei eſt , ut quid cenſendum eſſet etiam e ſuo proponeret , quemadmodum fecit . Nunc de iis bonis deliberandis , & favore quorum , & quibus conditionibus quæritur .

Bona venalia , & oblationes pro iis emendis , diſtincte , ac ſuo ordine apud monumenta circumferenda cauſæ habentur , quæ neque opportunum eſt , neque ad dignitatem pertinet, ut hanc paginam impleant. Oblatores, unuſquiſque pro ſe, ſupplicant .

Epiſcopus ſuis ſecundis literis dicit : *mandatis igitur obſequens rem oppido utilem fore puto , ſi (excepta domo nuncupata la Vecchia , cui minus juſto valore oblatum fuit pretium a Philippo Urbinate) oblatoribus cæteris pro pretio in publica haſta enunciato , ſui cuique fundi addicantur ; tum quia ejuſmodi pretia excedunt , alias factam a peritis æſtimationem , tum quia ſi, ut par eſt, in emptionem locorum montium erogentur, reditus eam fere quantitatem æquabunt, quam prædia dare conſueverunt , facto per decennium calculo .*

Unum tamen monendum arbitror , nimirum peritos ſub unico pretio comprehendiſſe gemina prædia ſibi cohærentia , quæ ſita ſunt in regione di Coſcone . Pro iſtorum altero [ſervata proportione pretii , ac menſuræ) Comes Rainaldus Simonettus oblationem ſuam edidit in ſcutis 1500. ipſo actu ſtipulationis Inſtrumenti numerandis ; quod ſi conceſſa ei fuerit dilatio ſolvendi pretii ad quinquennium , præter congruas uſuras compenſativas , pretium adauxit ad ſummam ſcut. 1691. . Ex hiſce oblationibus ſecundam potius , quam primam amplectendam arbitror , utpote hæreditati magis proficuam , neque enim oblatori grave , aut difficile erit pretium numerare , cui ſcilicet idoneæ ſuppetunt facultates .

Neque vero (proſequitur) *retardandam puto addictionem ex eo , quod hactenus nemo ſit repertus , qui relictis hæreditariis bonis , nempe duabus domibus , & totidem prædiolis adquirendis animum adjecerit : quinimo cæterorum bonorum venditio alios facile alliciet , & domus vel diviſim , vel inſimul unitæ ad domici-*

lium ſpectabilis alicujus familiæ ita ſunt aptæ, ut juſtiori, & æquiori pretio vendi aliquando poſſe videatur.

Demum concludit: *ſi res in epiſcopali audientia tranſigenda fuiſſet, in eo eram, ut prædium nuncupat. del Paradiſo, ſive S. Joannis Vito Mignucio adjudicaretur pro ſcutis* 400. *Aliud S. Petri monaſterio S. Benvenuti Ordinis S. Benedicti pro ſcutis* 655. *Tertium, quod dicitur de Coſconi, & quod a Colono Paſcucio colitur, Comiti, quem dixi, Simonetto, pro ſcutis* 1691. *Arundinetum di Roſciano Philippo Liveruccio pro ſcut.* 50. *Et tandem prædiolum S. Joannis Antonio Bernardinio pro ſcut.* 400., *atque hoc modo de utilitate, quam illud ſummarium ob oculos ponit minime dubitandum videbatur.*

Duæ receptæ antea erant oblationes; una de omnibus bonis ſcut. 9000., quorum dimidium ſolvebatur illico, reſiduum retinebatur ſolvendum certo tempore cum fructibus interim *recompenſativis*; altera ſcut. 9600. ſolvendorum pro rata intra viceſimum annum, cum iiſdem interim fructibus *recompenſativis*. Nunc ex pretio bonorum, quæ partite venduntur, habetur quantitas ſcut. 4896. pro *ll.mm.* acquirendis. Alia bona manent, quorum æſtimatio ad ſummam ſcut. 5053. aſcendit. Fructus omnium bonorum, quæ nunc ſunt, annuam quantitatem faciunt ſcut. 171.26.

Omnis inquiſitio in facto eſt: nihil propterea addendum ſupereſſe videtur. Proponitur

An, & quorum bonorum ſit locus deliberationi, in caſu &c.

Seſs. 22. *cap.* 6. *de Reformat.*

FIRMANA. Sodalitium *Mortis, & Orationis*, quod eſt in eccleſia S. Eliſabeth oppidi *Pinnæ* diœceſis Firmanæ, jam quarto ab anno ſupplicavit SANCTISSIMO, ut ſibi concederetur altare *Suffragii* cum ſuis reditibus, quod in loco eſt in eccleſia *S. Antonii* Abbatis. Contradicit parochus S. Joannis, qui *filialem* ſuæ hanc S. Antonii eccleſiam exiſtimat, ac ſodalitium *Sanctiſſimi Roſarii*, quod in ea eccleſia erectum eſt. Acris hinc altercatio oritur, de qua nunc diſceptatur.

Ait ſodalitium *Mortis, & Orationis* altare *Suffragii* nullius juris eſſe; bona autem pro animarum purgantium expiatione relicta habere, quæ vix annua ſcuta 5. 74. redituum conflant. Si unio permittatur, multiplicari expiationem ex ſuis privilegiis ad eum finem auctoritate Apoſtolica datis: nihil detrimenti evenire, quia onera altaris per ſe implebuntur omnia. Aſſentiri Ordinarium, ad quem altare ſpectat, uti nulli addictum. Augeri religionem, & frequentiam eccleſiæ *S. Antonii*.

Hinc injuria conqueri parochum *S. Joannis*, cui nihil detrahitur. Tantum ex non laudabili æmulatione oppoſitionem eſſe ſodalitii *Roſarii*, ad quod ſodalitium altare non pertinet, & cum quo nihil ſui inſtituti commune habet. Commune

mune esse autem institutum *Mortis*, & *Orationis* cum *suffragio*, & expiatione defunctorum.

Perperam vero opponi quamdam litem actam in Sac. Congregatione Boni Regiminis, in qua nec verbum quidem de hujus altaris, ac redituum concessione habitum est. Plura in eamdem rem congerit.

Contra tamen sodales *Rosarii* cum parocho *S. Joannis* objiciunt nihil causæ esse cur sodales *Mortis* vetera perturbent omnia. In ecclesia *S. Antonii* antiquissimum esse suum sodalitium; semper deputasse *sacristam*, & *administratorem ejus altaris*, ejusque onera impleviisse. Parochum in eo missam cum cantu quolibet mense stato die celebrasse, aliasque functiones *Rosarii* peregisse. Recitus, qui abundarent, pro sacris agendis inserviisse.

Addit contrariam esse testatoris *Augustini Petri* voluntatem, qui tenui legato relicto *Morti*, sua omnia dedit altari, ideoque onera per sodales *Rosarii* impleri voluit: quemadmodum & *Alexandri de Vechis*, qui per ludimagistrum oppidi quotidie sacrum in eo altari peragendum constituit. Jura hinc sodalitii *Rosarii*, parochi *S. Joannis*, & ludimagistri per hanc concessionem perire pene omnia.

Rem denique conficere existimat, quod per Sac. Congregationem Boni Regiminis negocio cognito, perspectoque, hæc duorum sodalitiorum commixtio in eodem loco, ad servandam pacem vetita est. Impugnat postremo sodalitii *Mortis* exiguos esse reditus. Ex utriusque partis scriptis circumferendis videnda sunt reliqua.

Vicarius Apostolicus Firmanus *die* 28. *Julii* 1762. retulit sodalitium *Mortis* nullum proprium habere fundum, largitiones, atque eleemosynas imminutas, ac brevi futurum, ut *desit*, *qui eleemosynas colligat*, *vel etiam*, *qui eas elargiatur*, & *societas deornatas aras*, *lacera suppellectilia*, *instituta neglecta plorare debeat*: *cui ut occurratur incomodo de aliquo annuo redditu eidem providere opus revera esset*, *ut oratores in supplici libello efflagitant*: *sed ut ipsi exponunt nulla alia in eodem oppido extant bona*, *quæ Mortis societati uniri possint*, *quam relicta a fidelium pietate altari in ecclesia Sancti Antonii Abbatis in purgantium animarum levamen sub Suffragii titulo erecto*.

Adjicit postea: *ut petita dicti altaris suffragii*, *ac bonorum unio eidem societati Mortis fiat*, *sub hac tamen lege*. *prout exponitur*, *quod annuis fructibus prius jusdem altaris oneribus satisfiat*, *cæterosque inde in societatis opera implenda converti liceat*, *ea præcipua rationabilis causa suadet*, *quia unum & idem pene est altaris prædicti*, *ac societatis institutum*, *juvandi nempe defunctorum animas*, & *non solum in hujus utilitatem*, *sed & in ipsius altaris comodum eadem unio vergeret*. *Neminem*, *qui interesse habeat audire debui*, *quippe quia prædictum altare*, *ejusque capellanus a solo Ordinario pendet*.

Vi-

Videndum num cauſa afferatur, quæ legitima ſit, ut detur conceſſio. Perpendenda, quæ propoſita ſunt in Sacra Congretione Boni Regiminis, ut inter duo ſodalitia vitarentur diſſidia.

Ad rem faciunt reſolutiones Sacræ Congregationis in *Januen. translationis parochiæ* 29. *Januarii* 1724., *Sabinen. translationis* 16. *Februarii* 1743., *& Civitatis Caſtelli translationis* 13. *Martii* 1762.

EE. PP. ſua prudentia viderint, quomodo ſit reſpondendum. Inquiritur

I. *An ſit locus applicationi tam altaris Suffragii, quam bonorum illius cum omnibus, & ſingulis oneribus dicto altari adnexis favore Ven. ſocietatis Mortis, & Orationis Terræ Pinæ, & quatenus affirmative,*

II. *An onera prædicta, & reſpective functiones ejuſdem altaris adimpleri, & peragi poſſint per ipſam ven. ſocietatem, illiuſque capellanum, & confratres, in caſu &c.*

Die Sabbati 2. Martii 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

SUnt quatuor, quæ ex proxime habita Congregatione *die 9. Februarii* ad hanc, ut judicentur, allatæ ſunt cauſæ.

ROMANA FUNERUM.

An funera militum præſidiariorum arcis S. Angeli recipientium ſtipendium militare, atque decedentium intus, vel extra dictam arcem ſemper pertineant ad eccleſiam parochialem S. Mariæ Tranſpontinæ, in caſu &c. — *Seſs. 25. cap. 13. de Reform.*

Affirmative ad formam additionis ad Cap. tertium Statuti Cleri Romani, etiamſi milites diu, noctuque morantes in arce extra eam caſu moriantur: in reliquis negative.

ALBINTIMILIEN. REDUCTIONIS MISSARUM.

An ſit locus reductioni miſſarum, in caſu &c. — *Seſs. 25. cap. 4. de Reform.*

Affirmative arbitrio Epiſcopi, durante tantum neceſſitate.

AUXIMANA VENDITIONIS BONORUM.

An, & quorum bonorum ſit locus deliberationi, in caſu &c. — *Seſs. 25. cap. 11. de Reform.*

Affirmative arbitrio Epiſcopi, & amplius.

FIR-

Sess.22. cap.6. de Reform.

FIRMANA.

I. *An sit locus applicationi tam altaris Suffragii, quam bonorum illius, cum omnibus, & singulis oneribus dicto altari adnexis favore societatis Mortis, & Orationis Terræ Pinnæ*, & quatenus affirmative.

II. *An onera prædicta, & respective functiones ejusdem altaris adimpleri, & peragi possint per ipsam ven. societatem, illiusque capellanum, & confratres, in casu &c.*

Ad I. Negative, & amplius. Ad II. Provisum in primo, & amplius.

Sess.24. cap.18. de Reform.

ASCULANA PAROCHIALIS. Actum est *die 30. Julii anni 1763. de adjudicanda, ob malam relationem examinatorum, ecclesia parochiali S. Ægidii* Ripæ Berardæ Asculanæ diœcesis *sacerdoti Francisco Alphonsi*, vel saltem *de eo hic in Urbe novo examini subjiciendo*. Adversam sortem *Alphonsus* de omnibus expertus est. Rediit itaque *die 15. Decembris 1764.* ad sua tuenda jura: sed Sac. Congregatio opportunissimum existimavit de causa judicium differre; rescripsitque: *dilata, & ad Eminentissimum Præfectum ad mentem*. Utraque *folia* ante oculos habenda sunt.

Tertio nunc causa proponitur. Videndum quid sit respondendum de *Alphonso*. Deinde non prætermittendum fortasse erit, quid omni casu, sit censendum de iis, quos communitas ecclesiæ patrona, intra quadrimestre, ne reprobato primo suum jus amitteret, nominavit. Dubium est

An sit standum, vel recedendum a decisis, in casu &c.

Ad I., & II. In decisis, & amplius.

Sess.24. cap.18. de Reform.

AQUIN. PAROCHIALIS. Inter duos, *Secundinum Grossi* e Palatiolo, & *Thomam Basi* e Rocca sicca, vehemens altercatio est de ecclesia parochiali B. Mariæ in Cœlum Assumptæ *Castri cœli*, seu *Palatioli*, quam *Basius* cum judicio Episcopi Aquinatis per literas Apostolicas obtinuit. Proposita controversia *die 19. Januarii hujus anni*, & non consentientibus in unam sententiam EE. Patribus, responsum est: *dilata, & ad mentem*.

Queritur *Grossi* de judicio Episcopi, ut, si id fuisse irrationabile decernatur, literæ Apostolicæ cum ejus judicio datæ, sublato fundamento super quo positæ sunt, ex ipsius concedentis

Pon-

Pontificis manifesta voluntate, pene suo ipso pondere collabescant. Magistratus *Collis*, & *Palatioli* sui *Grossii* causam adjuvant adversus *Basium* non suum municipem.

Videnda sunt nova utriusque partis scripta, quæ, de acri hac inter eas partes controversia, circumferentur. Proponitur *An constet de irrationabili judicio Episcopi, in casu &c.*

Negative.

NULLIUS NONANTULÆ. Rector *Gadii de Plano*, Comitatus Bononiensis in diœcesi *Nullius Nonantulæ*, postulat declarari, an quædam *Maria Catherina*, quæ in sua parochia est annum vicesimum agens, admitti possit ad matrimonium, quod paratum habet, non collato eidem sub conditione baptismo, ob incertos quos habuit parentes. De hoc est cognoscendum. *Sess. 7. can. 9.*

Facti historiam narrat, unius testis judiciali affirmatione probatam. Thomas *Bastiglia* ex eo oppido, *anno* 1740. relicta uxore, cum *Maria Bonarelli*, quæ suum etiam virum deseruit, ad Austriacum exercitum Mutinæ primum, deinde alio se contulit, cupedinarium inter milites mutato sibi nomine agens; sic exculenta cocta, ac parata venditando, donec exercitus iis annis, uti notissimum est, in ditionem Ecclesiasticam venit, quo tempore Thomas Mutinæ se continuit.

Anno 1745. remeato hinc exercitu, apud Sardorum copias cum eadem vivendi ratione rediit Thomas. Sequenti anno in parochiam *S. Joannis Baptistæ Villæ Moleæ* Regien. diœcesis se recepit, cum eadem *Maria Bonarelli*, quæ *anno* 1748. ibi defuncta est. Hinc paulo post ad patriam remigravit, & in parochia *SS. Philippi, & Jacobi Panzani*, villæ *Gadii de Plano* contermina, *die* 24. *Januarii* 1760. obiit.

Secum e sua peregrinatione traxerat Thomas hanc *Mariam Catherinam*, de qua sermo est, tunc ætatis annorum quinque. Eam puellulam parentibus orbatam, repertam, non vero suam filiam dixit. Suam tamen moriens fassus est, atque ab aliis filiis uti suam haberi jussit, nihil neque de loco, ubi ortum habuerit, neque de ejus baptismo dicens. *Maria Catherina* autem christianis semper moribus vixit, & ad sacramentorum communionem usque ad annum 1757. admissa est.

Eminentissimus Abbas Commendatarius interrogatus, facti seriem expositam comprobat; atque in ea sententia est, ut baptismus sub conditione ei conferatur. Possibile etenim non esse affirmat, ut de collato antea baptismo probatio haberi posset. Juvat in re incerta, ac periculi plena, ipsa verba, quæ aliter sub oculis non haberentur, exscribere:

l'eſpoſto nella compiegata domanda del Sacerdote Andrea Placido Anſaloni Rettore di Gaggio di Piano, e mio provicario generale in Nonantola contiene la verità in tutte le ſue parti. A me ſono note le diligenze uſate dal medeſimo per ritrovare la fede batteſimale della zitella Maria Caterina figlia ſpuria di Tomaſo Baſtiglia, e ſono di coſtante ſentimento, che non potrà mai trovarſi, perchè eſſendo morto il detto Baſtiglia, che viſſe facendo il vivandiere nell'armata per più anni con nome finto, ſarà moralmente impoſſibile di ſapere il luogo ove nacque detta povera zitella, e però ſarei di parere, che per non procraſtinare ulteriormente il matrimonio della medeſima, ſi poteſſe battezzare privatamente ſub conditione, *come ſi è praticato in tali caſi ſimili, eſſendo anche morta la madre, come dalla qui anneſſa fede. Si è cercato nella parochia della Moglia per rilevare come ſi chiamaſſe detto Baſtiglia, ma ogni ricerca è riuſcita inutile.*

Sine baptiſmo alia ſacramenta recipi non poſſe certum eſt *can. præter §. penult. 32. diſtinctione can. ſi quis confugerit 52. can. ſi quis per ignorantiam 51. quæſt. 1.* Concilium Florentinum in *decret. unionis* dixit: *primum omnium ſacramentorum locum tenet ſanctum baptiſma, quod vitæ ſpiritualis janua eſt, per ipſum enim membra Chriſti, & de corpore efficimur Eccleſiæ.*

Rationem dat D. Thomas *3. parte quæſt. 35.*: *Nihil poteſt aliquis recipere, cujus receptivam potentiam non habet; per characterem autem baptiſmalem efficitur homo receptivus aliorum ſacramentorum; unde qui characterem non habet, nullum aliud ſacramentum recipere poteſt, & ſic character ordinis baptiſmalem characterem præſupponit: cum enim baptiſmus ſit generatio ſpiritualis, qui non eſt genitus in eccleſia, quomodo poterit cum aliis fidelibus ad ſpiritualia concurrere.*

Certiſſimum autem eſt baptiſmum iterari non poſſe *can. 46.*, & 49. *Apoſtol. can. oſtenditur, can. hi de quibus 38., can. ſive hæreticus 51. cap. quos 52. cap. non liceat 107.*, & *cap. rebaptizare 108. de conſecr. diſt. 4.*

Quæri ſolet de iis, dequibus dubium eſſe poteſt, an baptiſmum ſuſceperint. Habetur epiſtola nomine S. Leonis ad *Ruſticum* Epiſcopum Narbonenſem in *cod. can. Eccleſ. Roman. cap. 28. Si nulla extant indicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi, de quibus quæritur baptizati fuiſſe doceantur; agendum eſt, ut naſcantur, ne manifeſte pereant, in quibus, quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit, ut videatur iteratum, nec temeritas intervenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis.*

Div. Gregorius Magnus *lib. 12. indic. 8. epiſt. 31.* ait: *quoties tam de baptiſmo aliquorum, vel confirmatione, quam de eccleſiarum conſecratione dubitatio habetur, & nec ſcriptis, nec teſtibus certa ratio habetur, utrum baptizati, vel confirmati, ſive eccleſiæ conſecratæ ſint, ut baptizentur tales, ac confirmentur, atque eccleſiæ canonice conſecrentur; ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat; quo-*

quoniam non monſtratur iteratum, quod non certis indiciis oſtenditur rite peractum.

Extat Synodica Lucæ Patriarchæ *cap.12. Cum enim infantes ex Chriſtianorum regione in Scytis, & Agarenis bello capti eſſent, & empti a Romanis, dubitatum eſt an oporteat venundatos rebaptizari: dicebant enim nonnulli, quoniam ex chriſtiana regione capti ſunt, præſumptio eſt eos fuiſſe baptizatos in patria ætate infantili, nec denuo rebaptizandos eſſe: magis tamen placuit eos debere baptizari, quod neſciunt an in infantia fuerint baptizati, nec ulli inveniuntur, qui baptiſmum affirment.*

Clariſſime de re ejuſmodi reſcripſit Alexander III. *in cap.2. de Baptiſm.: De quibus dubium eſt, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmiſſis, non te rebaptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo.* In Rituali *Roman.* additur *tit. de Baptiſm.: Hac tamen conditionali forma non paſſim, aut leviter uti licet, ſed prudenter, & ubi re diligenter perveſtigata probabilis ſubeſt dubitatio infantem non fuiſſe baptizatum.*

Verum enim vero ambiguitatem tolli ex facti circumſtantiis cenſuit Innocentius III. *in cap. Veniens de presbytero non baptizat.: Et certe de illo, qui natus de Chriſtianis parentibus, & inter Chriſtianos eſt fideditèr converſatus, tam violenter præſumitur, quod fuerit baptizatus, ut hæc præſumptio pro certitudine ſit habenda, donec evidentiſſimis forſitan argumentis contrarium probetur.* Sequitur *Barboſ. ad cap.2. de Baptiſ. num.3.. Tertio infertur non eſſe rebaptizandos eos, qui nati, & educati fuerint pluribus annis inter Chriſtianos, & a parentibus Chriſtianis, niſi clare conſtet eos non fuiſſe baptizatos.*

His poſitis, in quæſtione, de qua agitur, quæ circumſtantiæ ſint conſiderandum erit. Advertendum, *Mariam Catherinam* filiam *Thomæ* eſſe, non haberi niſi ex dicto ejus morientis: *Petrum Melonem* teſtem unicum nihil de hoc certi affirmare: *Thomam*, tempore, quo puella nata eſt, peregrinum alieno nomine vixiſſe; adulterum cum adultera itinerantem: dum ad patriam remigravit, ſuam eſſe filiam negaviſſe; imo dixiſſe puellulam utroque parente orbatam reperiiſſe.

Sacra Congregatio in una *Neapolitana Matrimonii 1. Septembris 1714.* cum quæſitum eſſet, *an matrimonium inire poſſet fœmina, quæ licet addicta ſervitio nobilis matronæ Neapolitanæ, & trigeſimum ætatis annum agens, ſacramentis pœnitentiæ, & euchariſtiæ refici conſueverat. Attamen ſexto poſt nativitatem die ab ignoto homine tradita fuerat cuidam fœminæ, & certo non conſtabat fuiſſe ſacro profuſam lavacro: reſcripſit eſſe baptizandam ſub conditione, ac ſecreto, & deinde procedi poſſe ad contractum matrimonii ſervatis ſervandis, ut in lib.64. decret. pag.345.*

In una *Ulyxiponen.Orient.* propoſito dubio de quodam Simone in lucem edito, dum parentes *catholici in Indias navigabant, licet ritu Caiholico ſemper in Luſitania vixiſſet, & ſacramenta*

pœnitentiæ, & euchariſtiæ ſæpius ſuſcepiſſet, atque idem Simon aſſereret ſcire ſe fuiſſe baptizatum a Capellano navis in eadem navi. Attamen cum deeſſet teſtificatio de collato baptiſmo, cenſuit ſub *die 26. Aprilis* 1732. inter *ſummaria* precum, ſcribendum vicario capitulari, ut *exquireret, interpoſito jurejurando, ab eodem Simone quomodo ſciret ſe fuiſſe baptizatum a Capellano navis in eadem navi, itemque exploraret tum ex eo, tum aliunde, quot deinde annis ſuperſtites fuiſſent parentes, & an ii Chriſtiani vere fuerint, & Chriſtiano ritu educaverint filium. Quod ſi conſtaret parentes fuiſſe Chriſtianos, vixiſſe aliquot annos poſt filii ortum, eumque educaſſe juxta catholicæ religionis leges, nec contraria occurrerent argumenta, ex quibus manare poſſet prudens dubium de non ſuſcepto baptiſmate, Ordinarius liberam Simoni faceret poteſtatem matrimonii contrahendi: ſi vero compertæ eſſe non poſſent præmiſſæ circumſtantiæ, quibus inniti debuiſſet moralis certitudo de ſuſcepto baptiſmate, juberet eum ante matrimonium ſecreto baptizari ſub conditione, ut in lib.* 28. *Epiſt.*

In una *Ripana* 12. *Decembris* 1733. cum inſpectio eſſet de puella nuncupata *Maria Salome e Germania oriunda, licet peregrinus, qui eamdem ad Ripanam Civitatem duxerat, aſſeveraſſet ſalutis aquarum reſperſam eſſe, & ſpopondidiſſet ſe miſſurum extra ſex menſes documentum baptiſmi; attamen quia hujuſcemodi documentum tranſmiſſum non fuerat, nec quidquam reſcitum de peregrino,* propoſito dubio: *an Maria Salome baptizari debeat ſub conditione in caſu, reſcripſit eſſe ſecreto baptizandam ſub conditione, & amplius.*

EE. PP. ſua, qua clarent, juris ſacri univerſi ſcientia pronunciabunt

An Maria Catherina baptizari debeat ſub conditione, in caſu &c.

Negative.

Seſs. 23. cap. 18. de Reform.

TRANEN. TAXÆ. Pro ſuo ſeminario Archiepiſcopus Tranenſis indixit contributionem ad rationem *quatuor* pro quolibet cent. ſuper omnibus bonis cleri ſæcularis, ac regularis totius diœceſis, quæ tria tantum loca habet, *Birulum, Coratum,* ac villam *Sanctiſſimæ Trinitatis.* Hinc innumeræ proiectæ ſunt lites. Vindicabat clerus regularis ſuam exemptionem; ſæcularis vero de exceſſu contributionis conquerebatur, ob eam præcipue rationem, quia Archiepiſcopus & bona ſua, & ſui capituli, & univerſi cleri civitatis pro ſuo arbitrio, & commodo non comprehenderat.

Actum eſt de his controverſiis *die* 14. *Maji* 1763. Varia ſorte pugnatum eſt. De exemptione aliis reſponſum eſt: aliis denegata. De Cœleſtinis mandatum eſt, ut *videretur particulariter*. De juſtitia vero portionis contribuendæ dubitatum eſt. Hinc, prudentiſſime hujus rei cognitione dilata, reſcriptum fuit de omnibus, qui contribuere debebant, *ad*

Emi-

Eminentiſſimum Præfectum ad mentem, ſuſpenſa interim executione taxæ. Videndum eſt *folium* ejus diei, in quo late habentur omnia.

Super exemptione quieverunt omnes, præter domum *hoſpitalis S. Joannis de Deo*, quæ *die* 17. *Decembris* ejuſdem anni 1763. bono exitu ſuam querelam propoſuit. Reſponſum eſt etenim: *prævio receſſu a deciſis, bona pro manutentione hoſpitalis Baruli non teneri*. Ex *folio* diei illius patent cuncta. Sed non inopportunum fuit, ut hæc dicerentur ad facti hiſtoriam omnem dilucidandam.

Reſtat inquirendum modo de æquitate contributionis ab Archiepiſcopo, ac ſeminarii deputatis conſtitutæ. Maximum quæſtionis caput in eo eſt, an recte, ac legitime civitatis clerus omnis exemptus fuerit.

Promotor curiæ Tranenſis propugnat exemptionem juſte datam. Ait civitatem contribuere ingentem ſummam annuam *ducat.*600., quorum dimidium unum ex reditibus ad reſtaurandum portum deſtinatis, alterum ex vectigali molæ frumentariæ accipitur interim, donec inſtaurato portu tota ea quantitas ex ejus reditu danda ſit.

Hinc infert: pro ſua rata præbere ann. duc. 176. 75 $\frac{1}{4}$ clerum ipſum, qui alias pro ſuis bonis juxta *taxam* contribuere non teneretur niſi *ducat.* 172. 98. $\frac{1}{4}$. Patere id clariſſime ex calculo.

Præterea civitatem Tranenſem voluntario huic contributioni ann. *ducat.* 600. conſenſiſſe, ut ſuus clerus, qui civitatis ipſius pars eſt, alio onere non gravaretur. Maximæ itaque injuſtitiæ eſſe, ut clerus hac ſui populi benignitate fraudetur. Extare in eam rem expreſſum pactum, ſine quo contributio permiſſa non fuiſſet. Ultro, citroque obligatorium fuiſſe pactum illud, quod ſervari omnino neceſſe eſt *l.contractus ff.de reg.jur,l.*1. *& l.juris gentium §.Prætor ait ff. de pact. Rot.dec.*114.*num.*10.*part.*10.*rec.*

Quamobrem injuria conqueri clerum diœceſis. Quia ſi hæc contributio a laicis Tranenſibus non daretur, quæ idcirco unice data eſt, major ipſius cleri diœceſis eſſet contribuenda portio, quæ fortaſſe uſque ad quinque pro quolibet cent. demandari debuiſſet.

Contra tamen capitulum *Corati*, cujus ſcripta ad hanc diem venerunt tantum, primum irrita eſſe omnia prædicat, nec legitima auctoritate peracta; nullum interfuiſſe etenim deputatum a cléro, uti debebat. Deinde non debuiſſe a contribuendo liberari *menſam*, *capitulum*, & totum clerum Tranenſem. Rem eſſe non boni exempli. Contra expreſſum jus eſſe *Currad.in prax.benefic. lib.*4. *cap.*8., *Lotter. de re benefic.lib.*1. *quæſt.*29.*num.*31., *Garzia de benefic.par.*12.*cap.*2. *num.*193., *& Rot. in Tudertina beneficii* 9. *Junii* 1721. §. *Præterea cor.cl.me.Card.Cerro*.

Certat præterea Tranenſem clerum ex ſuis bonis contribue-

re

re debere pro ſua parte *ducat.* 384. 54. ; idque evidens fieri ex facto, quod pleniſſime probari aſſerit. Ad hæc, in præſtatione *ducat.* 600. nihil præbere clerum : partim ſolvi ex reditu portus : partim ex vectigali, quod clerum non tangit. Rurſus *ducat.* 600. conflari ex 300., quæ veniebant *ex cataſtro*, ideoque nihil ad eccleſiaſticos pertinentibus, & 300. e vectigali molæ, cujus portio ceſſare debet ſimul ac portus inſtauratio completa eſt. Tunc, omni caſu, clerum Tranenſem liberum evadere ; obnoxium ſupereſſe ſemper clerum diœceſis.

Demum aſſerit ſe nihil præter legata cum *onere miſſarum* habere, quæ ejuſmodi contributioni ſubjici nequeunt *Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſs.* 23. *de Reform. cap.* 18. *num.* 15., *Ventril. in prax. canon. part.* 2. *annot.* 29. §. *unico num.* 16., & aperte cautum legitur *in inſtructionibus juſſu ſan. mem. Bened. XIII. edit.* §. 2. Nec contrariam eſſe reſolutionem Sacræ Congregationis in *Sabinen. anni* 1640., cum in ea ſuper 1. *dub.* expreſſe excipiantur legata pia pro celebratione miſſarum relicta.

Reliqua ex utriuſque partis ſcriptis, & ex *relatione* Archiepiſcopi videnda ſunt. Non prætermittendum tamen, quod de conſenſu præſtito a laicis in hunc finem, ut clerus liber eſſet, nullum apud *acta* monumentum adhuc editur.

Concilium dixit *ſeſs.* 23. *cap.* 18. *Epiſcopi cum conſilio duorum de capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur, itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius vero ad clerum pertineat, ex fructibus integris menſæ epiſcopalis, & cap tuli, & quarumcumque dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum cujuſcumque ordinis etiam regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint &c. partem aliquam, aut portionem detrahent, & eam portionem ſic detractam &c. huic collegio applicabunt, & incorporabunt.*

Ponderandum, quid, ut bona menſæ, capituli, & cleri Tranenſis liberentur, faciat hæc præſtatio *ducat.* 600., & ad quod tempus. An in eam aliquid conferant eccleſiaſtici. An pro ea quantitate ſit, quæ alias reſponderet taxæ pro clero factæ. Inſpectio omnis ex facto pendet.

De legatis vero piis cum *onere miſſarum* habetur *Inſtructio* ſan. mem. Benedicti XIII. Capitulum Corati, cum *die* 14. *Maji* 1763. de hac exceptione propoſuiſſet, reſcriptum eſt : *teneri ad formam inſtructionis ſan. mem. Benedicti XIII.* Qua de re hæc ſimiliter quæſtio ex facto inſpici debet ; jure enim & certa, & definita eſt. Quæritur

An ſit locus approbationi taxæ, in caſu &c.

Non propoſita, cum ſequenti.

FO-

FOROSEMPRONIEN. *Petrus Dominicus* Chiappolini *Alexandri* fratris filias hæredes uſufructuarias inſtituit, quæ cælibem vitam agerent, cum jure inter eas accreſcendi, certis datis legibus. Poſt has neptes, ejuſdem fratris filios maſculos voluit, & deinde perpetuam primogenituram in eorum deſcendentibus conſtituit. Declarationem fecit: *la mia roba, che oggi ho fatta primogenitura, voglio, & intendo, che ſia in perpetuo durante li maſchi di caſa Chiappolini, che non voglio, che v'entrino mai le figlie femmine de' figli de' miei nipoti, o pronipoti, nè che la predetta mia roba ſia data per reſtituzione di dote ad alcuno, o in qualſivoglia altra maniera alienata, rotta, e ſpezzata; ma che ſempre ſia intatta, & intiera a diſpoſizione, come ho determinato.* *Seſs. 22. cap. 6. de Reformat.*

Conditionem præterea poſuit: *mancando però tutta la linea della caſa Chiappolini per parte de' maſchi, voglio, che la mia eredità vadi alla Ven. Compagnia de' poveri infermi, e biſognoſi della città di Foſſombrone, con obbligo, che a chi faranno la carità con l'entrate mie, mi dichino ogni volta un De profundis, e un Pater, & Ave Maria per l'anima mia; e che ogni anno mi faccino celebrare all' altare privilegiato due meſſe per ſuffragio dell'anima mia, e de' miei &c.*

Bona ſarta, ac tecta perpetuo ſervari juſſit, addiditque: *quando ſarà eſtinta tutta la linea di caſa Chiappolini, e che la mia roba dovrà riccadere alla Ven. Compagnia de' poveri infermi, e biſognoſi della città di Foſſombrone, con obbligo prenominato di meſſe, intendo, e voglio, che ſia eſeguita queſta mia volontà in tutto, e per tutto*: item, *che la prenominata compagnia de' poveri infermi, e biſognoſi di Foſſombrone diſpenſi l'elemoſina, che ricaverà dalle mie entrate ſolamente alli poveri gentiluomini, e gentildonne di Foſſombrone, che ſono carichi di famiglia, e non a quelli, che gli è lecito di andar queſtuando, o in qualche altra forma poſſino, e gli è lecito lucrarſi il vitto con l'induſtria de' loro lavori; incaricando per ciò la coſcienza de' medeſimi, non adempiendo queſta mia volontà. Anzi che quelli, che diſpenſano, o diſpenſeranno l'elemoſina prenominata delle mie entrate in altre perſone, che non ſiano nobili, come ſopra, voglio, che poſſino eſſere convenuti avanti al Tribunale dell'Illuſtriſſimo Magiſtrato di Foſſombrone (cioè ſolo l'Illuſtriſſimo Confaloniere, & Anziano di conſiglio) & a quelli fargli pagare del proprio di quello, che averanno dato contro la mia volontà.*

Ni extarent, qui hac eleemoſyna indigerent, fructus ſuæ hæreditatis pro tempore multiplicari præcepit; aliaque dixit, quæ ad rem non faciunt.

Brevi tempore poſt fœminas fratris, maſculi defecerunt. Ultimus ex his *Alexander Chiappolini* ordinis S. Auguſtini, qui bonorum uſufructum retinebat, menſe Martio præteriti anni defunctus eſt. Duæ ex *Franciſco Malateſta* Chiappolini *Alexandri ſen.* filio ſuperſunt fœminæ, una jam ante nupta, al-

altera *Smeragda* Chiappolini, quæ prope diem nubenda eſt. Hæc, vivo adhuc *Alexandro* patruo, petierat, ut poſt ejus mortem ſibi uſusfructus bonorum concederetur, qui ad ſcuta ann. 40. eſt; ſed per *ſummaria* preces propoſitæ *die* 28. *Januarii* 1764. ab hac Sac. Congreg. rejectæ ſunt.

Eas nunc renovat, de hiſque nunc denuo agitur. Inquit *Smeragda*, teſtatorem uſumfructum hunc deſtinaviſſe puellis nobilibus civitatis, quæ hac ope indigerent: ſe puellam nobilem, & decenti matrimonio collocandam; & quod plus eſt, teſtatoris ex fratre proneptem; ideoque ſecundum omnem præſumptam defuncti voluntatem, ac ſecundum omnem regulam juris præferendam *Rot. cor. Falconer. de aliment. deciſ.* 8. *n.* 24.: præſertim dum conjuncti nobilitate præfulgent *Tiraquell. de nobilit. cap.* 20. *num.* 143., *Surd. de aliment. tit.* 3. *quæſt.* 28. *num.* 15.

Paratas ſe habere, & quidem decentes nuptias, ſi inopi doti, quam habet, hoc additamentum largiatur. Adjuvaſſe ab initio ſuas preces Epiſcopum. Denuo aſſenſum præbuiſſe ſodalitium charitatis. Magiſtratum, qui juſſu Sac. Congregationis ad cauſam vocatus eſt, æquitatem petitionis noviſſe, atque eam ſuo conſenſu nunc comprobaſſe. Pene impium eſſe, ut unica ex familia privetur, ſaltem donec vivat, fructibus bonorum, quos patruus magnus pauperibus nobilibus dari imperavit.

Epiſcopus a die 9. *Decembris* 1763. de petitione *Smeragdæ* retulit, dixitque: *hæc iſtius civitatis nobilis puella eſt, honeſtiſque moribus prædita, pauper tamen in ſuo ſtatu, pluribus ab hinc annis orbata patre, & ex fratre proneptis ejuſdem teſtatoris: ea quippe eſt filia quond. nobilis capit. Franciſci Malateſtæ filii Alexandri fratris prædicti Petri Dominici Chiappolini. Cum autem præfatus capit. Franciſcus Malateſta, nullo relicto maſculo, duas tantum de ſe reliquerit filias, quarum una habita, delataque in dotem portione bonorum, quæ ipſi obtigit, jam nupta eſt; hinc ex familia (excepto uno viro regulari jam ſeptuagenario majore, qui debitis modis, & facultatibus nunc percipit hos fructus) remanente tantum de hac familia, & ſtirpe iſta puella, fit ut bona omnia, quæ pro ſua portione, & dote obveniunt ei, unice aſcendant in capitalibus ad mille ſcuta monetæ Romanæ, quæ reddere poſſunt annuos fructus ſcut.* 40. *circiter, ſicuti per peritos deprehenſum fuit. Quare cum jam vigeſimum ſecundum ſuæ ætetis annum puella excedat, & modo paris conditionis ei occurrat occaſio nubendi, decernant EE. PP. pro eorum benignitate, & ſapientia an oratricis votis ſit annuendum ad formam precum, quas exhibuit Sanctiſſimo Patri, & ad formam conditionum, quas exigunt fratres ſocietatis de Charitate.*

Sodales *Charitatis* die 12. *Novembris* 1763. conſenſerant *di unanime parere di accordare alla Signora Smeralda Chiappolini ſolamente ſua vita naturale durante, e non altrimenti &c. pro hac vice tantum, e perchè non paſſi per eſempio in altre perſone,*

che

che poteſſero mai venire dalla medeſima ricorrente quanto ha richieſto nella preſente propoſta , purchè però per il preſente accordo &c. non s'intenda mai queſta compagnia pregiudicata , nè poſſa mai perdere ogni , e qualunque jus , che per il predetto legato poſſa non ſolo preſentemente , ma in qualunque tempo avvenire competere , di maniera che ſe per tal conceſſione reſtaſſe la predetta compagnia pregiudicata , s'intenda per non accordata una tal conceſſione . Dichiarandoſi inoltre , che debbaſi in tutto , e per tutto adempire la mente del teſtatore riſpetto al mantenimento , e bonificamento delli beni accennati , & adempimento degli altri obblighi impoſti dal medeſimo teſtatore , e che quando la detta ricorrente entrerà in poſſeſſo de' detti beni debbinſi queſti riconoſcere dal Priore pro tempore , e ſuoi deputati , affinchè non vengano mai deteriorati . Die poſtmodum 14. *Junii* 1764. , licet non ſine ſuffragiorum diſcordia , conſenſum cum iiſdem conditionibus confirmavit .

Conſenſus Magiſtratus die 30. *Aprilis* 1764. apud monumenta cauſæ habetur .

Certe ſi de ſucceſſione ageretur , pugnaret *Smeragda* contra expreſſam teſtatoris voluntatem , qui excluſit fœminas . Dum vero agitur de ſubſidio dando ad levandam ejus nobilis puellæ inopiam , ſive de adjumento ad parandas nuptias , videndum , num ea neceſſitas urgeat , ut interpretata pro æquo , & bono patrui magni voluntate , aliis præferatur nobilibus , qui hoc adjumento vel modo indigent , quod incertum eſt an adſint , vel quamprimum fortaſſe indigere poſſent .

Videndum , num temperanda forſitan res eſſe debeat , parte negata , conceſſa alia . Ad EE. PP. pertinet decernere

An ſit locus aſſignationi uſusfructus bonorum quond. Petri Chiappolini favore Oratricis ejus vita naturali durante , in caſu &c.

Die Sabbati 23. Martii 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

DUÆ tantum ex præterita Congregatione *diei* 2. *hujus menſis* ſuperſunt cauſæ, quæ ante alias notantur.

Seſs.23. cap.18. de Reform.

TRANEN. TAXÆ.
An ſit locus approbationi taxæ, in caſu &c.

Dilata, & ſcribatur Archiepiſcopo juxta inſtructionem.

Seſs.22. cap.6. de Reform.

FOROSEMPRONIEN.
An ſit locus aſſignationi uſusfructus bonorum Petri Chiappolini favore Oratricis ejus vita naturali durante, in caſu &c.

Pro medietate redituum ad decennium, injuncto onere precum ad formam Teſtamenti.

Seſs.24. cap.12. de Reform.

TARRACONEN. Eccleſia, quæ parochialis eſt villæ de *Reus* Tarraconen. diœceſis, priorem unum habet, ac triginta ſex præbendarios, quorum *duo* tantum, ſive ex uſu, ſive ex privilegio quolibet anno *unum menſem* in orbem a choro abeſſe poſſunt. Supplicarunt præbendarii *anno* 1762., ut *octo* per *tres menſes* quoquo anno vacarent, ſed petitio, ex diverſa EE. Patrum ſententia, bonam ſortem experta non eſt. Hinc, ut procliviores precibus invenirent animos, de *duobus* tantum menſibus petierunt.

Ordinarius cenſuerat neque rejiciendam omnino petitionem, neque integre admittendam. Propoſitæ ita ſunt preces *die* 18. *Februarii* elapſi anni. Sac.Congregatio mediam viam tenuit. Annuit pro *quatuor capitularibus* per *turnum*, & pro

duo-

duobus menſibus tantum, & cum *ſolitis clauſulis*. Videndum eſt *folium diei* 28. *Januarii ejuſdem anni* 1764.

Cum daretur reſcriptum *clauſulæ* adjectæ ſunt: *ita tamen, ut capitulares omnes tempore Adventus, & Quadrageſimæ, omnibus diebus feſtis, & ſolemnioribus Nativitatis, & Reſurrectionis D. N. J. C., Pentecoſtes, & SSmi Corporis Chriſti, & per totam octavam ejuſdem, ac aliis temporibus Ordinario bene viſis intereſſe, & jugiter ſervire teneantur.*

Clauſulæ non placuerunt. Duo nunc poſtulant, I., ut vel eæ moderentur, ſive numerus capitularium abſentium augeatur. II., ut nomine dierum feſtorum, ii non veniant, in quibus ex Sedis Apoſtolicæ indùlgentia, cum obligatione audiendi ſacrum, opera ſervilia permiſſa ſunt.

Ajunt ex immemorabili eccleſiæ conſuetudine ſemper duos capitulares abfuiſſe per *turnum* uno anni menſe, & quibuſcumque diebus feſtis, exceptis tantum *Circumciſionis Domini, Epiphaniæ, Cinerum, majoris hebdomadæ, tribus feſtivis Paſchæ Reſurrectionis, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Sanctiſſimæ Trinitatis, Corporis Chriſti, & per totam octavam, Nativitatis B. M. V., ſolemnitatis Omnium Sanctorum, commemorationis defunctorum, Nativitatis D. N. J. C., & omnibus feſtivis ejuſdem Nativitatis.*

Quamobrem, inquiunt, damnoſum ſibi privilegium nunc dari; nam demptis omnibus diebus, de quibus *clauſulæ* ſunt, nonniſi ſeptem quolibet anno ſuperſunt menſes, quibus gaudere poſſent vacatione *quatuor* ex capitularibus tantum, quorum omnium numerus, ut patet, uno anno non expleretur. Hinc cenſendum non eſſe Sac. Congregationem, quæ ſemper ſuo more mitiſſime agit, voluiſſe petentibus gravius onus imponere, quam habuerant. Naturam ipſam beneficii collati, ac privilegii conceſſi hoc ferre, ut minuantur onera, non augeſcant.

Addunt, capitulares abſentes, exceptis tantum iis ſolemnioribus feſtis, de quibus ſupra, indiſcriminatim alio tempore, ſuo menſe illo primum gaviſos fuiſſe. Propterea *clauſulas*, vel de iis tantum declarandas, vel ſaltem de diebus *Dominicis, Adventus, Quadrageſimæ, Nativitatis, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti*, & de iis expreſſe, quibus opera ſervilia prohibita ſunt. Demum contentos eſſe, ut retentis omnibus, ad *ſex* quolibet anno *præbendarios* ſaltem conceſſum privilegium extendatur.

Diſtinguendum videretur, de diebus feſtis, qui ſunt univerſæ Eccleſiæ communes, & de aliis, qui ex pietate populorum aliquibus in locis inducti ſunt. Ponderandum num permiſſio operum ſervilium in aliquibus diebus, feſtorum naturam immutet, & præſertim reſpectu chori. Advertendum, quod ante privilegium, cum *duo* ex præbendariis quolibet anno per menſem unicum in orbem abeſſe poſſent, non

omnium *trigintaſeptem* capitularium numerus illo anno ſua exemptione gaudebat.

Sac. Congregatio de cathedrali *Arianen.* pro qua Epiſcopus teſtabatur, *quod attenta nimia rigiditate aeris, & gravi ætate multorum canonicorum, ipſi talem gratiam promerebant, eoque magis, quia nonnulli eorum, propter infirmitates habituales, ſunt inhabiles ad inſerviendum; quodque cum continua aſſiſtentia ſex hebdomadariorum, & decem canonicorum in diebus ferialibus, & omnium viginti in diebus feſtivis, eccleſiæ ſufficiens præſtatur ſervitium*, die 12. Decembris 1696. conceſſit *indultum inſerviendi eccleſiæ per alternas hebdomadas, ita tamen, ut capitulares omnes tempore Adventus, & Quadrageſimæ, omnibus diebus feſtis, ac ſolemnitatibus Nativitatis, & Reſurrectionis D. N. J. C., Pentecoſtes, & SS. Corporis Chriſti, ac per totam octavam ejuſdem, & aliis temporibus Epiſcopo benevisis intereſſe, & jugiter inſervire teneantur, lib.* 49. decret. *pag.* 447. *a terg.*

In una *Iſernien.* pro capitulo cathedralis, quod *componebatur ex duabus dignitatibus, Archipresbytero videlicet, & Primicerio, & duodecim Canonicis, & duodecim hebdomadarii choro inſerviebant, cumque continua eſſet choro intereſſentia, excluſo etiam beneficio menſium conciliarium; ſupplices preces SS. exhibitæ ſunt pro obtinenda alternativa, quod una videlicet hebdomada, una dignitas, & ſex canonici, & duodecim hebdomadarii choro inſervirent, & alia hebdomada, alia dignitas, alii ſex canonici & iidem duodecim hebdomadarii eidem choro inſervirent, & ſic alternatim exceptis tamen communibus, quibus omnes intereſſe deberent.* Epiſcopus teſtabatur *de continuo, & numquam interpolato ſervitio, de nimia aeris rigiditate, & humiditate, de infirmitatibus habitualibus, quibus canonici ſubjecti ſunt, de tenuitate præbendarum, & de ſimili tenuitate diſtributionum, cum ex maſſa communi unuſquiſque canonicus diſtributionum nomine non percipiat, niſi ducat.* 20. *in pecunia annuos, & modios* 10. *pariter annuos in frumento, abſque eo, quod reditus dignitatum excedant reditus canonicorum, cum exceſſus ſit in obulis, & per dictam alternativam ſufficiens præſtari choro ſervitium*, reſpondit *die* 26. *Junii* 1723. *pro gratia ad formam reſolutionis Arianen.*

In una *S. Severinæ* pro capitulo eccleſiæ metropolitanæ, quod *eccleſiæ inſerviebat per hebdomadam, & turnum, prætendebat ſe non teneri ad quotidianum ſervitium vigore cujuſdam donationis factæ a bon. mem. Archiepiſcopo Berlingerio, ſed ſibi eſſe permittendum, ut alternative, & per turnum præſtet prædictum ſervitium, exceptis tamen temporibus Adventus, Quadrageſimæ Rogationum, & aliis vigiliis, & omnibus diebus feſtivis, quibus omnibus addicti choro eidem inſervire teneantur.* Propoſito dubio die 13. Julii 1725. *an omnes canonici, & clerus cathedralis eccleſiæ Sanctæ Severinæ vigore donationis expletæ per bon. mem. Archiepiſcopum Berlingerium teneatur quotidie intervenire ſervitio eccleſiæ, ſeu potius ſit indulgendum, ut poſſint alternative, & ſe-*

& facta diviſione per turnum, & hebdomadam intereſſe eidem ſervitio, exceptis temporibus Adventus, Quadrageſimæ Rogationum, aliiſque vigiliis, & omnibus diebus feſtivis in caſu &c. reſpondit *eſſe indulgendam alternativam cum ſolitis clauſulis*, & commiſit Archiepiſcopo Sanctæ Severinæ, *ut veris &c. pro ſuo arbitrio, & conſcientia canonicis, aliiſque capitularibus dictæ eccleſiæ cathedralis indulgeat, ut toto anni tempore per dimidiam eorum partem alternis hebdomadis choro, & divinis officiis intereſſe poſſint, & valeant: ita tamen, ut omnibus diebus Dominicis, & feſtis de præcepto, necnon tempore Adventus, & Quadrageſimæ, ac octavarum Nativitatis Domini, Paſchatis, Reſurrectionis D. N. J. C., ac Sanctiſſimi Corporis Chriſti omnes inſervire teneantur.*

In una *Tranen. die* 22. *Novembris* 1738. pro capitulo eccleſiæ S. Mariæ majoris Baruli tunc *noviſſime in collegiatam erectæ*, quæ conſtabat ex tribus dignitatibus, triginta canonicis, ac ſex manſionariis, & poſtulavit *indultum inſerviendi choro, & eccleſiæ per turnum alternis ſcilicet hebdomadis, exceptis tamen diebus feſtis de præcepto, necnon toto tempore Adventus, & Quadrageſimæ, quia eccleſia vivis lapidibus extructa erat, ac prope mare ſub cælo ita aperto, ut hyemali tempore ob frigoris rigorem, æſtivo vero propter humiditatem, grave detrimentum canonicorum, & dignitatum valetudini afferat*, reſpondit *affirmative cum ſolitis clauſulis*. Ac proinde *committendum cenſuit, Archiepiſcopo Tranen., ut veris exiſtentibus narratis, pro ſuo arbitrio, & conſcientia oratoribus gratis indulgeat, ut toto anni tempore per mediarias, ideſt per dimidiam eorum partem alternis hebdomadis miſſa, matutino, & omnibus horis intereſſe valeant. Ita tamen, ut diebus Dominicis, & feſtis de præcepto, tempore Adventus, & Quadrageſimæ, ac octavarum Nativitatis Domini, Paſchatis Reſurrectionis D. N. J. C., ac Sanctiſſimi Corporis Chriſti ultra medietatem capitularium, qui non erunt de ſervitio miſſæ, & veſperis inſervire teneantur.*

Proponuntur dubia

I. *An moderandæ ſint clauſulæ appoſitæ in Reſcripto, ſeu potius augendus ſit numerus Capitularium, qui abeſſe poſſint, in caſu &c.*

II. *An nomine dierum feſtorum comprehendantur dies feſti, in quibus, cum onere audiendi Miſſam, opera ſervilia permiſſa ſunt, in caſu &c.*

Ad I. Negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam pro ſex Capitularibus tantum. Ad II. Affirmative.

Seſſ. 25. cap. 9. & ſeſſ. 14. ca. 12 de Reform.

ASINA CAPELLANIÆ. Ad vacantem capellaniam altaris B. Mariæ V. in eccleſia parochiali *Montis Carotti* Aſſiſinæ dioeceſis, a Seraphino *Theſei anno* 1638. conſtitutam, Valeria *Theſei*, ad quam jus nominandi pertinet, nominavit *anno* 1763. *Angelum Anſelmium* ex oppido *Sancti Quirici* Flaminiæ ſororis filium duodennem. Petit *Anſelmius* diſpenſationem ætatis, ſed contradictores ſeſe objecerunt *Antonius Dionyſii* e *Monte Carotto*, & *Joannes Baptiſta Luciani* ab oppido *Belfortis*, ex deſcendentia etiam fœminina familiæ *Theſei*. Hinc Eminentiſſimus Prodatarius cognitionem *ſupplicationis* inter competitores *ſignandæ* ad hanc Sacram Congregationem remiſit; in qua inter *Anſelmium*, & *Dionyſium* res agitur; jura ſua non proponente *Luciano*.

Quæſtio omnis ex lege fundationis pendet, quæ ante oculos habenda eſt. Summatim vero, omiſſis, quæ ad cauſam nunc facere non videntur, hæc eſt. *Seraphinus Theſei an.* 1638. capellaniam ſolemni inſtrumento cum certis bonis conſtituit, data lege capellano celebrandi per ſeipſum, *dummodo non ſit legitime impeditus, exceptis tamen rectoribus, & capellanis de familia ipſiuſmet Seraphini*.

Jus nominandi antiquiori, & *ſeniori annorum, & ætatis* familiæ de *Theſeis* dedit. Ut eligeretur ex familia, ſi adeſſet, præcepit. Si nemo *idoneus, & aptus* in familia extaret, *tunc eligi alterum ex conſanguineis, ſeu affinibus, & deſcendentibus tam ipſius d. Fundatoris, & dictorum nominatorum, ille nominetur, & eligatur, & non alias &c., & caſu quo tunc, & tempore vacationis prædictæ eſſent duo clerici, ſeu presbyteri dictæ familiæ de Theſeis, ille præferatur, qui per antea in clericali dignitate, ſeu ſacris ordinibus fuerit legitime conſtitutus, & caſu quo unus aliquod beneficium eccleſiaſticum, ſive perpetuam capellaniam haberet, & legitime poſſideret, & ſenior eſſet in clericali, ſeu ſacerdotali dignitate, vel ſacris ordinibus conſtitutus, ei ſemper præferatur alter ille clericus, ſeu ſacerdos etiamſi in clericali dignitate, vel ſacris ordinibus eſſet poſterior, & nullam habens capellaniam, ſeu perpetuum beneficium*.

Item, *quod obveniente vacatione altaris, & capellæ prædictæ, & quod nemo infra legitima tempora nominatorum idoneus, & aptus reperiatur de familia dd. DD. de Theſeis, tunc eligatur alter ex conſanguineis, ſeu affinibus, & deſcendentibus tum ipſius d. fundatoris, quam ſupradictorum, ad beneplacitum illius, ad quem ſpectat jus præſentandi, oriundus tamen ex Monte Carotto. Item, quod capellanus, ſeu rector electus, ſeu eligendus pro tempore de familia, & cognatione dd. de Theſeis per ſe ipſum, ſeu per alium, ſeu alios poſſit dd. onera adimplere, & illi ſatisfacere, & qui non ſunt de familia maſculina deſcendentium, ſint, & eſſe debeant actu ipſo ſacerdotes, & per ſe ipſos, & non per interpoſitam perſonam dd. oneribus ſatisfaciant, & ſatisfacere teneantur*.

Pri-

Primum capellanum nominavit *Joannem Vincentium*, Berardi filium, *Theſei*, conſobrinum e *Monte Carotto*.

Anno autem 1660., rejecta nominatione *Fulgentii Gratiani*, quam dolo malo excerptam fuiſſe aſſeruit, novam dotem, quam ejus nominationis occaſione dederat, confirmavit, auxitque. Novum rectorem Theodorum *Theſei* e *Monte Carotto* conſanguineum, & e ſua familia fecit. Alia onera capellanis injunxit. Jus nominandi majori natu ex maſculis *Theſeis* dedit: deficiente linea maſculorum, majori natu ex fœminis: deficientibus omnibus, *Communitati, & Conſilio Montis Carotti*, ut antea fecerat.

Extante familia *Theſea* in maſculis, inter plures ejuſdem familiæ præferendam ætatem voluit, addiditque: *ſi vero nullus adeſſet de dicta familia de Theſeis, tunc eligatur proximior conſanguineus, vel affinis ejus, ad quem tunc temporis jus nominandi, & præſentandi ſpectabit, cujus arbitrio, voluntati, & liberæ diſpoſitioni* [*non extantibus illius conſanguineis, vel affinibus idonei*] *relaxatur, & reſervatur, & reſervatum, & relaxatum intelligatur, & ſit in pleno jure jus, & facultas nominandi, eligendi, & præſentandi quemcumque alium rectorem, ſeu perpetuum capellanum pro dicta capellania ſibi magis placitum, cum eiſdem ſupradictis honoribus, & oneribus, dummodo quilibet nominandus, & præſentandus ſemper ſit oriundus de dicto caſtro Montis Carotti, de bonis moribus, & bonæ vitæ, & famæ, de honeſtis parentibus, & de legitimo matrimonio legitime natus; alias quilibet nominatus abſque dictis requiſitis nullatenus admittatur, nec ad dictam capellam, & dictam rectoriam, ſeu capellaniam recipiatur, nec inſtituatur; & illius nominatio, præſentatio, & inſtitutio tali caſu ipſo jure, & facto nulla, & pro nulla habeatur.*

Valeria *Theſei*, quæ nominavit *Anſelmum* Flaminiæ ſororis filium, ſenior ætate eſt. *Dionyſius* irritam nominationem aſſerit, & ſibi uti *qualificato*, ex voluntate ipſius teſtatoris dandam capellaniam.

Allegat ſe eſſe ex eadem linea fœminina ſecundo loco vocata; ſe eſſe ætate *annorum* 22., clericum; choro re ipſa inſervire: ſe nulla *diſpenſatione* indigere: ſe ex *Monte Carotto* eſſe: deficere omnia *Anſelmio*. Hoc caſu alterius nominatione non indigere: ſe ab ipſo fundatore prælatum *Rocc. de jurepat. quæſt. 16. num. 43.*, *Card. de Luca de jurepatron. diſc. 18. num. 3.*, *in Pampilonen. Beneficii de aſſenſu 29. Novembris 1749. cor. Illmo D. Clemente.*

Nihil nocere autem, quod uno gradu remotior ſit, cum deficientibus requiſitis in proximiore, is, qui gradu remotior eſt, non extante idoneo, proximior ſuo jure efficiatur *Fargn. de jurepatron. cap. 12. num. 3.*, *Rot. in Recent. deciſ. 206. num. 6. part. 3.*, *coram Caprara deciſ. 143. num. 8.* De neceſſitate originis e *Monte Carotto* multa adjicit. Nec prodeſſe *Anſelmio*, qui exterus eſt, quod matrem e *Monte Carotto* habeat.

Præ-

Præterea, *qui non sunt de familia masculina*, dixisse fundatorem, *sint, & esse debeant actu sacerdotes, & per se ipsos, non per interpositam personam satisfacere debeant*. Adversus omnia jura profecto esse, ut *dispensatio* concedatur duodenni puero, ad excludendum, qui in eadem descendentia fœminarum est, & ætate ad sacerdotium assequendum proximus.

Contra autem *Anselmius* allegat se esse proximiorem. Expressam esse legem fundationis de proximiore præferendo. Fundatorem, etiam deficientibus masculis familiæ, in aliis non voluisse nisi sacerdotes *habitu*, non *actu*. Qualitatem, quod capellani sint e *Monte Carotto* præscriptam unice in extraneis, non vero in consanguineis. Patere id ex litera ipsissimo clarissimum haberi argumentum voluntatis ex *ipsa discretiva*, *Piton. controv. Patron. alleg.* 42. *num.* 10, *Rot. dec.* 1124. *num.* 16. *cor. Molin.*

Maximum causæ momentum faciunt verba illa apposita in instrumento anni 1660.: *dummodo quilibet nominandus, & præsentandus semper sit oriundus de dicto Castro Montis Carotti, alias quilibet nominatus, alsque aliis requisitis, nullatenus admittatur, & nominatio ipso jure, & facto nulla sit*. Videndum num ille *quilibet* intelligi debeat etiam, qui proximior consanguineus, & affinis erat, de quo supra dixerat, atque una, eademque illa periodus sit.

Ponderandum quid faciat ad voluntatem declarandam, quod in primo instrumento 1638. jusserat, quod non *extante idoneo, & apto* de familia de Theseis, *tunc eligatur alter ex consanguineis, seu affinibus, & descendentibus ad beneplacitum illius, ad quem spectat jus præsentandi, oriundus tamen ex Monte Carotto*. Ponderandum num variatio, tametsi adesset sustineretur.

Quid jure censendum sit ad Eminentissimos PP. pertinet. Quæritur

An, & quæ supplicatio sit signanda, in casu &c.

Esse signandam supplicationem favore Antonii.

Sess. 25. cap. 14. de Reform.

SPIREN. CANONICATUS. *Anno* 1762. Joannes Baptista *Duras* per sententiam curiæ Spirensis privatus est suo canonicatu ecclesiæ *S. Guidonis*. Curia Moguntina, *prævios exercitiis spiritualibus per quatuordecim dies peragendis, consortio canonicorum* restituendum dixit. Facti speciem exhibet *folium* diei 18. *Augusti* 1764.

Actum est de causa in sequenti Congregatione diei 15. *Septembris*. Sed quia defensor canonici asseruit non habuisse adhuc mo-

monumenta neceſſaria ob illius paupertatem, reſcriptum eſt *dilata*, *& ad mentem*, quæ fuit, ut ſubminiſtrarentur *Duraſſio* ſcut. 50. ad parandam defenſionem.

Recuſavit eam quantitatem, a promotore curiæ Spirenſis ſtatim oblatam, recipere defenſor, quia nullum in id dixit ſe habere mandatum. Verum in Congregatione diei 22. ſequentis *Novembris* novam dilationem petiit, quæ conceſſa eſt. Poſtmodum *die* 20. *Februarii* currentis annideclaravit *non habuiſſe mandatum procuræ, nec eſſe velle ejus procuratorem*. Inſtante igitur curia Spiren., denuo nunc redit cauſa.

Promotor ſummopere ſuam ſententiam tuetur, ac monſtrare nititur injuſtitiam Moguntinæ. Ait ex duplici cauſa privatum *Duraſs*, nempe, *ob varia delicta carnis*, *& conculinatum*, *& ob ſupinam negligentiam in frequentando choro*, *& divinis officiis*. De utroque nullam dubitationem in facto oriri, & quidem ex affirmatione ipſius *Duraſs*. Dubitari tantum poſſe de ſervato ordine judicii juxta legem Concilii, quem ſervatum in omnibus adamuſſim fuiſſe contendit.

Advertit curiam Moguntinam non revocaſſe integre ſententiam Spirenſem, ſed reformaſſe pro ea parte, quæ reſpiciebat vitia carnis. Hinc injuſtam etiam hoc capite eam dicit, quæ reſtituit *Duraſs*, ſaltem ob longiſſimam abſentiam a choro juſte privatum ſervata methodo, quam Concilium præſcripſit, primum detracta medietate redituum, poſtea reditibus omnibus, relicta tantum congrua, ne is mendicaret, qui ad titulum canonicatus ordines ſuſceperat. Cum de reliquo Concilium dicat de canonico tantummodo per triennium negligente *de Nigr. de vacat. benefic. lib. 2. cap. 6. num. 42. & alii*.

Speciatim de delictis carnis, ante ſententiam nihil omiſſum fuiſſe propugnat. Addit Concilium loqui de ſuſpecto, non autem de criminoſo notorio, ac non emendabili clerico *Reinfeſtuel. in jur. canon. tit. de cohabit. cleric. & mulier.* §. 2. *num.* 54.

Non novum eſſe in tota Germania ſtatim privare hos publicos peccantes clericos, non ſervatis pœnarum gradibus a Tridentino præſcriptis. Extare in eam rem literas Apoſtolicas ſan.mem. Clementis XI. Denique plurimi æſtimandum judicium, ac teſtimonium ipſius Epiſcopi Spirenſis. Ipſum vero *Duraſs* ſuæ culpæ conſcium; ideo neque ſuam defenſionem paraſſe.

Notiſſima eſt ſanctio Tridentina. Ponderandum num fuerit unquam approbata privatio, non ſervata in omnibus, & integre forma a Concilio præſcripta. Videndum quid dixerit *Rota in Friſingen. Parochialis* 8. *Aprilis* 1715. *coram Scotto*, *in Placen. Parochiæ* 9. *Decembris* 1743. §. 9. *coram Lana*, *& 15. Junii* 1744. §. 8. *coram clar. mem. Card. Millino*. Ponderandum

num multæ, ſeu redituum detractiones, ad dimittendos creditores, non cauſa privationis comminandæ, ſufficiant, ut ſervata dicatur forma Conciliaris. Videndum quid de hoc cenſuerit *Rota in Tuden. ſervitiorum ſuper privatione* 17. *Aprilis* 1752. §. 3. *coram Amadeo*; quæ fuerit ſententia S. Congregationis *in Caſtri Maris privationis canonicatus* 25. *Februarii* 1741.

Eadem, quæ proponebantur, nunc dubia ſunt

I. *An ſubſtineatur privatio Jacobi Duraſs de canonicatu, in caſu &c.*

II. *An eidem aſſignandum ſit ſeminarium epiſcopale uſque ad emendationem, in caſu &c.*

Dilata, & ad mentem.

Seſs. 22. *cap.* 1. *decret. de obſerv. & evit. in celebr. Miſſar.*

PERUSINA REDUCTIONIS. San. mem. Benedictus XIII. conceſſit ſacrario eccleſiæ Peruſinæ omnia bona *cujuſcumque generis, obventiones, & emolumenta quæcumque ad piam domum, ſive confraternitatem S. Mariæ Diſciplinatorum nuncupat. Inſulæ Majoris ad lacum Traſimenum Peruſinæ diœceſis, ratione legatorum piorum, aut alias quomodolibet ſpectantia, quorum omnium, & ſingulorum bonorum &c. fructus, reditus, & proventus ſummam quingentorum & ſeptuaginta ſcutorum monetæ Romanæ annuatim non excedunt.*

Legem expreſſam adjecit: *ſupportatis tamen per duos ejuſdem eccleſiæ canonicos &c. omnibus, & ſingulis ejuſdem domus, ſive confraternitatis præfatæ, juxta legem a Ven. fratre noſtro Epiſcopo Peruſino in actu ſuæ paſtoralis viſitationis ſub die* 18. *menſis Aprilis* 1714. *indictam, & in tabella tunc typis impreſſa regiſtratam.*

Tabella onerum mandato Epiſcopi Peruſini facta, quam Pontifex probavit, & exequendam mandavit, inter alia onera, hæc habet: I. *Per il ſantiſſimo Natale di Noſtro Signore Gesù Criſto* (mutatus deinde hic dies eſt in feſtum SS. Innocentium) *sì a poveri foraſtieri, che a' paeſani abitanti, che ſaranno preſenti, ſi dia la ſolita carità di pane, e le dette due piccie di pane non ſiano più, che circa libre quattro, e circa oncie dieci di carne a teſta. A paeſani abitanti, a' quali ſi dà la detta carità nel giorno della vigilia, ſi diano circa libre ſei di pane, e circa oncie dieciotto di carne per perſona, e non più.* II. *E per togliere via ogni fraude, ed inganno, che dalla malizia, o ingordigia altrui poteſſe cagionarſi, ſi ordina, e comanda eſpreſſamente, che nè il Priore, o altro officiale, o miniſtro di detta pia caſa poſſa, nè debba dare ad alcuno, ſia chi ſi voglia, la detta carità, ſe non*

por-

porterà, o consegnerà il bollettino sottoscritto di propria mano del Pievano d'Isola, nel quale sarà notato il numero delle persone, e delle porzioni, che si dovranno dare.

Inferius vero de ludimagistro: XVIII. *Al maestro di scuola si diano ogni anno per suo onorario, e per amore di Dio, acciò insegni le virtù, e buoni costumi a tutti li fanciulli, e giovani di questo luogo, scudi quaranta moneta, e la casa per l'abitazione rifinita di mobili grossi coll'obbligo di sonare l'organo in tutte le feste di precetto.*

Capitulum Perusinum ob tenuitatem horum redituum exorat, ut duo prædicta onera imminuantur ad levandam sacrarii inopiam. De I. supplicat, ut ponatur modus aliquis largitioni, quæ eo die detur tantum incolis Insulæ Majoris, apud quos sodalitium *Disciplinatorum* erat, nec non *Tauri*, & *Baroncini* vicinorum locorum, & qui secum habeant in eum finem a propriis parochis datam pagellam. De II. ut ludimagistri salarium ad scut. 24. quotannis contrahatur.

Circa I. multa enarrat de præsenti sacrarii inopia, & ære alieno. Succurrendum esse eidem nunc, uti Benedictus XIII. constituit. Convenire hoc menti Pontificis concedentis, qui tunc temporis omnia onera ferenda jussit sodalitii, quia reditus multo majores erant. Eos jam valde imminutos, licet assiduam, & diligentem operam iis administrandis perpetuo impenderit capitulum. Exhibet illorum præsentem statum testimonio Episcopi comprobatum. De iure esse, ut imminutis reditibus, onera minuantur; præsertim urgente necessitate sacrarii, cui reditus addicti sunt. Post concessionem, præcipuum esse illorum bonorum onus, ut primum pro sacrario sint, cui a Pontifice destinata sunt; damnosam aliter fuisse concessionem.

Adjicit plurima absurda venire ex multitudine confluentium undique, non minus ex vicinia, quam ex proxima Etruria. Turmatim accedere omnes. Turmatim petere. Innumeris cymbis oneratum lacum, & accedentium, & fere recedentium advenarum utriusque sexus. Turpia hinc accidisse multa. Confusa mane, ac turbata sacra inter strepitus comedentium, ac bibentium. Illum diem non festi pietate, ac religione populorum celebrandi, sed spectaculi, ac tumultus speciem præferre.

Experimento compertum esse alia omnia inutiliter tentata. Unum superesse, si largitio ad habitatores Insulæ, ac duo magis propinqua loca coerceatur, quæ quasi jus aliquod ad eam habent. Iis facile dandam legem, ut testificationem Parochi obtineant, atque exhibeant, quæ urgente præmazima turba hominum indistincta, & inordinata indigenarum, & convenarum ex tot diversis locis, servari nunquam ullo modo potuit.

Ad hæc, neſciri qua lege hæc largitio antiquitus præſcripta fuerit. Nullam extare memoriam, an voluntario ex ſodalium liberalitate, vel ex legato dari cæperit. Hinc facilius ſervatam adhuc methodum mutari poſſe; cum nullius ſit commutanda contraria voluntas; nullius certum jus lædatur; nulli inferatur injuria, ſi neceſſitate urgente minuatur. Alia ex ſcriptis capituli videnda ſunt, quæ inde repetere otii res plena eſſet.

De II. nempe de ſalario ludimagiſtri minuendo, ait, leviſſimum ejus eſſe laborem. Inſulam lacus Traſimeni vix octo ſupra viginti familias numerare. Perpaucos eſſe pueros, qui ſcholam frequentent. Habere ludimagiſtrum onus eccleſiæ organum pulſandi diebus tantum feſtis. Pro iis omnibus ſalarium ſcut. 24., & inſtructam domum abundare.

Epiſcopus petitionem ſui capituli impenſiſſime multis verbis adjuvat. Neceſſitatem ſacrarii confirmat. Saltem pro aliquo annorum ſpatio ut largitio exteris auferatur, cenſet: *Quod ſi EE. Veſtris difficilis, & nimis aſpera videretur conceſſio gratiæ reductionis oneris prædictæ eleemoſynæ mediante perpetua exterorum excluſione, non prægraventur ſaltem temporaneam illorum ſuſpenſionem decernere intra 20. annorum decurſum, quorum beneficio novæ arborum plantationes in prædiis ſuppreſſæ ſocietatis a capitulo poſt reaſſumptam illorum adminiſtrationem nuperrime conſitæ adoleſcent in ſtatu completos ſuos gignendi fructus, quorum uberiori retractu annui reditus pares forſan exiſtent, nedum ſublevandis indigentiis prærelati ſacrarii; verum etiam continuandæ eleemoſynæ in terminis hodiernæ obſervantiæ tam ſubditorum, quam exterorum complexive.* Videnda integra ejus *relatio* eſt.

Quia vero inutile exiſtimaverat monere de petitione capituli eos, quorum intereſſet; hinc mandatum ei eſt *die* 18. *Februarii elapſi anni*, ut per edicta eos de ejuſmodi re certiores faceret, quo ſua jura proponerent, uti factum eſt.

Advenerunt propterea preces plurium ex communitate *Inſulæ Majoris*, qui orant, ut nihil novi patiatur fieri. Ex prima conceſſione bonorum deſertam habitatoribus Inſulam. Multas familias illinc diſceſſiſſe, alio commigrare coactas. Precari nunc, qui ſuperſunt, exorare demiſſe ne ſuis miſeriis novum hunc luctum adjiciant. Unicum ex ſuis bonis ſolatium relictum infelicibus vetus hoc ſacrum ſolemne, unico anni die, tot finitimorum frequentia celebratum. Nulla abſurda uſque adhuc eveniſſe. Clamorum pleniſſimam hanc futuram novitatem. Si placet, capitulum bona reſtituat, ſe paratos eſſe præbere capitulo, ſine ullo ejus diſpendio, ſine labore, ſine incommo[illegible] *annua ſcut.* 100. pro ſacrario. Expectanda eorum [illegible]emio eſſet.

EE. PP. pro ſua æquitate, & prudentia viderint quomodo ſit providendum. Petitur

I. *An, quibus perſonis, & quomodo ſit facienda diſtributio eleemoſynæ, de qua agitur, in die feſtivitatis SS. Innocentium, in caſu &c.*

II. *An, & ad quam ſummam ſit reducendum ſalarium ludimagiſtri Inſulæ Majoris lacus, in caſu &c.*

Non propoſita cum reliquis.

PANORMITANA. Super eodem dubio, de quo nunc eſt judicandum, propoſita cauſa die 27. *Septembris* 1763. reſcriptum eſt: *dilata, & firmetur ſtatus, & ſcribatur Archiepiſcopo juxta mentem*. Videndum eſt *folium* diei 27. *Auguſti* ejuſdem anni. *Seſs. 24. cap. 6. de Reform.*

Literæ ad Archiepiſcopum datæ ſunt. Pervenerunt jam ejus reſponſiones cum *ſtatu* hæreditatis, qui petebatur. Ait, *in unciis mille biſcentum ſexaginta eſſe, annuos reditus unciarum octuaginta unius, atque tarenorum quinque. Spem nullam eſſe de reddituum incremento: imo de alia diminutione licet opinari, quippe annua penſio hujus prædii, cujus uſusfructus tum ſitu, tum campeſtri natura potiſſimus eſt in frumentis, & paſcuis ſummum apicem tetigit. Onera prædii unciarum quinquaginta octo, taren. 4. & ob. 14., quibus deductis a ſupradicto annuo reditu unciarum* 81., *atque tarenor. 5., remanent unciæ* 23. *obul. 6.*

Conventus ædificationem, quam teſtator voluit, affirmat, numquam adhuc cæptam; modo neque inchoari, nec perfici poſſe. Utilius videri, ut duæ capellaniæ conſtituantur, jurepatronatus ſervato *conſanguineis Antoniæ, teſtatoris neptis, cujus hæredes ad hujuſmodi juſpatronatus potiorem habent actionem ex vindicatione bonorum, quæ pro dote capellaniarum aſſignantur, reſervata etiam adminiſtratione capellanis pro tempore*.

Ad has ſufficere, ait, uncias 40. pro dote. Uncias haſce haberi, *ſi unciis* 23. *annualis reditus copulentur unciæ* 15. *a teſtatore legatæ ſuper eodem prædio pro eleemoſyna miſſæ quotidianæ etiam a ſacerdotibus regularibus poſt ædificationem conventus celebrandæ, & unciæ ſex ceſſandi fideicommiſſariorum ſtipendii*.

Exiſtimat capellanias ſtatuendas eſſe non ubi conventus conſtructio mandata erat, ſed Panormi. Deinde *Muſolini* preces mirifice probat: *eſt teſtatoris pronepos, civis Panormitanus natalibus illuſtris, ætatis ſexagenarius, morum gravitate ſpectabilis, rei familiaris anguſtia preſſus, filius, & hæres Antoniæ, quæ inſtructo judicio, fraudibuſque detectis ſuis labore, & ſumptibus anno* 1762. *invaſores detruſit eorumdem bonorum, quæ in dotem capellaniarum ſunt conceſſuræ. Nec parvi momenti fuerunt hi ſumptus. Etenim expenſæ judiciales aliis poſthabitis taxatæ inſpiciuntur per meam archiepiſcopalem curiam in unciis* 134. *tar.* 2. *&*

de

de quibus adhuc debentur unciæ 50. *& ultra, cauſâ patrono, qui moleſtias infert ſacerdoti Muſſolino hæredi ſuæ clientis.*

De mala demum adminiſtratione priorum fideicommiſſariorum multa dicit: de ejus adminiſtrationis ratione petenda; de eorum pauperrate, de pene deſperata recuperandi provincia. Ante oculos habenda *relatio* eſt.

Raphael *Muſolinus*, ea, quæ antea dixerat, majori conatu iterat nunc. De commutatione voluntatis neceſſario facienda amplius non dubitari. Eam vitari non poſſe. De ea facienda jam judicatum fuiſſe. Agi poſſe tantummodo de erigendis capellaniis, ut Sacra Congregatio cenſuit. Has erigendas opportuno tempore, uti hæreditatis fructus ferant, non impugnat. Nunc unam ſuo tempore ſufficere, quam ipſe retineat, quoad vixerit.

Id quidem eſſe juſtitiæ conſentaneum ad compenſanda diſpendia litium, quas *Antonia* mater pro vindicandis hæreditariis bonis tulit *leg. Secundum naturam ff. de regul. jur. in leg. Plautius ff. ad leg. falcidiam, & in leg. Quoties ff. ad Trebell., Calvin. de æquitat. lib.*2. *cap.*167. *num.*16., *& plur. ſeqq., Surd. conſ.*150. *num.*11., *Roman. conſ.*440. *num.*2., *Rot. penes Palm. nepot. allegat.*71. *num.*4., *& coram Anſald. deciſ.*199. *num.*21. *tom.*2.

Eſſe æquitati accommodatum, ut teſtatoris proximior, qui ipſe eſt, rei familiaris anguſtia, qua premitur hoc adjumento levetur *Bald. in leg. Conventiculæ Cod. de Epiſcop., & Cler., & in leg. Pomponius ff. de negoc. geſt., Rot. coram Falconer. de Miſcell. deciſ.*75. *num.*10. Neque invideatur ſibi miſero, jam ſupra ſexageſimum annum provecta ætate, hæc haud multum duratura largitio, quam teſtatorem ipſum præſumendum de jure eſt in his rerum circumſtantiis dari voluiſſe; quam juſtitia tuetur, quam ſuadet æquitas, quam dandam eſſe Ordinarius cenſet, cujus judicium plurimi eſt faciendum *Piton. diſcept. Eccleſ.*110. *num.*22., *Rot. deciſ.*90. *num.*16. *part.*16. *Recent., & deciſ.*467. *num.*9. *coram Cerro.*

Advertendum a teſtatore conventum erigendum ſtatutum eſſe *Calatafimi* non infrequenti, ac non ignobili Siciliæ loco. Videndum num ibi erigendæ capellaniæ ſint cum imagine B. Mariæ Virginis in altari, vel potius alibi, & quæ eſſet canonica hujus de uno loco in alium translationis cauſa.

Ad rem faciunt *Æſina Legatorum* 21. *Auguſti* 1706. *lib.* 56. *decret. pag.*278. *Ariminen. commutationis miſſæ* 14. *Martii, &* 13. *Junii* 1711. *lib.*61. *pag.*113., *&* 363., *Mediolanen., ſeu Ferentina Capellaniæ* 23. *Februarii* 1715. *lib.*65. *Decret. pag.*80., *Caſalen. commutationis voluntatis* 24. *Septembris* 1718. *lib.*68. *decret. pag.*399., *Regien.* 5. *Auguſti* 1719. *Neapolitana Capellaniarum* 16. *Junii, &* 17. *Novembris* 1731. *lib.*81. *decret. pag.*309., *&* 551.,

& 551., Romana tranſlationis oneris miſſarum 28. *Julii ejuſdem anni pag.*381., *Ariminen. tranſlationis Capellaniæ* 20. *Decembris* 1732. *lib.*82. *decret. pag.*600., *Neapolitana commutationis voluntatis* 7. *Februarii* 1733., *Lauden. Capellaniæ* 23. *Auguſti* 1738., *Tridentina tranſlationis oneris miſſarum* 10. *Januarii* 1739., *& Taurinen. celebrationis miſſæ quotidianæ* 6. *Maji* 1752.

Conſiderandum, num ſi *Muſolinus*, quod petit, impetret, ei mandandum ſit, ut expreſſe favore hæreditatis remittat jura, quæ ex anteactis litibus, earumque expenſis quæcumque habet.

Procuratores Generales Ordinum Regularium, qui ad fundationem invitabantur, per *Secretarium* moniti ſunt de hac cauſa, ut, ſi quid e re ſua eſſet, provonerent. Dubitatur,

An bona, de quibus agitur aſſignanda ſint Oratori titulo capellaniæ cum onere unius miſſæ quotidianæ ejus vita durante tantum, itaut poſt ejus obitum ſit exequendum decretum Sac. Congregationis, in caſu &c.

GNESNEN. UNIONIS. Ciſtercienſes monachi *Andreovienſes* obtinuerant ab Archiepiſcopo Gneſnen. unionem duarum parochiarum in *Cierno*, & *Zlotniki*, quas licet a presbyteris ſæcularibus adminiſtratas, ſui juris patronatus eſſe aſſeruerant. Petierunt poſtea Sedis Apoſtolicæ confirmationem, quæ neceſſaria quidem erat, & quam Epiſcopus impetrandam eſſe aperte decreverat. Totius cauſæ ſpeciem habet *folium diei* 15. *Septembris præteriti anni* 1764., quod omnino videndum eſt. *Seſs. 7. cap. 7 de Reform.*

Eo die ob temporis anguſtiam propoſita non fuit cauſa. Sed quia animadverſum fuerat, quod non adverterant monachi, maximam ineſſe difficultatem, quia agebatur de unione eccleſiarum ſæcularium regularibus, quam *Concilium ſeſs.*24. *cap.*13. *de Reformat.* expreſſe vetuit; ideo *die* 24. *ſequentis Novembris* de petitionis exitu forſitan pertimeſcentes, ni de ſuo jurepatronatus in duabus parochiis meliorem, quam antea fecerant, afferrent probationem, exorarunt dilationem, quæ data eſt.

Veniunt nunc. Ea allegant, quæ prius propoſuerant de unionis neceſſitate, atque utilitate. De ſuo jurepatronatus amplius dubitari non poſſe affirmant. Patere id evidentiſſime.

Verum enim vero nullum novum monumentum, ut eorum defenſor facile fieri poſſe crediderat, attulerunt, niſi quod ad vacantem nuper parochiam in *Zlotniki* præſentarunt unum

unum ex ſuis monachis, & *præſentatio* ex decreto curiæ *die* 10. *elapſi Decembris* admiſſa fuit.

Num meliorem ſuam cauſam hinc effecerint, certum non eſt, cum hoc unico actu poſt datam antea ſententiam curiæ *Gneſnenſis*, quæ unionem fecerat. In *præſentatione* dicitur: *inhærendo ſententiæ definitivæ die 26. Septembris 1763. quoad commiſſionem perpetui regiminis ejuſdem eccleſiæ Zlotniki Abbati, ſive Priori conventus pro tempore exiſten. prolatæ, & ad præſens productæ.* In decreto autem: *viſo decreto ſententiæ, dictum electum, & prout de jure præſentatum vigore prædictæ ſententiæ, inſtitutionem &c.*

Inquiritur

An ſit conſulendum SANCTISSIMO pro unione parochialium in Cierno, & Zlotniki, de quibus agitur, in caſu &c.

Seſs. 22. cap. 8. de Reform.

NEPESINA CAPELLANIÆ. Nicolaus Focoſi e *Campaneano* Nepeſinæ diœceſis, *anno* 1600. ex ſuis bonis erigendam juſſit capellaniam S. Joannis in eccleſia ejuſdem oppidi. Multa onera capellano dedit per ſe ipſum adimplenda, inter quæ, ut choro certis diebus adeſſet, addiditque: *il jus præſentandi, vuole, che ſia di Andrea Lozi, figlio dè Rocco Lozi, e ſuoi ſucceſſori in perpetuo, cioè ſempre il maggiore erede di linea maſcolina, quale mancando poſſa laſciarlo ad altrè e chi parerà meglio con l'iſteſſa condizione detta di ſopra per ſucceſſione delli ſopradetti. Ordinando, che ſi debba ſempre preſentare perſona idonea, e d'età almeno di venti anni, nativi di campagnano di Padre, e Madre di Campagnano.*

Uti teſtatur ſcripſerat capellania erecta eſt, quam ſecundum legem teſtamenti capellani ad hæc uſque tempora retinuerunt. Defuncto autem *anno* 1763. Sigiſmundo *de Joannettis* capellano, quatuor pro aſſequenda capellania venerunt, ex quibus duo *Antonius Piuccius*, & *Angelus Angelucci* a cæptis deſtiterunt. Inter duos reliquos quæſtio manet, Anuntiatum *de Angelis* e *Campaneano*, *præſentatum* a Cæſare *Nicolini*, qui *derogationem medietatis vocum, ac indultum retinendi ſub eodem tecto aliud beneficium* petiit, & Hypolitum *Cantonum Romanum*, præſentatum a matre Carlotta *de Lantibus*, cui paulo poſt *Nicolinus* idem, variando acceſſit. *Carlotta, & Nicolinus* jus præſentandi ſibi aſſerunt ex donatione ſororum de *Serenis*, ad quas, extincta familia *Lozia*, jus illud antea legitime perveniſſe contendunt. Controverſia omnis ab Eminentiſſimo Prodatario ad Sac. Congregationem delata eſt.

Anuntiatus allegat ſe omnibus qualitatibus præditum eſſe. Jam exceſſiſſe ætatem viceſimi anni, imo ſacerdotem eſſe. Poſſe

Posse per se ipsum adimplere omnia, uti testator voluit, & quod maximum est, se, suosque parentes natos in oppido *Campaneani*; *Cantonum* vero, ejusque matrem ortum, habuisse Romæ, patrem vero ejus alienigenam. Nihil eum juvare, quod filius patronæ sit. Jus *Carlottæ* impugnat. Deinde non posse patronum derogare de legibus certis favore aliorum a fundatore constitutis *Piton. Controv. patron. allegat.3. num.3.*

Quod *Nicolinus* variaverit nihil facere. Illum variare non potuisse, itaut jus primo nominato auferret *Lambertinus de jurepatr. part.2. lib.2. art.6. sub num.3.*, *Vivian. eodem tract. lib.10. cap.1. num.4. part.2. Garz. de benefic. part.5. cap.9. num.213.*, *& 214.*, *Rot. in recent. decis.235. num.5.*, *& 6. part.9. tom.1.*, *detis.431. num.5. part.14.*, *& decis.323. num.12. part.16.*

Adjicit multo magis hoc verum esse, dum patronus variavit re non integra, nempe *die* 17. *Decembris* 1763. postquam ipse *Annuntiatus a die* 26. *Novembris Sanctissimum* cum nominatione ad capellaniam impetrandam adiverat *Abbas*, *in cap. fin. num.2. de jurepatr.*, *Lotter. de re benefic. lib.2. quæst.2. num.36. Rot. coram Crescent. tit. de jurepatr. decis.6. alius* 178. *num.9.*, *& coram Ubag. decis.37. num.13. repetita in Recent. decis.739. num.15. part.18. tom.2.*

Interrogatus Episcopus dixit: *cum Sacerdos Annuntiatus de Angelis omnibus requisitis a testatore præditus sit, jure videtur pro eo obtinendo supplicasse, cumque medietatem vocum a patronis, ut asseritur, reportarit, licet nemo ex iis, qui modo juspatronatus prætendunt, illud adhuc verificaverit, & preces pro dispensatione alterius medietatis porrexerit, videtur etiam, aliis quibuscumque destitutis præfatis requisitis esse præferendum, neque post dictæ supplicationis præsentationem locum esse variationi, quam unus ex assertis patronis, qui Oratorem nominavit intentare audivi.*

Nuperrime autem promotor curiæ Nepesinæ comparuit, ac postulat, ut in literis Apostolicis apponatur clausula *verificato prius coram Ordinario jurepatronatus*, ne damnum ullum juribus curiæ ex admissa *præsentatione* ejus, qui suum jus non probat, sequatur. Impugnat item *Annuntiato dispensationem* retinendi aliud beneficium sub eodem tecto. Capellaniam habere affirmat sufficientes reditus. Plures adesse in oppido pauperes clericos, quorum uni, cum eo beneficio succurri potèrit.

Ex *cap. quoniam de jur. patron.* licet variare patronis laicis. Considerandum num id intelligatur de *variatione*, quam dicunt, *cumulativa*, nempe de adjungendo alium, firma priori nominatione: quod inductum videtur pro ecclesia bono, ut inter plures dignior possit eligi *Fagnan. in cap. cum autem de jur. patron. num.7. Grevetta consil.63. num.3. Garz. de benefic. part.1. cap.9. num.214. Rot. coram Molin. decis.931. num.3.*, *& coram Ansald. decis.52. num.6.*

Advertend um tamen, quod agitur de capellania, cujus nominatio ad patronum certe pertinet. Nemo ex iis, qui præſentaru nt, uti Epiſcopus ait, de ſuo jure docuit. Nemo itaque ex præſentatis, ut præferatur, atque eam obtineat, docet adhuc de ſuo legitime ſibi quæſito jure, quod fundamentum dandi judicii ſit.

Advertendum itidem, num jus præſentandi ad duos ſimul eodem tempore ſpectare poſſit. Teſtator poſt majorem natu hæredem ex linea maſculina *Rocci Lotii*, poteſtatem ultimo ex iis fecit relinquendi aliis jus, cum *eadem conditione*. His ita ſe habentibus, inquirendum reſtaret, num adeo de cauſa liqueat, ut tuto de ea judicium, quod exquiritur, ferri nunc debeat. Dubium eſt

An, & quæ ſupplicatio ſit ſignanda, in caſu &c.

Die Sabbati 27. Aprilis 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

EX poſtrema habita Congregatione *die 23. Martii*, quatuor ſuperſunt cauſæ, quæ ante alias hic deſcribuntur.

PERUSINA REDUCTIONIS.

Seſs. 22. cap. 1. decret. de obſerv. & evit. in celebr. Miſſar.

I. *An, quibus perſonis, & quomodo ſit facienda diſtributio eleemoſynæ, de qua agitur, in die feſtivitatis SS. Innocentium, in caſu &c.*

II. *An, & ad quam ſummam ſit reducendum ſalarium ludimagiſtri Inſulæ Majoris lacus, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative ad formam tabellæ. Ad II. Negative, & amplius.

PANORMITANA.

Seſs. 24. cap. 6. de Reform.

An bona, de quibus agitur, aſſignanda ſint Oratori titulo capellaniæ cum onere unius miſſæ quotidianæ ejus vita durante tantum, itaut poſt ejus obitum ſit exequendum decretum Sac. Congregationis, in caſu &c.

Affirmative emiſſa per Muſolinum renunciatione in forma juris valida favore hæreditatis omnium jurium pro expenſis factis, & aſſumpto onere ſolvendi omnes, & quaſcumque alias faciendas litium expenſas; & capellanias eſſe erigendas Calatafimi poſt obitum Muſolini ejuſdem.

GNESNEN. UNIONIS.

Seſs. 7. cap. 7. de Reform.

An ſit conſulendum SANCTISSIMO pro unione parochialium in Cierno, & Zlotniki, de quibus agitur, in caſu &c.

Dilata, & ad mentem.

Sess. 22. cap. 8. de Reform.

NEPESINA CAPELLANIÆ.

An, & quæ supplicatio sit signanda, in casu &c.

Esse signandam supplicationem Annunciati.

Sess. 22. cap. 12. de Reform.

FULGINATEN. Virginius Turchi Prior Fulginatis ecclesiæ, qui obiit *anno* 1762., testamentum condidit *anno* 1755.; biennio post codicillos fecit. Duodenarium præbendariorum in ecclesia constituendum numerum hæredem scripsit, certis assignatis bonis. Reliqua bona legavit canonicis. Plura & alia parva, ac pene inutilia legata fecit, ac certam eleemosynam panis quotannis stato die pauperibus distribui jussit. Vir sane moratus, & probus, sed sui patrimonii ipse inscius, ac festivissimi capitis, ambiguo, & implicato verborum circuitu, ut non raro accidit, ampliſſimam litium segetem reliquit posteris, quæ adhuc recisa non est.

Primum nomine, & favore collegii præbendariorum erigendi petita est voluntatis commutatio de iis parvis legatis, quæ concessa fuit, ac de eleemosyna panis, quod negatum est. Videndum est *folium diei* 14. *Decembris* 1762.

Interea ingens reperta est pecunia, in scrinio testatoris reposita, quæ patrimonium, & controversiarum causam auxit. In spem inde venerunt piæ domus *orphanarum*, & mulierum *pœnitentium* Fulginei, alicujus obtinendæ partis, eamque sibi uti pauperibus dandam supplicarunt. Actum est de his precibus *die* 14. *Januarii elapsi anni* 1764. Sed cum adhuc cuncta indigesta visa essent, ac rem omnem, simul cum aliis uberrime succrescentibus litibus, conficiendam uno esse tempore existimatum fuerit, hinc opportunissime rescriptum est: *dilata, & proponatur una cum altera cum novis dubiis*; ac datum est *Secretario*, ut si partes de hæreditatis statu non convenirent, illum per curiam, monitis omnibus, purgandum, ac transmittendum mandaret; quemadmodum factum est. Videndum est *folium diei* 17. *Decembris* 1763.

Parata nunc ad causam finiendam sunt omnia. Multiplicem quæstionem proponunt partes, quatuor capitibus communi consensu comprehensam. In I. agitur de prædiis *il molino de' frati, il palombaro, e la maestà de' frati*, ad quem spectent. In II. de gemmis, & argentis, ac de pecunia reperta. In III. de numero novarum præbendarum constituendo. In IV. de modo commutandæ voluntatis. Ad causam veniunt canonici, collegium præbendariorum erigendum, ac pauperes civitatis, inter quos etiam *orphanarum*, ac *pœnitentium* mulierum duæ domus censendæ sunt.

De I.

De I. & II., quæſtio eſt tota in interpretatione verborum utriuſque literæ, teſtamenti nempe, & codicillorum, ex quibus videndum erit an adempta legata fuerint priori ſcriptura canonicis data, & in quem translata extiterint, ſive in præbendarios hæredes, ſive in pauperes legatarios. Hinc facile occurret reſponſum de III. & IV.

Luculentiſſima hinc inde ſcripta afferuntur, quæ rem univerſam explanant. Ea hic exſcribere omnia perditiſſimæ eſſet operæ, & periculoſum, ac fortaſſe etiam odioſum partibus, ſi aliquid omitteretur, quod ſuæ cauſæ proficuum unice exiſtimaverant. Neque, ut id fiat opportunitas paginæ, atque mos patitur.

Certa eſt lex *uti quiſque rei ſuæ legaſſit ita jus eſto*. Certum eſt *noviſſimam ſcripturam eſſe attendendam*. Certa eſt regula, quod *de his controverſiis, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neque tranſigi, neque exquiri veritas poteſt, quam inſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti*, ut Cajus dixit. Certum eſt interpretationem mentis faciendam ex ipſo contextu, & tenore ſcripturæ, retentis verbis ipſis, ac, quantum fieri poteſt, propria eorumdem verborum ſignificatione, non pro arbitrio, & conſilio proprio interpretantis, qui ſuo ingenio teſtamentum novum faciat ex intolerantia legum, ac receptarum doctrinarum. Notiſſima hæc ſunt. Præſtat itaque utriuſque tabulæ verba ante oculos habere. In teſtamento ait: *ho deliberato d'inſtituire, come inſtituiſco non pochi, come altrove, ma un numero ſufficiente, cioè dodici beneficiati per il ſervizio quotidiano del coro con il beneficio dell'alternativa &c.*

Colla facoltà anche di poter ſervire queſte prebende di poterſi ordinare al Sacerdozio, eſſendo ben chiaro, che erette queſte, auctoritate ordinaria, reſtano ſubito come beni di prima erezione.

Con l'obbligo anche a detti beneficiati di pararſi a Diacono, e Suddiacono, quando canta un canonico, e di cantare le meſſe conventuali ne' giorni feriali, ed applicarle per turno ſecondo l'uſo della chieſa, ſuccedendo queſti beneficiati in queſti peſi in luogo de' cappellani. Infra de his dixit: *da' miei eredi, che ſaranno detti dodici beneficiati, li quali inſtituiſco univerſali miei eredi.*

E perchè anche il detto capitolo de' canonici di detta chieſa ha la maſſa delle diſtribuzioni per il ſervizio del coro aſſai tenue per cauſa de' cenſi falliti in gran copia, onde acciochè non venga diminuito detto ſervizio, e che non venga impiegata detta maſſa con pregiudizio delle prebende, che parimenti ſono tenuiſſime, il loro priore ha penſato a provedere anche a queſto loro danno, e vantaggio.

Laonde a maggior decoro, e ſervizio del coro, voglio, che i luoghi de' monti, che ſi troveranno alla mia morte ſi uniſchino alla detta maſſa capitolare, e ſi diſtribuiſcano pro rata ſervitii, come vuole la legge trà le dignità, e canonici ſecondo le coſtituzioni della Chieſa.

Si anche il valore del mio molino a grano nella villa di Veſcia, e delli tre pezzi di terra canapinati, poſti due ne' lati a deſtra, e ſini-

e ſiniſtra, che toccano detto molino, e l'altro d'avanti il medeſimo, ed il ritratto di queſta vendita da farſi quanto prima, ſi rinveſtiſca in luoghi de' monti, o in altro, ma mai in cenſi &c.

Finalmente laſcio alla medeſima maſſa anche le due mie caſe di Foligno, e di Veſcia con l'orti a queſt'ultima caſa anneſſi, e capanna, ara, fienile, ſtalle &c. così laſcio a' medeſimi il denaro, che ſi ritroverà in mia caſa in tempo della mia morte, detratte le ſpeſe del funerale, parimenti gl'argenti, e le gioje.

In codicillis multa de teſtamento variavit. Hæredem confirmavit *la chieſa cattedrale, cioè li dodici beneficiati della detta Chieſa.* Bona deſcripſit. Adjunxit: *tutto il reſto de' terreni &c. Reſtano le due caſe &c. Reſta la caſa di Foligno mobili dell'una, e l'altra caſa &c. molino &c. Inoltre i ll. di mm., e depoſiti &c.*

Addidit: *i ll. di monte li laſcio in accreſcimento delle diſtribuzioni della maſſa de' canonici, acciò il ſervizio di Dio non diminuiſca, ma ciò non poſſa farſi, nè poſſino avere il lucro, ſe prima non averanno fatto il tanto neceſſario Campione Roſcioli con le ſue piante totali. Sono 40. e più anni, che dovea farſi, e un giorno ſi perderanno.*

Così l'iſteſſo peſo del Campione laſcio alli beneficiati sì del caſale, che di tutti li terreni, quello Roſcioli, e ſpeſe della medeſima eredità Roſcioli. Tutto il reſto nominato di ſopra &c.

Deinde parva illa quædam, & inutilia legata fecit; ac demum: *ma perchè io ſuppongo, che la ſopranominata ſomma d'annui ſcudi 35., e 40. di ſpeſa per la detta cultura, premi &c. ſia molto inferiore dell'annuo frutto, e rendita del valore ritratto dalle mie caſe, molino, mobili, frutti, e denaro eſiſtente alla mia morte &c. perciò ora aggiungo &c. che nel giorno anniverſario della mia morte ſi diſpenſino a poveri una ſomma di ſcudi 40., o 50. reſiduali del detto conto in tante pagnotte più, o meno ſecondo la quantità del denaro per poveri &c. e li detti beneficiati ne riportino le giuſtificazioni di detto pane diſtribuito in adempimento della preſente mia volontà, e ciò che avanza ſia per i poveri. Queſta è la volontà di Dio. Queſto è il maggior olocauſto amen. Ciò che avanza per i poveri &c.*

Declaravit: *ſe il numero di dodici beneficiati veniſſe giudicato eccesſivo all'entrate, ſi poſſino ridurre a dieci.*

Videndum modo, num teſtator voluntatem de ſuo capitulo mutaverit, eique legata prius data ademerit.

Advertendum, quod in codicillis ubi dixit: *tutto il reſto nominato di ſopra*, pecunias, argenta, & gemmas ſupra non nominaverat, ſed dumtaxat *li depoſiti.* Ponderandum iccirco eſſet num ſub hoc vocabulo ea veniant. Sed advertendum, quod non conſtat de certo tempore depoſiti facti in manibus *Abbatiſſæ monaſterii Sanctæ Crucis*, ut ſciatur, an tempore codicillorum, depoſitum illud extaret, ac de illo intellexerit.

De numero præbendariornm, ac eorum reditibus, ponderandum, an admittendus ſit calculus, & ſuppuratio, de-

detractis omnibus oneribus. Advertendum, an resolutio, quæ affertur in *Ariminen.* 17. *Julii* 1723. ad rem faciat.

De distributione eleemosynæ, videndum, quale momentum habeant rationes, quæ pro *orphanis*, ac *pœnitentibus* proponuntur ab Ordinario *in secunda relatione*.

Hæc dixisse sufficiat. Cætera hic dicenda, rei suapte natura obscuræ novas tenebras fortasse offunderent.

EE. PP. suo, quo clarent ingenii acumine, circumspicient omnia, ac rectissime suo more judicabunt

I. *An tria prædia in vocabulis il molino de' frati il palombaro, e la maestà de' frati sint assignanda pro fundo beneficiorum erigendorum, in casu &c.*

II. *An, & cui sint adjudicanda argenta, jocalia, & pecuniæ repertæ in domo Virginii Turchi de tempore ejus obitus, in casu &c.*

III. *An, & quot beneficia sint erigenda, in casu &c.*

IV. *An, & quomodo sit consulendum SANCTISSIMO pro commutatione voluntatis Virginii Turchi, in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative favore pauperum. Ad III. Dilata, & firmetur status coram Ordinario citatis interesse habentibus. Ad IV. Dilata.

SETINA. In civitate Setina a quinquaginta, & ultra annis *Oblatæ*, seu *Convictrices* sunt *sacræ Familiæ*, quibus san. mem. Clemens XI. *anno* 1718. quædam exigui reditus beneficia concessit, *prævia tituli collativi suppressione, & extinctione*. Simili modo aliud *Sancti Antonii* largitus est san. me. Benedictus XIII. *anno* 1724. Eas, quæ opera, auctoritate, & opibus clar. mem. Cardinalis Petri Marcellini Corradini multum creverant, idem Clemens Pontifex *anno* 1717. a iurisdictione Ordinarii exemptas, prædicto Cardinali Corradino, quoad viveret; san. mem. vero Clemens XII. *anno* 1731. post Corradini mortem, Cardinali pro tempore Congregationis S. Ivonis de Urbe Protectori in perpetuum subjecit. *Sess. 21. cap. 7. de Reform.*

Multiplex contra eas excitatur nunc controversia: de contributione cathedratici: de taxa seminarii: de sacramentis recipiendis a parocho, & eidem funebri quarta canonica danda; & de decimis, atque aliis annuis contributionibus præstandis capitulo. Hanc omnem Eminentissimus Cardinalis Caracciolo de Sanctobono Protector S. Congregationi delegandam prudentissime impetravit; ne eæ, quæ ad opera pietatis enixe incumbunt, & præcipue ad erudiendas, & instruendas puellas, per litium dispendia, uti alias accidit, coram diversis judicibus divexentur.

De

De I., nempe de cathedratico, aiunt *obliæ*, ſuum monaſterium exemptum eſſe ab Ordinarii juriſdictione *juxta modum, & formam Indulti monialibus Farneſianis conceſſi*. Ideoque non teneri ad cathedraticum, quod pro juriſdictione, quam habent Epiſcopi ſuper beneficiis, datur.

Itidem ſuorum, quæ habent, beneficiorum titulos auctoritate Apoſtolica extinctos.

Nec officere clauſulam in conceſſione bonorum ad beneficia pertinentium expreſſam *ſupportatis tamen beneficiorum, & capellaniarum oneribus*. Intelligi illam deberi de oneribus, quæ intrinſecus beneficiis ex fundatione inhærebant, non vero de aliis, quæ numquam convenire poſſunt cum extinctione tituli, quæ naturam beneficii, & ejus bonorum prorſus immutat.

Multo magis, quia cathedraticum numquam antea in ea diœcefi Epiſcopo ſolutum fuerat. Non potuiſſe propterea cogitare Pontificem concedentem *de ſupportandis iis oneribus*, quæ numquam extiterant ante conceſſionem, & quæ poſt extinctionem tituli cum iis oneribus repugnantiam juris habebant. Hodiernum Epiſcopum nunc primum de hoc cathedratico cogitaſſe. Deceſſores ſua diviti mensa contentos fuiſſe hucuſque.

De *II.* nempe de taxa ſeminarii, certant ad illam non teneri, ex ipſa aperta lege Concilii, quæ excepit *congregationes*, quæ *ſcholæ* appellantur, & monaſteria mendicantium. Se in utraque parte exemptionis comprehenſas; quia ex præcipuo inſtituto *ſcholas* habent pro inſtruendis, & præſertim ad pietatem puellis; & quia privilegia, & exemptiones habent monialium Farneſianarum, quæ mendicantes ſunt. Se præter hæc pauperes eſſe, vix reditum habere, unde ſe alant.

De *III.* nempe de ſacramentis recipiendis a parocho, inquiunt, ſuum locum, ſuaſque perſonas Apoſtolica auctoritate exemptas eſſe. Habere eccleſiam, in qua Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum perpetuo ſervatur. Habere adminiſtros a Protectore datos, parocho ipſi ignotos. Nihil nunc habere agere parochum, cujus opera, dum eccleſiam non habebant, neceſſario utebantur.

Hinc de *IV.* inferunt idem jus eſſe. Non deberi funebria emolumenta parocho pro iis, quæ, dum viverent, parochum non agnoverunt.

Ad *V.* de decimis, & aliis contributionibus, iterant ſuas perſonas, & ſua bona exempta eſſe. Præterea ignotam eſſe uſque adhuc in diœceſi Setina ſolutionem decimarum prædialium. Scitiſſimum eſſe quanti valeat in jure conſuetudo de non ſolvendis decimis. Reliqua ex ſcriptis videnda ſunt.

Contra vero Epiſcopus propugnat cathedraticum deberi menſæ Epiſcopali, juxta taxam Concilii Romani. Unicum *con-*

vi-

victricium perfugium eſſe prixilegium exemptionis. Contendit ex ipſa litera privilegii haberi onus cathedratici ſolvendi. In eo etenim Clementis XI. aperte apponi *ſupportatis per dictum monaſterium, ſeu conſervatorium omnibus, & quibuſcumque beneficiorum, ſeu capellaniarum hujuſmodi oneribus*. In altero Benedicti XIII. *ſupportatis tamen per ejuſdem monaſterii, ſeu conſervatorii ſuperioriſſam, & oblatas nunc, & pro tempore exiſtentes prædictis omnibus, & ſingulis dicti beneficii oneribus*. Onus cathedratici beneficiis omnibus medullitus inhærere, nec præſcribi unquam poſſe.

Exemptionem autem de jure nihil proficere monaſteriis ſuper novis beneficiis, quæ acquirunt. De his multa allegat, quæ ex ſcriptis habentur.

Alia ex parte capitulum cathedralis eccleſiæ, intra cujus parochiam degunt *convictrices*, ad III. dubium ait, eaſdem teneri a parocho ſacramenta recipere, tum ex juris communis ſanctione, de qua *in cap. omnis de pœnit., & remiſs. in Concil. Trident. ſeſs. 13. cap. 9.*, tum ex litera Brevis ſa.me. Clementis XI., in quo expreſſa clauſula adjecta eſt *ſalvis juribus parochialibus*; tum demum ex ſolemni tranſactione *diei 2. Auguſti 1718.*, qua pactum eſt, *che dette oblate, e ſervienti ſiano obbligate nelli giorni ſantiſſimi Paſquali di prendere la comunione nella detta chieſa maggiore parochiale, e ricevere dal Signor Arciprete, o deputato da eſſo il ſolito bollettino della ſantiſſima comunione*.

Ad *IV.* quoque innititur tranſactioni, in cujus capite *IV.* conventum fuit: *che per il tombatico, o ſia diritto di ſepoltura di ogni oblata, e ſervente, che morirà in detto monaſtero, e ſarà ſepellita in detta ſepoltura del medeſimo monaſtero, debba pagarſi a detto Signor Arciprete, e Capitolo giulii cinque, ſenza altro aggravio di cera, o di altri emolumenti*. Advertit hoc idem pactum convenire juris cenſuræ, de qua *in cap. 1. cap. relatum 2. cap. certificari 9. de ſepult.* Addit, uſque ad hodierna tempora id ſemper adamuſſim ſervatum fuiſſe.

Ad *V.* reſcribi poſtulat *ad formam tranſactionis*. Expreſſe conventum inquit in dicta tranſactione, quod *per la decima dovuta a detta chieſa di Santa Maria ſia il detto Ven. monaſtero obbligato a pagare ogni anno alli detti Signori Arciprete, e Canonici una tinella di grano all'uſo di queſta città, che è un quarto di rubbio Romano*: itemque, *che il giorno glorioſo della Madonna Santiſſima dell'Annunziata titolo di detta chieſa maggiore ſiano obbligate le dette oblate di dare al detto Reverendiſſimo Capitolo una libra di cera in perpetuo, e ciò in ricognizione del detto gius parochiale, e di qualche abilità in queſta concordia fatta al monaſtero*.

Hinc tam ſolemnibus pactis in fundatione initis, quamcumque exemptionem licet expreſſe eiſdem conceſſam, ineptam prorſus eſſe ad pacta in fundatione adjecta irritanda

Rot. in recent. dec. 19. num. 3. part. 19. tom. 2. , dec. 20. num. 15. de decim. coram Falconer., in Arboren. decimarum 27. *Febr.* 1760. §. 4. *cor. R. P. D. Cornelio, & in confirmatoria* 6. *Febr.* 1764. §. 2. *coram eodem* ,

Nec de validitate tranſactionis ambigendum eſſe . Hanc utiliſſimam fuiſſe monaſterio, quod tenui præſtatione a longe majoribus oneribus exemptum fuit . Approbatam fuiſſe a clar. mem. Cardinali Corradino . Injuria hinc contra eamdem hactenus ſervatam inſurgi nunc, dum monaſterium pinguioribus, quam antea, reditibus fruitur .

Cathedraticum deberi in honorem cathedræ Epiſcopalis , etiam divite menſa, certum eſt . Ad rem faciunt *Meſſanen.* 2. *Octobris* 1587. *lib.* 5. *decret.*, *Cathacen.* 21. *Maii* 1644. *lib.* 17. *decret. pag.* 409. , *Maceraten. Cathedratici* 8. *Maii* 1734. , *Firmana Cathedratici* 24. *Julii* 1734. , *Caſſanen.* 21. *Maii* 1735., *& S. Severini* 22. *Novembris* 1738.

An præſcribi , vel remitti ab ipſis Epiſcopis hoc jus poſſit , ad rem faciunt *Laven.* 18. *Aprilis* 1693. , *& 6. Junii ejuſdem anni* , *Amalphitana Cathedratici* 5. *Septembris* 1705. *lib.* 75. *decret. fol.* 326. . Videndum quid de hoc ſtatuat Concilium Romanum ; quid cenſuerit *Congregatio particularis deputata ſuper Cathedraticis die* 29. *Aprilis* 1731.

Momentum inquiſitionis eſt de exemptione, quid faciat . Sed advertendum non peti cathedraticum ſuper univerſis bonis , ſed ſuper iis beneficiorum . Ponderandum num regula , quæ favet Epiſcopo , locum habeat in beneficiis *æque , & principaliter* tantum , non vero *ſubjective* , & cum tiruli *extinctione* unitis . Ad rem faciunt *Amalphitana Cathedratici* 26. *Februarii* 1707. *lib.* 57. *decret. pag.* 68. . *In Maceraten. Cathedratici* 8. *Maii* 1734. , *& in Toletana Cathed.* 28. *Februarii* 1739.

De taxa ſeminarii noviſſime actum eſt in *Tranenſi* , jam ante propoſita de Religioſis Sancti Joannis de Deo 17. *Decembris* 1763;

De tranſactione conſiderandum , an ea per poſteriora Pontificum privilegia ſuam vim amiſerit . Advertenda ſunt verba in literis Clementis XII. 1731. , quibus vetitum eſt Protectori , *pacta , & conditiones in conſervatorii prædicti fundatione , & dotatione adjecta , & reſpective adjicienda , in aliquo immutare, ſeu alterare, aut ab eis recedere* .

Diſputatur

I. *An Convictrices ſacræ familiæ teneantur ſolvere cathedraticum, & in qua ſumma* .

II. *An eædem Convictrices teneantur ad contributionem taxæ ſeminarii , & in qua ſumma* .

III. *An eædem Convictrices teneantur ſacramenta recipere a parocho* .

IV. *An in funeribus Convictricium debeatur parocho quarta canonica , & quomodo* .

V. *An*

V. *An ab eiſdem Convictricibus ſint debitæ decimæ, ſive aliæ annuales contributiones capitulo cathedralis eccleſiæ, in caſu &c.*

Non propoſita cum reliquis.

BONONIEN. Eccleſiæ Bononienſi, præter capitulum, alioſque, qui e *gremio* ejus ſunt, ab antiquiſſimo tempore triginta tres alii inſerviunt, quorum, præter viginti, tredecim ſuper numerum ſunt, qui locum vacantem ſuo jure occupant. Certis hi omnes diebus interſunt, certiſque ſacris functionibus. Certos, ac peculiares reditus habent, quos diſtribuunt: certas leges, præſcriptaque. *Conſortium* communi vocabulo appellatur. *Seſs. 24. cap. 12 de Reformat.*

Ut admittatur, jus habet *ſacerdos omnis civis Bononienſis oriundus in civitate, ſeu in comitatu, vel ſaltem civis ex privilegio, & per atteſtationem ſacerdotum conſortialium ſcientia cantus firmi præditus, qui pacifice poſſidet manſionariam, ſacriſtiæ munus, beneficium, capellaniam, ſeu titulum in eccleſia Sancti Petri fundatum, dummodo reditus, & bona ex ipſis recipiat.*

Anno 1749. Aloyſius *Paſſerinus* jure ſuo in vicenarium numerum adlectus eſt. Biennio poſt a chori ſervitio abeſſe coactus eſt ob gravem morbum, quem phyſici externo vocabulo *ſcorbutum* vocant, Borealibus populis, & præſertim mari proximis maxime familiarem, qui, malo hujus ſæculi fato, Italiam pene omnem pervaſit. Diſtributiones *Paſſerinus* per ſex ferme annos habuit ſemper.

Anno 1758. ſocii admurmurarunt primum de ejus abſentia jam ad ſanitatem reſtituti. Demum palam contradixerunt, ac diſtributiones negarunt. Hinc ejus querelæ ad eam curiam latæ, quæ cum nihil duos integros annos profecerint, *anno* 1761. SANCTISSIMUM adiit, a quo negocium ad Sacram Congregationem delatum eſt.

Scriptum eſt Eminentiſſimo Archiepiſcopo, ut de iis referret, & ſententiam diceret. Ejus literæ nonniſi biennio poſt pervenerunt. Interim *conſortium* alium admiſit in locum tamquam vacantem *Paſſerini*, qui ea de re acriter conqueſtus, reſtitui petiit, ac ſuas denegatas diſtributiones expoſtulavit. Et licet, antequam cauſa proponeretur, *conſortium* declaraverit, ſe ultro eum recepturum, ſi veniat; ut de ſuo jure videatur inſtanter nunc ſupplicat.

Ait privatum se fuisse non servata præscripta Concilii forma *sess.* 24. *cap.* 12. *de Reformat.* Irrita propterea omnia. Notissima in eam rem esse jura. Canonistas omnes ita sensisse semper. Ita Rotam pluries dijudicasse. Eam perpetuò fuisse Sacræ Congregationis sententiam. Spoliato itaque succurrendum paratissimo remedio canonico restitutionis per *text. in cap. reintegranda cauſ.* 3. *quæſt.* 1., *& in cap. conquerente de reſtitut. ſpoliator.* tradit *Rota in Firmana Juriſpatronatus* 17. *Martii* 1756. *§. Tautum enim coram Reverendiſſimo Paracciano*.

Nihil autem facere *consortii* constitutiones a Pontifice non approbatas, contra expressam Concilii legem. Præterea eas Constitutiones intelligi non posse, ut privatio, contra universi juris principia, repente, ac per tumultum fiat. Necessariam saltem fuisse judicialem monitionem.

Multo magis, quia reditus *consortii* in partem sui patrimonii sibi fuerant legitima Ordinarii auctoritate assignati. Non potuisse *consortium*, sine ulla lege, sine ulla jurisdictione, privare suo libitu non monitum, & sine causa eo jure, quod perpetuo, ac legitime acquisiverat, ac retinebat.

Ad hæc adiicit irritam privationem suapte natura esse, quia factam in manifestum Sacræ Congregationis contemptum, dum adhuc *relatio* Eminentissimi Archiepiscopi expectabatur. Ideoque abroganda omnino, atque delenda omnia incolsulto, inopportune, sine ordine, temere, ac violenter gesta, sibique, & præteritas distributiones restituendas, & non denegandas in posterum.

Perdurare adhuc causam. Non cessasse morbum, imo crescentibus annis ingravescere. Probari id jurata testificatione plurium medicorum, qui affirmant apertissime, se, sine aperto salutis periculo, choro certis horis, ac certo servitio interesse non posse.

Nec objiciendum, quod domo exeat, quod aliquando in ecclesiam venerit. Hæc ipsius levandæ infirmitatis necessitate fecisse, ac peritorum consilio, & jussu agere. Nihil vero magis receptum esse, quam quod integri beneficii fructus, atque etiam quotidianæ distributiones infirmo dentur *cap. cum percuſſit de cleric. ægrotan.*, *vel debilit. cap. unico de cleric. non reſiden.*. Ipsas *consortii* leges eam commiserationem pro ægris, ac debilibus demandasse. Se, dum valuit, diligentem operam suæ ecclesiæ impendisse. Cætera ex scriptis petenda.

Alia ex parte *consortium*, ait se numquam contradixisse, ut *Passerinus* veniret. Paratum se esse ad recipiendum,

dum. Alium ſacerdotem admiſſum hac expreſſa lege, & pacto, ut locum redeunti cederet. Nihil mali factum, nihil ex temeritate tentatum. Temporalem ejus, qui ſuper numerum erat, ac legitimam admiſſionem fuiſſe. Non ejectum *Paſſerinum*, neque ab aditu ſocietatis prohibitum, qui pro ſuo arbitrio regredi poterat. Nihil novi eſſe. Hoc ſecundum *conſortii* præſcripta haberi.

Præterea neceſſariam non fuiſſe formam Concilii: nam, præter quam quod non agitur de vero beneficio, revera neque ejectus, neque privatus *Paſſerinus* dici unquam potuit, nec modo eſt. Suas diſtributiones deinceps habeat, ſi eas præſens lucretur. Abſens illas non invideat, neque auferat aliis, qui eas pro ſervitii mercede accipiunt.

Tacuiſſe ſocios integro ſexennio, dum cauſa infirmitatis veri aliquam ſimilitudinem habebat. Pati deinde non potuiſſe, ut viderent deambulantem quotidie per civitatem, confeſſarium agere pro ſuo libitu, perſæpe in eccleſiam venire, gerere vices parochi, domi docentem pueros, vacuum locum in *conſortio* relinquere, emolumenta autem percipere, quæ aliis debebantur, & quæ partim pro defunctorum ſuffragiis conſtituta ſunt, partim ex teſtatorum largitionibus præſentibus accreſcunt.

Eminentiſſimus Archiepiſcopus ſuam de hiſce quæſtionibus ſententiam aperte non dicit. De utraque re addit: *animadverſionem tamen dignam exiſtimo quamdam particulam ſtatutorum capituli conſortialium, ubi præciſus conſideratur caſus infirmitatis, in quo etiamſi exeat de domo, tamen tali infirmitate detineatur, ut in choro, vel aliis officiis ſtare non poſſit, ibi volumus tamen, quod infirmi, & ſenio confecti, qui ſani exiſtentes ex hujuſmodi fuerint officiis continui, hoc modo pro præſentibus habeatur: videlicet ſi quis ex ipſis capellanis detentus infirmitate aliqua, per quam non exeat domo, vel ad ipſa officia deambulare, ſed in ipſis ſtare non poſſet, præſens in cunctis habeatur.*

Quia vero idem ſtatutum ſtatim ſubdit hæc verba. Infirmi vero, & tali ſenio conſumpti, qui ſalutis tempore conſueti non fuerint in hujuſmodi officiis intereſſe, nullam partem habeant, ſive infirmitas perpetua ſit, aut temporalis. Ideo examinandum venit alterum caput, an idem ſacerdos ante infirmitatem frequenter interfuerit choro, & aliis functionibus, quod tamen quotidie non contingit, ſed redigitur in toto anni curſu ferè ad octuaginta dies. Ad hoc evincendum curavi, ut ex libris, & notulis extraherentur quantitates diſtributionum, quas lucratus fuit idem ſacerdos a die adeptæ poſſeſſionis, nempe a menſe Decembris anni 1749. per

tum annum 1750., quibus temporibus minime affligebatur morbo ſcorbutico, quo nunc detinetur. Quamvis autem controverſia adeſſet inter partes ſuper admiſſione aliquarum partitarum, tamen videtur concludi poſſe eumdem ſacerdotem lucratum eſſe tres ex quatuor partibus earumdem diſtributionum, quæ quantitas an ſufficiat eidem ſacerdoti ad intentum, pariter judicabitur ab hac Sacra Congregatione.

His expoſitis, quæ ad duo ſuper recenſita capita pertinebant, remanet, ut definiatur, an præſens caſus ſit in forma judicii diſcutiendus, vel utendum ſit prudenti temperamento, ac moderamine, quatenus idem ſacerdos velit experiri an ſine ſui magno incommodo poſſit ſaltem aliquando choro, & aliis officiis intereſſe, quæ res non parum læniret animos aliorum conſortialium, & alios retraheret, aditumque iis clauderet ne tam facile excitarent hujuſmodi prætenſiones. Unum tantum addam, quod itidem ſubmittendum exiſtimavi cenſuræ EE. Patrum, nempe eumdem ſacerdotem ex facto conſortialium nunc temporis privatum remanere dictis diſtributionibus, imo conſortiales eoſdem, poſt recurſum habitum ab eodem ſacerdote huic Sacræ Congregationi, poſuiſſe alium ſacerdotem in ejus locum ſub aſſerto motivo, quod ſtatuta conſortii privent conſortialem talibus participationibus, ſi per biennium ceſſaverit ab intereſſentia in choro, & aliis functionibus, unde excitari poteſt dubitatio: primum an hæc facta teneant, & deinde an hoc intelligendum ſit de abſentia materiali, aut de culpabili, ita ut nunc dicta privatio legitime obeſſe non poſſit eidem ſacerdoti, præſertim cum tales reditus conſortii ſint aſſignati tamquam pars ejus patrimonii, & ita in hac controverſia, quamvis non ſatis liquidatis partium juribus, referendum cenſeo.

Videndum, num locum habeat ſanctio Concilii. Num, etſi haberet locum, privatus vere dici poſſit, qui pro ſuo arbitrio redire poterat. Videndum num legitima cauſa abſentiæ interceſſerit. Num denique geſta per *conſortium* medio tempore, alio ex capite irritanda ſint.

Partes quęſtionem de præteritis tantum faciunt. Ponderandum an, ut origo deinde controverſiarum amputetur, pro futuro aliquid ſit præſcribendum. Videnda *reſolutio* in *Oſnabrugen.* 20. *Septembris* 1727.

Proponitur

I. *An ſit locus reintegrationi ad Conſortium Metropolitanæ favore Aloyſii Paſſerini, & quatenus affirmative,*

II. *An, & a quo tempore ſint dandæ diſtributiones, in caſu &c.*

TAURINEN. *Irenes de Scimiana anno* 1709. capellæ ſub invocatione Præſentationis B. M. V., quam habebat ruri apud ſua bona in montibus agri Taurinenſis, dotem dedit pro perpetua capellania ibi erigenda, injuncto onere capellanis ſacrum quolibet feſto celebrandi, ut pro majori divino cultu proſpiceretur agricolarum commoditati. Jus nominandi dedit presbyteris Congregationis Oratorii Taurinenſis. Multa addidit, quæ ad cauſam non faciunt, vel ſuo loco opportunius dicenda ſunt. *Seſs. 23. cap. 16. de Reform.*

In præſens capellaniæ poſſeſſor *Ludovicus Vallettus* petit translationem ſacrorum ad eccleſiam parochialem *di Saſſi*. De his precibus agitur.

Ait ceſſaſſe eam rationem, ob quam *Irenes*, capellaniam conſtituendo, ſacra in ea capella peragenda juſſit, nempe accolarum commorantium in circumſtantibus vineis commodum. Viam fuiſſe ad parochiam tunc aſperam, difficilem, nunc ſtratam eſſe Regia munificentia, planam, facilem.

Deficiente itaque cauſa, quam *Irenes* reſpexit, nullam cum translatione vim fieri ejus menti, & propoſito, nec proprie hanc voluntatis commutationem dici propterea poſſe.

Rurſus augeri frequentiam eccleſiæ parochialis, in qua nonniſi unum ſacrum pro univerſo populo eſt. Melius ita proſpici religioni agricolarum ex viciniis capellæ, qui eo obtentu ſuæ parochiæ eccleſiam non colunt, nec faciem paſtoris vident, nec vocem audiunt.

Aſſentiri *Fabritium*, & *Laurentium de Rayneriis*, in quos juſpatronatus legitime reperitur translatum. Eminentiſſimum Archiepiſcopum laudare, & probare omnia. Non inſuetum eſſe, ut hæ translationes concedantur. De iiſdem abundare exempla.

De commutationibus voluntatum ſæpiſſime actum eſt in Sac. Congregatione Quod juſta & neceſſaria canonica cauſa intercederc debeat Concilium clare dixit *ſeſs. 22. cap. 6.*

Quod ad præſentes preces attinet, ponderandum, quæ vere fuerit mens, & conſilium *Irenis de Scimiana*. Placet ipſiſſima verba exſcribere: *avendo deſiderato a maggior gloria di Dio di dar commodità alli abitanti di Saſſi, e Superga poſte tra li monti della predetta Città di ſentire la ſanta meſſa in tutti li giorni feſtivi dell'anno nella capella ſotto il titolo della Madonna ſantiſſima della Preſentazione propria della predetta Signora, ſita eſſa Capella in una vigna, che la medeſima poſſiede in detta valle di Saſſi con render ivi a ſua divina Maeſtà grazie almeno di una parte del molto de' beni, che ſi è compiaciuta concedergli in queſto mondo, volendo ora adempire a tal ſuo pio deſiderio hà penſato di conſtituire alla ſudetta cappella una dote competente del redito infraſcritt affinche poſſa venir erettain beneficio eccleſiaſtico col titolo di Priorato.*

Inferius vero: *il che tutto detta Signora Marcheſa ha fatto, e fà*

per

per accreſcere, e promovere maggiormente il culto, e gloria di Dio a favore di eſſa capella, & in ſervizio degli abitanti ſu detti in dette valli di Saſſi, e Superga.

Conſiderandum, quod nullam rationem habuit *Irenes* de longinquitate, & diſtantia itineris ad eccleſiam parochialem. Ponderandum, num generalis ratio augendi frequentiam eccleſiæ parochialis, fortaſſe probet nimis, ne omnia, quæ frequentiſſima ubique ſunt in agris, & villis oratoria deſtituantur. Conceſſit has translationes Sac. Congregat. aliquando urgente cauſa canonica: aut ſi fundatorum voluntas ambigua, vel non omnino contraria id tolerandum ſuaderet. Aliquando denegavit aperte. Servata ſemper canonum regula, quæ regula eſt certa ſemper, ſpectandæ rerum circumſtantiæ interdum ſunt. EE. PP. de his, de quibus modo agitur, prudentiſſime, perinde, ac ſolent, cognoſcent. Petitur

An ſit locus tranſlationi oneris miſſarum ad eccleſiam parochialem S. Mariæ in Saxis, in caſu &c.

Seſs. 22. cap. 6. de Reform.

EUGUBINA. Anno 1644. *Horatius Maria Ondedeus* Eugubinus quinque capellanias perpetuas Eugubii in eccleſia *B. Mariæ Virginis de Confalone della Biagiola* ſuis bonis conſtituendas juſſit, dato hæredibus jure nominandi, *con queſto però, che i cappellani abbino a eſſere nativi di Gubbio.*

Anno 1762. *Maſſius Cima* Cingulanus ſuo jure uſus nominavit ad vacantem unam clericum *Benedictum Brunettum* e villa *Petrojæ*, quæ octavum lapidem a civitate Eugubina numerat. Epiſcopus Eugubinus capellaniam nominato dedit primum, deinde ad eum titulum ordinem ſubdiaconatus contulit. Increbuit hinc rumor male omnia geſta eſſe, quia, ſecundum legem teſtamenti expreſſam, Eugubii ortum non habuerat *Brunettus*, qui ideo *Sanctiſſimum* adiit, ut ſaltem ex privilegio capellaniam retinere poſſet, ne ſuſpenderetur a ſuſcepto ordine. Rei cognitio ad S. Congregationem remiſſa eſt.

Inquit *Brunettus* ſe legitime nominari potuiſſe, licet in civitate non natus cum ex juris aperta ſanctione civitatis nomine veniant qui in territorio, ejuſque pagis, & vicis ſunt. *Gratian. de Marc. 96. Capon. diſcept. 215. Rot. coram Zarat. deciſ. 22. num. 2. apud Monacell. form. legal. pract. tom. 2. in append. deciſ. 49. num. 1.*, & clarius *in Recent. deciſ. 188. n. 2., & 3. part. 17.*, & *deciſ. 327. num. 12. eadem parte.*

Multo magis, quia teſtator dixit *di Gubbio*, quo caſu certum eſſe comprehendi eos, qui e territorio ſunt ex celebri Bartoli diſtinctione in *l. 1. §. Quum Urbis num 11. ff. de officio præfecti Urbis*, quam exornat *Rota deciſ. 489. num 6.*, & 7.

& 7. *part.9. tom.2. Recent.*, & *coram Molin. decis.1276. num.*11., & 12.

Demum accedere judicium patroni, qui interrogatus, de nominatione facta nullam querelam profert, imo illam confirmat, ac legitimam fuisse asserit ex ipsius testatoris mente, qui exteros excluſisse videtur, non eos, qui ex agro Eugubino sunt. Accedere judicium Ordinarii, qui nominationem admisit, ejusque titulum patrimonii pro sacro ordine ratum habuit, qui etiam nunc rite facta omnia esse censet.

Addit, præter vanos rumores, sermonesque vulgares incertos, nullius auditam in judicio querelam, nullius jus certum lædi. Quamobrem saltem dignum esse, ut hoc casu omnia rata habeantur, ac confirmentur Apostolica auctoritate, sueta lenitate canonica, & indulgentia.

Episcopus dicit: *quamvis enim præfatus testator præceperit capellanias fore conferendas sacerdotibus civitatis Eugubinæ, non eos tamen, nec expresse, nec tacite excluſit, qui in territorio ortum duxissent, quocirca ad istos quoque jus electionis passive extendi videtur, cum sub nomine civitatis veniat etiam territorium, maxime in favorabilibus.*

Atque ita jure putandum est Massium Cimam patronum patritium Cingulanum mentem suam opinioni Doctorum, & Sacræ Rotæ conformasse: de hujusmodi namque discrimine certior factus per literas, nuper significavit collationem capellaniæ favore oratoris rite a se peractam esse, ratamque modo habere, nec quidpiam a voluntate testatoris deflexisse, qui eatenus sacerdotes tantummodo civitatis Eugubinæ nominandos voluit, ut videlicet prædictus patronus exteros, & proprios concives perpetuo ab ipso testatore excluſos fuisse aperte intelligeret.

Testator jussit: *che li cappellani abbino da esser nativi di Gubbio.*

Ulpianus dixit: *Urbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet. l.2. de verb. signif.* Herennius: *qui in continentibus Urbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur l.*147. *eod.*

Sed aliud sunt continentia, & ædificia civitati contigua, quæ suburbia dicuntur, aliud pagi, villæ, vicipagani. Ulpianus idem ait: *qui ex vico ortus est, eam patriam intelligitur habere, cui Reipublicæ vicus ille respondet l.*30. *ad municip.*, & *de incol.* ubi Glos. *natus in terra Butrii dicitur civis hujus terræ, cum illa Butrii sub hac civitate sit, ut Virgilius Mantuanus licet ex vico ejus scilicet Plectoso fuerit ortus.* Cujacius *in lib.*8. *resp. Papin. ad l.*77. *de leg.*2. §. *ultimo ait: vici constant ex villis diversorum hominum, quod plerumque sint castello Domini insignes, etiam castella vocantur. Pagorum appellatio latius patet, ut cum Cæsar Helvetiam ait fuisse divisam in quatuor pagos.* Vicus paganus propria significatione est, qui a civitate non modico spatio remotus, pluribus rusticanis domibus conjunctis constat.

Ut autem melius intelligatur quid voluerit teſtator ſuis verbis *nativi di Gubbio*, videndum an Villa *Petrojæ*, in qua natus eſt *Brunettus*, ſit vere in teritorio Eugubino, ſcilicet univerſitate agrorum intra fines ejus civitatis, ut definit Pomponius, qui dixit: *territorium eſt univerſitas agrorum intra fines, cujuſque civitatis, quod ab eo dictum quidam ajunt, quod Magiſtratus ejus loci intra eos fines terrendi id eſt ſubmovendi jus habent*, *l.* 239. *de verb. ſignif.*; ſeu potius oppidum ſit Eugubinæ diœceſis, quod ſuis legibus, ſuo cenſu, & ſuo magiſtratu vivat. Summum ejus rei diſcrimen eſt.

Cæterum in hac materia diſtinguunt juriſtæ eam, quæ odium ab ea, quæ favorem reſpicit. Prima arctiorem, ſecunda latiorem interpretationem recipit. Videndi ſunt interpretes juris, qui earum legum verba explicant, ac DD. qui de hac diſtinctione pertractant,

De eo vero, quod reſpicit caſum, de quo agitur, nempe de confirmanda nominatione jam facta, exorante patrono, & conſentiente Epiſcopo, ac nullo, qui jus certum habeat, contradicente, ponderandum, an eæ circumſtantiæ nunc adſint, ea bona fides ante interceſſerit, ut miſero, qui hac nominatione ordines ſuſcepit, ex Apoſtolica benignitate ſit ſuccurrendum. Quæritur

I. *An Clericus Benedictus Brunetti potuerit legitime nominari, & inſtitui ad Capellaniam, de qua agitur*, & quatenus negative

II. *An ſit conſulendum SANCTISSIMO pro gratia ſanationis, in caſu &c.*

Die

Die Sabbati 18. *Maji* 1765. *in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.*

QUatuor hìc ſunt cauſæ ab anteacta Congregatione *diei* 27. *Aprilis* ad hanc dilatæ.

SETINA.

Seſs. 21. *cap.* 7. *de Reform.*

I. *An Convictrices ſacræ Familiæ teneantur ſolvere Cathedraticum, & in qua ſumma.*

II. *An eædem Convictrices teneantur ad contributionem taxæ Seminarii, & in qua ſumma.*

III. *An eædem Convictrices teneantur Sacramenta recipere a Parocho.*

IV. *An in funeribus Convictricium debeatur Parocho quarta canonica, & quomodo.*

V. *An ab eiſdem Convictricibus ſint debitæ decimæ, ſive aliæ annuales contributiones Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, in caſu &c.*

Ad I. Negative, & amplius. Ad II. Negative, & amplius. Ad III. IV. & V. Affirmative ad formam tranſactionis diei 2. Auguſti 1718., & amplius.

BONONIEN.

Seſs. 24. *cap.* 1. *de Reform.*

I. *An ſit locus reintegrationi ad Conſortium Metropolitanæ favore Aloyſii Paſſerini*, & quatenus affirmative,

II. *An, & a quo tempore ſint dandæ diſtributiones, in caſu &c.*

Dilata, & ad Eminentiſſimum Archiepiſcopum pro confectione proceſſus juxta inſtructionem.

Seſs.23. cap.16. de Reform.

TAURINEN.

An ſit locus translationi oneris miſſarum ad eccleſiam parochialem S. Mariæ in Saxis, in caſu &c.

Negative.

Seſs.22. cap.6. de Reform.

EUGUBINA.

I. *An Clericus Benedictus Brunetti potuerit legitime nominari, & inſtitui ad Capellaniam, de qua agitur*, & quatenus negative,

II. *An ſit conſulendum SANCTISSIMO pro gratia ſanationis, in caſu &c.*

Conſulendum SANCTISSIMO pro ſanatione ad cautelam.

Seſs.24. cap.18. de Reform.

AQUIN. PAROCHIALIS. Tertio redit cauſa de parochiali eccleſia, quam *Thomas Baſius* cum approbatione examinatorum, & cum judicio Epiſcopi per literas Apoſtolicas obtinuit; quam *Secundinus Groſſius* de judicio Epiſcopi conqueſtus poſtulavit; & quæ inter has rixas, turbaſque jam prope tertio ab anno ſuum paſtorem non videt, nec vocem ejus audit, qui doctrina, & exemplo ſuas oves paſcat. Facti ſpecies habetur *in folio 19. Januarii currentis anni*. Videndum etiam *folium* eſt *diei 2. Martii proxime elapſi*. Eo die propoſita cauſa ſuper dubio *an conſtet de irrationabili judicio Epiſcopi, in caſu &c.*, reſponſum eſt *negative*.

Ut denuo ſua jura experiri poſſet conſueta Sac. Congregationis benignitate conceſſum eſt *Groſſio*, qui licet monitus nihil dedit adhuc. Inſtante autem *Baſio* proponitur cauſa, quæ retardanda non eſt.

Quæ is antea ſcripſerat, ac monumenta, quæ edidit, nunc in memoriam revocat, ex quibus pleniſſime ſuam bonam cauſam probari dicit, ſuam doctrinam, ſuos mores. Haberi in his teſtimonium Epiſcopi, qui, dum ſuo animo, & ſuo ingenio ſcribebat, affirmavit *non præcipitanter, non aliqua obumbratum paſſione, ſed omni potius humano poſthabito reſpectu ad hujuſmodi prælectionem proceſſiſſe*. Aſſerit ſuum jus quæſitum ex Apoſtolicis literis contradicente acriter *Groſſio* impetratis, re plene cognita, ac rejectis per Emum Pro-Datarium iis ipſis querelis, quæ ad prolatandam cauſam, ſolo contradictoris odio, & æmulatione iteratæ poſt ſunt, & quas ipſe Epiſcopus rejecerat ante.

Adij-

Adjicit rem clariorem fieri ex novis monumentis, quæ exhibet, ex quibus patet majorem, ac ſaniorem, populi partem pro ſe eſſe. Excitatos rumores mala arte, & induſtria *Groſſii* ejuſdem, qui paucos ſuæ familiæ fautores, conjunctos, clientes, ruſticos quidem, quaſi pro patria pugnandum eſſet, adverſus exterum concitavit. Centum octoginta eſſe e *Palatiolo*, qui id jurati aſſerant. Publicum Magiſtratum *Collis Magni*, ac parem numerum incolarum juramento prolato teſtari id ipſum.

Addit duo publica inſtrumenta, unum *diei* 8. *Martii* 1744., quo contra omnem juris communis regulam *Salvatori Groſſio patri*, ſumma cum fraude, ac deluſa curia, datum eſt prædium eccleſiæ parochialis, quam *Groſſius frater* tunc retinebat. Aliud ejuſdem ipſius *diei*, & *anni*, quo, contra expreſſum pactum in antecedenti contractu adhuc calente initum, prædium ipſiſſimum *a Salvatore*, inſciente eccleſia, alteri datum eſt. Hæc, & alia exempla timenda eſſe. Hæc in cauſa eſſe, ut vacantem eccleſiam nunc *Groſſii* ambiant. Hæc facere, ut tot rumores cieant, tot turbas, tot adjutores advocent.

Nihil facti contra ſe proponi. Se ante concurſum in iis locis numquam verſatum, imo indigenis cognitum non fuiſſe. Rationem unicam excerpſiſſe *Groſſium*, ut aliquos ex incolis concitaret, nempe ut *exterus* expelleretur. Patere id ex ipſo concilio publico ad concitandum populum coacto: *a chi dei due ſogetti nominati di ſopra, ſe al cittadino, o foraſtiere vogliono acconſentire, accogliere, & preſciegliere*. Virtute autem *ambire* oportere, ait, *non favitoribus*. Facile eſſe, ut hæ turbæ excitentur ubique ſemper. Actum eſſe de concurſibus, eorumque libertate, de judicio Epiſcoporum, de literis Apoſtolicis, ac uno verbo de omni eccleſiaſtica in ejuſmodi rebus diſciplina. Cujus exempli itaque ea, de qua nunc agitur, res in poſterum futura ſit, ſupplicat ut advertatur.

Videndum an canones loquantur tantummodo de paſtore poſt diuturnum experimentum odioſo, & jam omnino inutili, ac diſtinguendum ſit inter culpam ejus, & non culpam: ſeu potius indifferenter permittant plebi pernicioſam hanc licentiam recuſandi ab initio paſtorem, quem legitima poteſtas dedit. Videndum *cap. niſi cumpridem de renunc.* Videndum quid dixerint canoniſtæ. Dubitatur

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis, in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

ÆSINA CAPELLANIÆ. Quadraginta ab hinc annis capellania, quæ eſt in eccleſia parochiali oppidi *S. Marcelli* diœceſis *Æſinæ*, coacta fuit, neſcitur an legitime, ad ſolvendum collectas camerales tanquam laicalis. Nunc impetitur *Seſs. 24. cap. 12. de Reform.*

tur ad ſolvenda onera *di terzarie*, *galere*, *e ſpogli* uti eccleſiaſtica. De ejus qualitate cognitio, uti ab initio debebat, Sacræ Congregationi delata eſt juſſu *Sanctiſſimi*.

Joſeph *Leonius* hodiernus capellanus una, vel altera ſorte contentus eſt. Loci communitas, non contradicit. Neceſſe eſt, ut ante oculos habeantur ea, quæ *anno* 1648. ſcripſit *Felicia Mazzoni*, quæ ex ſuis bonis dotalibus capellaniam poſt ſuum obitum erigendam juſſit, & ea, quæ *anno* 1662., dum capellania erecta eſt, in curia Ordinarii geſta ſunt.

Litera teſtamenti hæc eſt: *per ragion di legato ſalute, e remedio dell'anima ſua, & in ogni altro miglior modo &c. laſſa, che dopo ſarà ſeguita la morte della ſignora Maria Mazzoni ſua ſorella carnale, & infraſcritta ſua erede, della ſua dote, cioè della poſſeſſione della piana poſta nel territorio, e pertinenze di S. Marcello &c. ſe ne fondi, coſtituiſchi, e facci &c. un juſpatronato nell'altare di S. Bernardino dentro la pieve di detto caſtello, e ſempre, & in perpetuo ſia juſpatronato del ſignor Pier Domenico Florii ſuo fratello cugino carnale, e delli ſuoi eredi, e ſucceſſori, o a quelli della ſua caſata, dà piena, ed ampla autorità, che dopo la morte dell' infraſcritta ſua erede come ſopra delli prefati beni, ne coſtituiſchi il detto juſpatronato in perpetuo, & immediatamente mettere il cappellano, o ſacerdote, & eſſendo vivo il ſignor D. Franceſco Mazzoni ſuo zio carnale, con obbligo, e peſo di dire tre meſſe la ſettimana, compreſeci le domeniche, e feſte comandate nel detto altare di S. Bernardino, e dopo la morte del detto ſignor D. Franceſco la detta teſtatrice vuole, che dal detto ſignor Pier Domenico Florii, ſuoi eredi, e ſucceſſori, o della ſua caſata ſi mettano i cappellani, o ſacerdoti con l'iſteſſi obblighi, e peſi del detto ſignor D. Franceſco, quali cappellani ſiano amovibili a beneplacito di detto ſignor Pier Domenico ſuoi eredi, e ſucceſſori, e della ſua caſata.*

Decretum curiæ, petente *Petro Dominico Florio* patrono, latum anno 1662., dum primum capellania conſtituta eſt, hæc habet: *ſententiamus juſpatronatum, ſeu capellaniam amovibilem &c. fore, & eſſe auctoritate ordinaria erigendum, & creandum in ſimplex, & perpetuum eccleſiaſticum ſeculare beneficium, ſeu capellaniam ſine cura ad nutum amovibilem, prout erigimus, & creamus cum reſervatione juris patronatus, & facultate eligendi, & nominandi perpetuis futuris temporibus rectorem, ſive capellanum amovibilem dicto D. Petro Dominico Florio, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu illis de ejus familia, cum onere tamen eidem capellano amovibili ad nutum ejuſdem D. Petri Dominici, ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum, aut illorum de ejus familia, celebrandi in eodem altare tres miſſas qualibet hebdomada compræhenſis dominicis, & diebus feſtivis, & ad formam, & tenorem prædicti teſtamenti ejuſdem D. Felicis, & juxta ejus intentionem, & non alias aliter, nec alio modo &c.*

Hæ literæ Ordinarii *Andreæ Lucido* primo capellano datæ ſunt: *Felix Mazzona reliquit, quod erigi deberet una capellania amovibilis, & juſpatronatus &c., & ad ſubſtentationem capellani amovibilis &c. cum reſervatione in perpetuum juriſpatronatus, & juris præſentandi, ac nominandi rectorem, ſeu capellanum prædictum amovibilem D. Petro Dominico Florio, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, aut aliis de ejus familia &c. unde nos ſupplicationibus nobis a dicto D. Petro Dominico factis annuentes, dictum juſpatronatus in perpetuum ſimplex ſeculare beneficium, ſeu capellaniam amovibilem eccleſiaſticam ereximus, & creavimus &c., & idem D. Petrus Dominicus te Rev. D. Andream prædictum in primum rectorem ejuſdem capellaniæ amovibilis elegerit, & nominaverit ad ejus beneplacitum, prout in actis, & nos de præmiſſis ſufficienter informatis, & de illis certam notitiam habentes præpoſitis edictis ſervatiſque ſervandis te in rectorem, ſeu capellanum ejuſdem capellaniæ cum honoribus, & oneribus, ut ſupra expreſſis confirmavimus, & deputavimus, prout ex nunc confirmamus, & deputamus.*

Nullæ poſtmodum aliæ poſterioribus capellanis ab Ordinario literæ datæ inveniuntur. Epiſcopus nihil modo de ſuo dicit. Capellanus autem in utramque partem de ſua capellania differit, ac ſua argumenta hinc inde profert.

Pro eccleſiaſtica qualitate facere, ait, primam erectionem in curia, ac nominationis confirmationem. Ita habitam eſſe uſque ad annum 1724., quo tanquam laicalis ad ſolvendum laicalium onera adacta eſt; idque maximi momenti eſſe *cap. 1. de præſcript. in 6.*, *Amoſtaz. de cauſis piis lib. 3. cap. 2. num. 28. Barboſ. de uniuerſ. jur. lib. 3. cap. 5. num. 12.*, & Sac. Congregatio *in Tudertina Capellaniæ* 12., & 24. *Septembris* 1739.

Ex mente vero, & qualitate teſtatricis laicalem deſumi *Rotæ in Civit. Caſtelli capell. 25. Aprilis* 1744. *cor. Vicecomite.* Præſertim quia in toto teſtamento nulla mentio habetur vel conſenſus curiæ, vel approbationis *cap. ad hæc de Relig. domibus, Lotter. de re benefic. lib. 1, quæſt. 5. num. 59.*, *Mandoſ. ad Reg. Cancell. 34. quæſt. 17. num. 9.*, & 10., *Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. num. 103.*, & *ſeqq. Vrſaja diſcept. eccleſ. part. 1. diſcept. 15. num. 18.*, & *ſeqq. Rot. coram Cavaler. deciſ. 639. n. 6.*, & *ſeqq. coram Rembold. deciſ. 39. num. 8.*, & *coram Lancett. deciſ. 1030. num. 8.*, & 9., & *deciſ. 1040. coram eodem*, & *in Romana Capellaniæ 5. Julii 1751. §. 7. coram Amadeo*. Concludit demum bona capellaniæ, ſi eccleſiaſtica ſit, a quibuſcumque oneribus cameralibus tanquam primæ erectionis immunia eſſe ad *text. in cap. 1. de cenſibus*, nec teneri niſi ad onera ſubſidii, *taxæ de ſpogli*, *e di galere* ex vi notiſſimæ Pontificiæ conſtitutionis.

Inſpecta teſtamenti litera nihil habetur, quod ad capellaniam eccleſiaſticam referendum ſit, ſive ad beneficium ſimplex perpetuum. In his circumſtantiis videndum quid

quid dixerit *Rota coram Rembold. decis.* 529. *num.*8., *coram Lancett. decis*1030. *num.*8., *in Tarraconen. capellaniæ* 31. *Martii* 1748. §.8. *coram bon. mem. Cortada*, & *in Nucerina capellaniæ* 28. *Junii* 1754. §.6. *coram bon. mem. Canilliac.*

Ponderandum an effici potuerit eccleſiaſtica ab Ordinario, petente hærede, vel patrono. Regula eſt non poſſe, ſi vivente domino erecta ſit: poſſe tamen ſi ex ultima voluntate conſtitui debeat; dummodo teſtator a capellaniæ eccleſiaſticæ qualitate alienus non fuerit *Piton. de controverſ. patron. alleg.*34. *num.*20., *Rot.coram Pamphilio deciſ.*87.*num.*5.

Alienus vero dicitur, ſi defunctus excluſerit Ordinarium ab inſtitutione capellanorum *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.*3.*cap.*13. *num.*4. *Rot. coram Seraphin. deciſ.*611. *num.*4., & *in Tarraconen. capellaniæ* 11. *Martii* 1748. §.9. *coram Cortada*. Si bona non capellaniæ, ſed capellanis reliquerit. *Piton. de controv. patron. allegat.*49. *n.*9., & 11. *alleg.*87. *n.*3., *Rot. coram Coccin. deciſ.*2244. *num.*4. Si ea reliquerit capellaniæ, ſed expreſſo titulo ſtipendii, & ſalarii capellani *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæſt.*31. *num.*60., *Rota in Civitatis Caſtelli Capellaniæ* 29. *Aprilis* 1744. §.10. *coram Vicecomite*, & *in Anagnina Capellaniæ* 30. *Junii* 1750. §.4. *coram clar. mem. Card. Matthæjo*. Videndum quid dixerit *Rot. in Anconitana Beneficii* 21. *Martii* 1746. *coram de Vays*.

Non prætermittendum tamen regulas omnes de interpretanda mente teſtatoris locum habere, ſi agatur de eo, qui intellexerit qualitatem capellaniæ eccleſiaſticæ, non vero de ruſtico, de muliere, & ſimilibus *Rot. in Prænestina Legati pii* 21. *Aprilis* 1749. §.8. *coram Lana*.

In dubio pro qualitate laicali eſſe judicandum cenſuit *Rota coram Lancett. deciſ.*1030. *num.*23., & 24., & *in Aſculana Collectarum* 19. *Januarii* 1728. §. *Præſuppoſita*, & *ſeqq. coram clar. mem. Card. Aldrovando*.

Advertendum in ſua ſententia ipſum Ordinarium appoſuiſſe: *ad formam*, & *tenorem prædicti teſtamenti ejuſdem D. Felicis*, & *juxta ejus intentionem*, & *non alias aliter*, *nec alio modo.*

Quod vero capellania aliquando poſſit ſimul eſſe eccleſiaſtica, & amovibilis, etiam in durioribus terminis capellaniæ cum cura animarum, dixit *Rota in Fanen. Juris nominandi* 2. *Julii*1745. *coram Emo Buſſio*.

Proponitur

I. *An capellania, de qua agitur ſit eccleſiaſtica, vel laicalis, in caſu &c.*

II. *An, & quibus oneribus illius bona ſint obnoxia, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam. Ad II. Proviſum in præcedenti.

Non propoſita cum reliquis.

AUXI-

AUXIMANA. Anno 1751. capitulum collegiatæ parochialis eccleſiæ *Montis Fani*, quod oppidum *Auximanæ* diœceſis eſt, ad reædificandam eccleſiam impetravit, ut *ſuſpenderetur* ad decennium inſignis quantitas *ſacrorum* 1600. quolibet anno: itidem *anno* 1753., ut pretium ex redactu quarumdem ſterilium arborum in eam cauſam erogaretur. *Seſs. 21. cap. 7. de Reform.*

Anno 1763. Sacra Congregatio novam prorogationem conceſſionis, favente Epiſcopo, poſtulatam *die* 27. *Auguſti* denegavit, reſcripſitque: *lectum, & Epiſcopus cogat quos de jure ad reddendam rationem*. Retulit propterea Epiſcopus rationem accepiſſe ab adminiſtratoribus fabricæ, qui pecunias omnes ex eleemoſyna ſacrorum, ex arboribus, & ex cenſu impoſito obventas impendiſſe probarunt.

Cum vero multum deeſſet operi, preces inſtauratæ ſunt. Die tamen 15. *Septembris* 1764. S. Congregatio iterum ſcribendum Epiſcopo exiſtimavit, ut referret, *quæ* de neceſſitate eſſent fabricæ, non autem ornatus, *quæ* bona, qui reditus *eccleſiæ*, *menſæ* capitularis, *canonicorum* ſpeciatim, & *aliorum*, qui in eccleſia beneficium obtinerent, *quid* ex populo haberi poſſet, *aliaque*, quæ ad cauſam eſſent.

Reſpondit Epiſcopus ad ſolam erigendam, ac ſtatuendam fabricam cum tectis *ſcut.* 3440. deficere, præter ornamenta. Reditus numerat. Nihil ex communitate, & populo ſperandum. Deſperatum proinde opus, niſi nova hæc conceſſio accedat; imo in eum finem *ſuſpendendam* eſſe novam præpoſiti electionem exiſtimavit: *quod vero attinet ad contributionem Communis, & ad eleemoſynas colligendas, nullum omnino præſidium haberi poteſt, nam Commune ipſum, præter prædium, uti diximus, eccleſiæ traditum, ingenti ſumptu publici Palatii funditus inſtaurandi in præſentiarum gravatur, nec niſi per incertas litium ambages ad aliam contributionem adigeretur; ac tandem ex eleemoſynis, ſeu quæſtuationibus, quas vocant, vix rubra quatuor frumenti toto triennio ſunt corrogata.*

Cum itaque nihil fere ad opus perficiendum haberi aliunde poſſit, cumque impares omnino ſint reditus canonicorum, tum quia ſingulis curta eſt ſupellex domeſtica, tum quia detractis oneribus iidem reditus vix omnino æquant quotidianam pondus diei, & æſtus, tum quia prædium annui reditus ſcut. 20., & duo inſuper annua frumenti rubra, nec non penſiones duarum domorum ad fabricam conſtruendam, & cenſus extinguendos iidem canonici jam conceſſerunt, ſupplices iterum adeunt Sacrum Ordinem Veſtrum tum ad obtinendam prorogationem indulti miſſarum numero 1458. *ad alios decem annos* [*cum tamen applicanda remaneant ſacrificia omnino mille, præter quædam anniverſaria ad EE. VV. arbitrium conſtituenda*] *tum ad ſuſpendendam novæ Præpoſiti electionem in locum Raynaldi Repoſati* [*qui Præpoſituram nuper dimiſit, reſervata ſibi penſione ſcut.* 55. *præter antiquam, de qua diximus, annuorum viginti*], *ut nimirum reliquæ*

fructus in conſtructionem , & perfectionem ipſius fabricæ erogentur ; cumque oratores ipſi ultro in ſe recipiant , & curam omnem animarum, & alia onera univerſa præpoſito incumbentia , nullumque inde cultui divino detrimentum timeri poſſit , utrique petitioni annuendum exiſtimo , tum quia revera nihil ferme aliunde ſuppetit ad opus profligandum , tum quia brevi tempore unius , vel alterius anni vacatio eccleſiæ videtur hoc modo duratura ; tum ob exemplum alterius parochiæ , de qua in hac ipſa meæ diœceſi ſub die 15. Aprilis 1758. reſcriptum fuit : Dimiſſa prius per parochum præſentem ſupradictæ eccleſia parochiali , deputato œconomo, quidquid ex reditibus , detracta congrua , & penſione , ſupererit , in ædificationem applicet , & aſſignet : idemque factum dicitur in prima item dignitate (ut ajunt) Collegiatæ eccleſiæ civitatis Anconæ , tum denique ne juxta Evangelicam parabolam , canonicis illudatur, quod cæperint ædificare, & non potuerint conſummare .

Capitulum poſt hæc ipſi SANCTISSIMO preces dedit, tum pro *ſuſpenſione* vacantis præpoſituræ ad decennium , tum , pro imponenda contributione aliqua ſuper beneficiis , & penſionibus eccleſiæ , tum ut per ſex menſes cujuſcumque *noviter proviſi* fructus retinerentur . Sed omnia die 23. *Januarii* proxime præteriti ad Sacram Congregationem remiſſa ſunt . Nunc autem non de his inſtat , ſed primam faciliorem , ac ſibi commodiorem pergit viam , petendo novam *ſuſpenſionem* ſacrorum , de qua ſupplicat .

Neceſſariam eſſe inquit conſummationem fabricæ , quæ jam cæpta eſt *l. Prætor ait* 20. *ff. de nov. oper. nunciat.* . Nullos eſſe fabricæ reditus , Canonicos , beneficiatos , alioſque eccleſiæ , vix habere reditus unde vivant . Nihil a communitate ſperandum ; fere nihil ex eleemoſyna populi .

Quamobrem , quocumque alio ſubſidio deficiente , neceſſariam certe eſſe hanc novam conceſſionem . Illam conſuetam eſſe : innumera eſſe ejuſdem conceſſionis exempla . De jure autem nullam cauſam magis legitimam eſſe ut concedatur . Nullum damnum venire eccleſiæ , & populo , cum alia ſacra ibi celebranda abundent .

Cæterum ad pium, & neceſſarium opus perficiendum omnia poſthabenda eſſe *Rot. deciſ. 7. num. 1. cor. Criſpo* , & *deciſ. 1068. num. 2. coram Molino* . Etiam hac data conceſſione multum deeſſe , quod capitulum , aliique ex eccleſia , multum , quod communitas, ac populus præbeat . Scripta videnda ſunt, atque integra Epiſcopi *relatio* .

Conſiderandum , an quæ nunc non parantur ſubſidia , facile invenientur deinceps poſt hanc impetratam prorogationem .

Synodus Tridentina de eccleſiis parochialibus dixit : *parochiales vero eccleſias etiamſi juriſpatronatus ſint ita collapſas refici , & inſtaurari procurent ex fructibus , & proventibus quibuſcum-*

: quę

que ad eaſdem eccleſias quomodocumque pertinentibus, qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis eccleſiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos, omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant qualibet appellatione, exemptione, & contradictione remota: quod ſi nimia egeſtate omnes laborant ad matrices, ſeu viciniores eccleſias transferantur, cum facultate tam dictas parochiales, quam alias eccleſias diruras in profanos uſus non ſordidos, erecta tamen ibi eruce convertendi. Seſs.21. cap.7. de reformat.

Ad neceſſariam cauſam perficiendi eccleſiam parochialem Sacra Congregatio aliquando conceſſit ſubſidia dotalia *Hyſpalen.* 7. *Septembris* 1680., *Siracuſana* 8. *Februarii* 1713., *Magdalunen.* 22. *Aprilis* 1719., *Romana Subſidiorum dotalium* 9. *Julii* 1746., & *in Amerina* 15. *Decembris proxime elapſi*.

Aliquando fructus duorum annorum cujuslibet canonicatus, & præbendæ, quæ per obitum vacaret. Videnda eſt *Leodien. prorogationis indulti* 9. *Febr. proxime elapſi*.

De intermittendis vero ſacris in expiationem defunctorum deſtinatis, quod poſtremum malis remedium eſt, videndum quid dixerint magis cordati canoniſtæ. Ad rem facit *Lisbonen.* 23. *Auguſti* 1760.

Advertendum, quod pretium obventum ex venditione arborum in *folio* redditionis rationis ſignatur in *ſc.* 209. 72. Epiſcopus vero in ſua *relatione* dicit fuiſſe in *ſc.* 500.

Præterea, quod capitulum contraxit cenſum in *ſcut.* 358., neque de ea pecunia apparet exitus in cauſam ædificii.

Petitur

An ſit locus prorogationi indulti ſuſpenſionis miſſarum, in caſu &c.

PISAUREN. *Anno* 1758. ruri, quo ſe octo ante annos receperat, obiit *Opitius Mazza* Piſaurenſis, qui in ſepulcro majorum ad vicinam eccleſiam *Eremitarum S. Auguſtini* conditus eſt. Exarſit controverſia inter parochum S. Juliani *Trivii antiqui*, in cujus parochiæ finibus defunctus eſt, & parochum cathedralis eccleſiæ Piſaurenſis, in cujus parochia *Opitius* natus, ac antiquam familiæ domum habebat, ſuper reſtitutione *decimarum ſacramentalium*, quæ interim parocho cathedralis ſolutæ erant, ac ſuper *emolumento funeris*. Curia Piſaurenſis *anno* 1761. pro parocho *Trivii* judicavit. Hinc ad S. Congregationem cauſa delata eſt, de qua nunc diſceptatur. *Seſs.25. cap.13. de Reform.*

Capitulum inquit *Opitium* natum, educatumque in veteri domo familiæ intra fines parochiæ. Nunquam domicilium civitatis deſeruiſſe; imo uſque ad diem obitus retinuiſſe ſemper. Ad domum urbanam frequentiſſime ſe recepiſſe:

ibi celebrioribus anni diebus commoratum ; ibi pernoctaſſe. Matrem eccleſiam agnoviſſe ſemper, reviſiſſe, ſumma pietate coluiſſe ; ibi dies integros tranſegiſſe ; ad ſacramenta percipienda illam unice adiviſſe ; ad illam pro iis ſuam familiam adduxiſſe. Suæ eccleſiæ decimas ſumma fide ſolviſſe, ac ipſo die mortis, dum in civitate erat, ſolvendas juſſiſſe ; ideoque nunquam ſuæ parochiæ eſſe obnoxium deſiiſſe *l. cives cod.de incol.*, *Rot. dec.364.n.3. par.5.*, & *dec.313.num.13.part.9.recent.*

Maxime quia integrum decennium extra eam parochiam moratus non fuerat ; cum nonniſi ab octo tantum annis ruſticam domum, animi potius, & valetudinis cauſa, cæpiſſet incolere *l.2. cod.de incol.*, *Fagnan. in cap.ſignificavit n.5.* & *25. de Præbend.*

Præterea, etſi duplex domicilium habuiſſe dicendus eſſet, præferendum illud, in quo ſacramenta percipiebat *Piton. diſceptat.22.num.4.* : decimas enim ſacramentales deberi in compenſationem laboris *Leuren. in for. benefic. part. prima quæſt. 458. num. 6.*, *Barboſ. in cap. ad Apoſtolicæ ſub num. 1. de decimis*.

Neque in his circumſtantiis rationem habendam eſſe temporis vel majoris, vel minoris, quo unam, vel alteram domum inhabitabat *cap. ad Apoſtolicæ de decimis*, *Ubald. de quarta canon. cap.7.num.11.par.2.*

Hinc infert funebria emolumenta adjudicanda omnino ei parocho, qui viventem ſacramentis refecit, aluitque *cap.1.de ſepult.*, *Card.de Luc.de paroch.diſc.23.n.7.*, *Rot. cor.Falcon.miſcell. dec.75.num.6.*

Alia ex parte ait *Trivii* parochus *Opitium* jam octo ante mortem annos aſſiduam, diuturnamque moram ruri in ſua parochia traxiſſe, ibique defunctum. Ideoque omni jure eas decimas ad ſe pertinere *Rebuf.de decim.quæſt.6.num.24.*, *Rot. recent.dec.124.num.7.part.5.*

Dubitari non poſſe illum animo acquirendi domicilium ſe rus tranſtuliſſe, ubi domum ſuo ſumptu ædificaverat, quam majori, imo maxima anni parte cum familia incolebat *Lotter.de re benefic.lib.1.quæſt.20.num.48.*, *Afflict. dec.384. n.11.*, *Rot.dec.388. num.4. & 5. par.16.*

Nihil in jure cautum, quod decennium ad contrahendum domicilium ſit neceſſarium *Fagnan. in cap. ſignificavit num. 44. & 49. de paroch.*, *Menoch, de arbitr. jud. lib.2. cent.1. caſ.86. num.10.* Poſſe forſan requiri decennium ad effectus civiles, & privilegia, ac leges municipales, non ad ſubjectionem parocho, favore cujus ſola habitatio per majorem anni partem ſufficit, etiam ſine animo inhabitandi ſemper *Samuel. de ſepult. diſput.5.controv.8.num.8.*

In ipſa noviſſima Piſaurenſi ſynodo hoc cautum eſſe. Cenſuram autem *textus in cap.his qui de ſepult.in 6.* locum habere, dum aliquis ad villam ruſticandi, vel ruralium officiorum

cau-

cauſa commigrat, non vero dum illuc ad habitandum ſe transfert *Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 12. §. 3. num. 38.*, *Sperel. dec. 87. num. 10*,

Ad ſummum dici poſſe tantummodo *Opitium* duplex habuiſſe domicilium; quo caſu illud ſpectandum, ac præcipuum habendum, quo pro majori temporis parte utebatur. Ambigi autem non poſſe nec ab ipſo contradictore parocho, quod *Opitius* rus continuo incolebat, a quo aliquando per occaſionem ad civitatem redibat.

Quibus poſitis nihil officere, quod *Opitius* ſacramenta in eccleſia cathedrali perceperit, nulli etenim licere parochiæ jura pervertere *Rebuf. de decim. quæſt. 6. n. 2.*, *Monet. de decim. cap. 7. quæſt. 2. num. 20.*

Nullius certe momenti eſſe quodcumque ipſius *Opitii* factum contra apertam legem canonicam *cap. omnis de pœnit.*, *& remiſs.*; ac ſynodalem *ſeſs. 3. num. 4. tit. 4.* Decimarum ſolutionem contra jura parochi, a parochianorum voluntate non pendere. *Rot. deciſ. 164. num. 6. part. 19. tom. primo recent.*

De emolumentis funebribus vero clariſſimum ſuum jus eſſe *cap. in noſtra de ſepult.*, *Petrus Vbald. de canon. port. Epiſc.*, *& paroch. part. 2. cap. 7. num. 9.*, *Antonell. de regim. eccleſ. lib. primo cap. 12. §. 3. num. 36.*, etſi in parochiali eccleſia ſacramenta numquam receperit, cum per parochum non ſteterit, quominus, uti debuerat, præciperet *Federic. de Sen. conſ. 254. num. 6.*, *Petrus de Vbald. de canon. port. Epiſc.*, *& paroch. part. 2. cap. 7. num. 11.*

In ſynodo Piſaurenſi cavetur, quod *qui duas habet domos in diverſa parochia*, *in quibus alternative habitat*, *in ea parochia ſacramentum paſchale ſuſcipiat*, *in qua per notabile tempus circa Paſcha moratur*; *ſi vero æquali tempore*, *& alternis diebus*, *in ea ſuſcipiat*, *in qua pernoctare conſuevit*.

Juris communis certa eſt regula *ſacramentales* decimas ſolvendas parochiali, in qua ſacramenta percipiuntur *cap. quæſti ſunt 46. cauſ. 16. quæſt. 1. cap. ad Apoſtolicæ 20. de decimis*, *cap. ſignificavit 15. de parochiis*.

Certa itidem eſt regula alia, quempiam illius parochiæ eſſe, intra quam majori anni parte moratur *cap. cum contingat num. 53. de decimis*, *Rot. part. 5. recent. deciſ. 12. n. 4.* Hæc autem locum interdum non habet, ſi quis vel cauſa recreandi animi, vel ruſticandi, vel gerendi negotia degat *cap. 15. qui habet domicilium de ſepult. in 6.*, *Navar. conſil. 2. num. 5 de decim.*, *Barboſ. de offic.*, *& poteſt. part. 3. cap. 28. §. 2. num. 26* Videndus *Fagnan. in cap. cum contingat num. 53, de decim.*, *Paſſerin. de ſtat. hom. quæſt. 187. art. 4. num. 552.*, *& Rot. cor. Tanar. dec. 45. num. 7.*

Perpendendum itaque an materialis habitatio, vel potius ſacramentorum perceptio ſpectanda ſit. Videndus *Federic. de Senis in conſil. 254. num. 6.*, *Petrus Vbald. de can. port. Epiſc.*, *& pa-*

*& paroch.part.2.cap.7.num.*11., *Reluf.de decim.quæſt.6.n.*2., *& Monet.de decim.cap.7.quæſt.2.num.*20.

Ponderandum qualem animi conjecturam præbeat in *Opitio* hæc ipſa perpetua ſacramentorum perceptio apud veterem ſuam eccleſiam, ac decimarum voluntaria ſolutio. Num parocho *Trivii* ex ſuo facto præjudicium inferre potuerit *Opitius*. Num parocho *Trivii* nocuerit ſua tolerantia, qui *Opitium* alibi ſacramenta percipere permiſit, (non enim ignorare id poterat) & ab eo alteri ſolvi decimas, quæ debebantur, & quas certo ſciebat deberi, & de quibus ipſum ſollicitudinem nullam habuiſſe,credibile non eſt.Num ideo petere nunc poſſit,quod cum juris titulo ab alio perceptum, bona fide conſumptum eſt.

Ad EE.PP. pertinet decernere

I. *An Rectori eccleſiæ parochialis Sancti Juliani Trivii antiquæ ſint reſtituendæ decimæ ſacramentales, de quibus agitur, & a quo tempore, in caſu &c.*

II. *An, & cui ſint conſignanda emolumenta funeralia, de quibus agitur.*

Seſs.25. cap.4. de Reform.

FLORENTINA. Americus de Capponibus *anno* 1603. conſtituit Florentiæ, cum legitima auctoritate, capellaniam in eccleſia monialium S. Felicitatis, jurepatronatu ſuæ familiæ reſervato; juſſitque, quod capellanus *teneatur qualibet hebdomada quinque diebus ferialibus, & quibuſlibet diebus Dominicis, & feſtivis apud dictum altare, & capellam miſſam planam dicere, ſeu celebrari facere, & ulterius ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis intervenire celebrationi divinorum officiorum, & horarum in choro, nec non nocte Natalis Domini, & in hebdomada ſancta cujuslibet anni, gravando dictum capellanum ad preces effundendum Deo pro anima dicti Americi de Capponibus fundatoris, & quorumcumque aliorum ſuorum Conſanguineorum, & de dicta nobili familia de Capponibus.*

Dotem capellaniæ fecit ex quadam domo, *ex qua annuatim percipiebantur expenſione floreni decem & octo*, promiſitque alia ſc. 18. annua ſolvere, donec ſimilem reditum perpetuum in bonis ſtabilibus, vel in creditis montium capellaniæ daret. Ex iis annua ſcut. 3. per capellanum ſacrario eccleſiæ præſtanda juſſit.

Anno 1615. aucta, & inſtaurata domo, cujus reditus ad ſcuta 24. erant, auxit onera, *quod capellanus pro tempore exiſtens non poſſit, nec ei liceat retinere aliud beneficium cum cura, vel ſine cura, & quamvis obtineret aliud beneficium,eo ipſo dicta capellania intelligatur vacaſſe abſque alia declaratione, & licitum ſit patrono alium eligere.*

Quod teneatur capellanus perſonaliter, & de per ſe, & non per ſubſtitutum officiare dictam capellaniam, tam in celebratione miſſarum, quam divinorum officiorum in choro ſub pœna privationis.

Quod

Quod non poſſit prætendere, quod hujuſmodi onera ſint moderanda, ſed debeat ſemper ſtare firma, & illæſa fundatio, & præſens additio, ac onera impoſita in eis &c., dictique onera contenta tam in prima fundatione, quam in ſecunda additione acceptare etiam cum juramento &c.

Eam adjectionem Ordinarius approbavit: *prædicta omnia, & ſingula admiſit, & recepit ſic, & in quantum, per quod de jure admittere tenetur, & debet, dictamque additionem approbavit, & confirmavit, & ſuam auctoritatem, & decretum interpoſuit.*

Omnes itaque capellaniæ reditus in ſc. 42. annuis tunc erant. Nunc ex domo percipiuntur annua ſc. 10.; & licet hæredes fundatoris, præter ſc. 18. ann., voluntario præſtent aliam ſummam ſc. 4., nonniſi ad ann. ſc. 32. ſunt; ex quibus detractis ſc. 3. præſtandis ſacrario, ſolum ſc. 29. ſuperſunt pro capellano, quæ neque congruam *taxæ* Florentinæ pro ordinibus ſuſcipiendis æquant.

Hinc factum eſt, ut poſtremus capellanus eam renunciaverit, neque alius inveniatur adhuc, qui eam petat. Propterea Senator *Ferdinandus Capponius* patronus ſupplicat, ut appoſita conditio *incompatibilitatis* auferatur; ac onera minuantur.

De tenuitate redituum ambigi non poſſe affirmat; ſpem non eſſe, ut ii aliquando creſcant. Haud poſſibile eſſe, ut capellanus inveniatur, qui iis ſolis contentus ſit, iis ſolis vivat, qui neque ad ſacerdotium obtinendum ſufficiunt.

Quamobrem minuenda omnino onera. Præcipuum eſſe, ut capellania exiſtat. Onera capellaniæ danda, quæ reditibus paria ſint. Ea de re concedendam facultatem capellanis, ut beneficia alia retineant, iiſque injunctus onerum numerus minuatur. Perpetuo uſu S. Congregationis idipſum ita receptum fuiſſe ſemper, ut neceſſarium non ſit ejus rei apertiſſima exempla addere.

Archiepiſcopus ait: *clare patet fundatorem declaraſſe dictam capellaniam incompatibilem cum quocumque beneficio tam ſimplici, quam curato, ſed cum revera beneficii reditus non ſufficiant ad congruam rectoris ſuſtentationem, nec beneficiatus cum dicta capellania tantum poſſit promoveri ad ſacros ordines ex defectu taxæ ſynodalis, hujuſmodi conditio moderanda videtur.* Aliorum etiam onerum moderationem probat.

De novis oneribus injunctis poſt primam erectionem videndum quid cenſeant canoniſtæ *Piton. de controv. patron. allegat. 23. num. 6. in fin.*, *Card. de Luc. de jurepatr. diſc. 18. n. 4.*, *Rot. deciſ. 593. num. 3. par. 5. Recent. tom. 2.*, *& coram Seraphin. deciſ. 1414. num. 11.*

Ponderandum an potius alia onera omnia moderanda ſint, ut ſacra celebranda integra omnia retineantur Viden. *Bordon. de*

de legat. cap.15. num.35., *Fagnan. in cap. ex parte num.34. de conſtitut.*

De reductione autem ſacrorum præmittendum, quod capellanus tenetur miſſæ ſacrificium *applicare* juxta teſtatoris voluntatem. Certa enim eſt regula, quod miſſa pro fundatore *applicari* debeat, licet hanc *applicationem* expreſſe non præſcripſerit, ſed ſolam celebrationem. Sac. Congregatio in *Collen. applicationis ſacrificii* 17. *Decembris* 1689. *lib.4. decret. fol.4.*, *Spoletana applicationis*, & *reductionis miſſarum* 11. *Januarii* 1710. *lib.60. decret. pag.4.*, *in Romana reductionis*, & *applicationis miſſarum* 15. *Decembris* 1714. *lib.64. decret. pag.485.*, *in Alexandrina* 18. *Martii* 1719. *lib.69. decret. fol.113.*, *in Cornetana* 23. *Junii* 1725., & *in S. Miniatis* 20. *Novembris*, & 4. *Decembris* 1734.

Quæ unicam exceptionem patitur regula, quando miſſæ celebratio injuncta eſt ob expreſſum alium peculiarem finem, nempe pro commodo populi, monialium, agricolarum, artificum, peregrinorum &c. Sac. Congregatio in *Ferrarien. applicationis ſacrificii* 2. *Junii* 1729., *in Mediolanen. applicationis miſſarum* 15. *Decembris* 1731., *in Senogallien. miſſarum* 20. *Decembris* 1732., & *in Lucana applicationis miſſæ quotidianæ* 2. *Januarii* 1735.

Quando autem *reductio* neceſſaria adhuc ſit, inquirendum ad quam rationem nunc fieri debeat, ad perpetuam, ut in *Præneſtina* 15. *Februarii* 1709., *in Romana* 6. *Februarii* 1734., & *in Nepeſina* 24. *Julii* 1734.; ſive arbitrio Ordinarii relinquendam, ut in *Vigilien. decanatus* 23. *Julii* 1729., *in Lucana applicationis miſſæ* 19. *Januarii*, & 12. *Februarii* 1735., & *in Albintimilien.* 2. *Martii proxime præteriti*.

Advertendum uſque ab initio nonniſi ſcut.42. data capellanis pro ſacris agendis quolibet die *dominico*, & *aliis feſtis*, & *quinque aliis diebus in hebdomada*, præter tot *alia* mandata capellanis onera, quæ uſque ad præſens per capellanos impleta ſunt.

Advertendum itidem eſt in facto ex parte *Capponii* reditus dici in ſcut.32., ex parte Epiſcopi in ſcut.34. Quæritur

I. *An ſit delenda conditio incompatibilitatis cum aliis beneficiis in capellania, de qua agitur.*

II. *An, & quæ onera ſint reducenda, in caſu &c.*

Die Sabbati 8. Junii 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacræ Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

EÆ tres cum aliis proponuntur cauſæ, quæ in noviſſima Congregatione *diei* 18. *Maji* reſponſum non habuerunt.

AUXIMANA. *Seſs.21. cap.7. de Reform.*

An ſit locus prorogationi Indulti ſuſpenſionis Miſſarum, in caſu &c.

Dilata, & ſcribatur Epiſcopo, juxta inſtructionem.

PISAUREN. *Seſs.25. cap.13. de Reform.*

I. *An Rectori eccleſiæ parochialis Sancti Juliani Trivii antiqui ſint reſtituendæ decimæ ſacramentales, de quibus agitur, & a quo tempore.*

II. *An, & cui ſint conſignanda emolumenta funeralia, de quibus agitur.*

Ad I. Negative, & amplius. Ad II. Eſſe conſignanda Parocho S. Juliani Trivii antiqui, & amplius.

FLORENTINA. *Seſs.25. cap.4. de Reform.*

I. *An ſit delenda conditio incompatibilitatis cum aliis beneficiis in capellania, de qua agitur.*

II. *An, & quæ onera ſint reducenda, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative quoad beneficia de jure compatibilia. Ad II. Quoad miſſas pro reductione ad manualem, in reliquis ſcribatur Archiepiſcopo, juxta inſtructionem.

TUSCULANA. Reg. Celſ. Em. Henricus Card. Dux Ebor. S.R.E. Vice-Canc., Epiſcopus Tuſculanus, dum in *ſacra viſitatione* eſſet *anno* 1762. audiit, in agro ex parte *Algidi* ad montis Tuſculani radices, in quo inſignis fundus *Seſs.21. cap.4. de Reform.*

Molariæ extat, intra fines parochiæ *Montis Portii* (quod oppidum ex alia parte ultra montem eſt) permultos commorari toto agro diſperſos cum ſuis familiis, *cujuſque ætatis, & ſexus in tuguriis miſeram agentes vitam, pleroſque ſumma rerum divinarum ignoratione teneri, non neminem ſine Sacramentorum ſuſceptione e vivis deceſſiſſe, plures non raro hyberno præſertim tempore Miſſæ ſacrificio feſtis diebus non intereſſe, non paucos in Paſchalibus diebus pœnitentiæ, atque Euchariſtiæ ſacramentis refici, adoleſcentes aliquot annorum quindecim, & eo amplius numquam ad Sac. Synaxim acceſſiſſe omnes demum in ſumma rerum omnium tum ſpiritualium, tum temporalium egeſtate verſari.*

Loca extemplo adiit. In re præſente vidit omnia: ultra ſeptuaginta per campos eſſe. Novit miſerias: iis providendum cenſuit. Qua ardet caritate in omnes ſuos, & qua ornatur ſane regali liberalitate, cujus illuſtria erga totam diœceſim argumenta in diem exhibet, conſeſtim ſacellum, quod ibi eſt, ad populum excipiendum ampliavit, auxitque æde adnexa ad habitationem capellani, qui inibi pro neceſſitate illorum hominum moraretur.

Deinde ex eadem ſollicitudine erga gregem, decretum edidit *die 15. Novembris 1762.*: *Animarum periculis intentus, populoque credito ſublevando inclinatus, cum in loco* della Molara *Pareciæ Montis Portii maximo animi ſui dolore invenerit quamplures tam pueros, quam ſenes, & cujuſcumque ætatis habitatores, qui ob diſtantiam ab eccleſia parochiali quatuor fere milliarium, & ob aſperitatem itineris, temporibus præſertim pluvioſis, atque hyemalibus miſerrime vivebant, fere numquam proprii Paſtoris vocem audientes, & in ſpiritualibus derelicti, & quorum nonnulli abſque ſacramentis e vivis defecerunt, ut ex actis hujus Cancellariæ conſtat, ſacellum antiquiſſimum in eodem loco* della Molara *ſitum propriis ſumptibus ampliavit, cui adnexam habitationem pro uno Sacerdote conſtruxit, & per plures menſes illuc miniſterium evangelicum ad dictum populum Divinis miniſteriis erudiendum, ſacrumque diebus feſtis celebrandum tranſmiſit, eique ſtipendium ære proprio ſubminiſtrare non recuſavit: ſed quia paſcendi onus præfatum populum ad parochum, ſive archipresbyterum Montis Portii unice, & principaliter ſpectat, & ſatis non eſt Domini vineam plantare, niſi ea de idoneo provideatur miniſtro, qui zizaniam extirpet, eam colat, ac ſpiritualibus indigentiis ſollicite ſuccurrat; ideo mandavit per dictum archipresbyterum Montis Portii de idoneo Sacerdote ad ſacramentales confeſſiones audiendas approbato provideri, qui in dicto loco* della Molara *miſſam diebus feſtis celebret, ſanctiſſimæ noſtræ Fidei rudimenta tradat, & in caſu neceſſitatis Sacramenta miniſtret.*

Deputatus propterea eſt ſacerdos *Horatius Sebaſtiani* capellanus. Sed non adhuc elapſo anno capellanus dimiſit munus, ob non ſolutum ab archipresbytero ſtipendium

ſcut,

ſcut. trium quolibet menſe. Hinc curia, ne populus ſacro adminiſtro careret interea, monito prius archipresbytero, ei ſalarium conſtituit ſolvendum *a menſa Epiſcopali, repeten. a quo, ſeu quibus de jure*.

Poſt hæc plene re omni cognita *die* 30. *Auguſti* 1764. ſententiam, quæ integra videnda eſt, curia tulit. Declaravit exceptiones ab archipresbytero propoſitas non obſtare; retinendum capellanum in ſacello *Molariæ*; ſolvendum ei ſtipendium ex incertis parochiæ reditibus; ſi non ſufficerent, quolibet anno ab ipſa menſa ſupplendum; & alia æqui bonique temperamenta addidit.

Appellavit ad A. C. archipresbyter, ſed cauſa ad Sac. Congregationem, uti debebat, delata eſt. De ea eſt nunc cognoſcendum. Duo diſputationis ſunt capita: de capellano retinendo juxta decretum: de ſalarii quantitate, modo, atque obligatione.

Quæſtio tota ex facto pendet. I. an adſit neceſſitas, ex diſtantia, & incommodis viarum; ex aucto populo, ex abſurdis, & damnis, quæ acciderunt, ob amplitudinem parochiæ *Montis Portii*, quæ latiſſimum circa ſe omni ex parte agrum, & villas longe diſſitas, præter oppidum habere dicitur. II. an archipresbytero tales reditus ſint, qui ad ejus congruam, & ad capellanum ſufficiant.

Luculentiſſima hinc inde ſcripta circumferentur. Ejuſmodi rei doctrina ſecundum canones, ac receptas Sac. Congregationis ſententias notiſſima eſt, ſive de dividendis parochiis, ſive de vicariis, & capellanis, vel perpetuis, vel ad tempus deputandis.

Clariſſima eſt ſanctio Concilii: *Epiſcopi, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, in omnibus eccleſiis parochialibus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, ut unus rector non poſſit ſufficere eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui divino peragendo, cogant rectores, vel alios, ad quos pertinet, ſibi tot ſacerdotes ad hoc munus adjungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum; in his vero, in quibus ob locorum diſtantiam, ſive difficultatem parochiani ſine magno incommodo ad percipienda ſacramenta, & divina officia audienda accedere non poſſunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam conſtitutionis Alex. III., quæ incipit Audientiam, conſtituere poſſint; illis autem ſacerdotibus, qui de novo erunt eccleſiis noviter erectis præficiendi, competens aſſignetur portio arbitrio Epiſcopi ex fructibus ad eccleſiam matricem quomodocumque pertinentibus, & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad vitam dictorum ſacerdotum ſuſtentandam. ſeſs. 21. cap. 4. de reformat.*

Videnda *conſtitutio Innocentii XIII. Apoſtolici miniſterii* 23. *Maii* 1723., *& Benedicti XIV. incipiens in ſupremo*.

Ad rem faciunt *Aquen. Diſmembrationis* 13. *Julii* 1720., *& 2. Auguſti* 1721., *Derthonen. Diſmembrationis* 5. *Aprilis*,

& 30. Auguſti 1732., *Cremonen. Diſmembrationis* 11. *Januarii* 1738., *Terracinen.* 6. *Junii* 1739., *Aſculana Diſmembrationis* 11. *Aprilis* 1739., *Caſſanen. Diſmembrationis* 3. *Decembris*, *& 17. ejusdem menſis* 1740., *Piſauren. Unionis*, *& diſmembrationis* 25. *Januarii* 1744., *Sabinen.* 18. *Septembris* 1751., *Piſauren.* 1. *Septembris* 1753., *& Conſtantien.* 30. *Maii* 1761. *Lunen. Sarzanen.* 14. *Aprilis* 1764.

EE. PP. ſua, qua eminent juris ſacri peritia, poſtquam accurate, ut conſueverunt, perpendent omnia, dijudicabunt

I. *An ſit ſervandum decretum ſacræ Viſitationis diei* 15. *Novembris* 1762. *pro deputatione ſacerdotis, ſeu capellani in eccleſia S. Mariæ della Molara*, & quatenus affirmative

II. *An, & a quo, & quomodo, & in qua quantitate debeatur eidem capellano ſalarium, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. Dilata, & firmetur ſtatus ſer. ſer. coram Ordinario.

Seſs. 22. *cap.* 8. *de Reform.*

SENOGALLIEN. *Angelus Sammaranus* e *Monte Bodio*, diœceſis *Senogallien.* oppido prope ſex millia hominum habente, *anno* 1585. *Joanni Baptiſtæ* filio ſubſtituit in univerſo aſſe ſodalitium Mortis, cum onere erigendi in patria eccleſiam S. Joſepho, ac conſtituendi hoſpitale certis datis legibus. Subſtitutio non multo poſt tempore locum habuit, Eccleſia, atque hoſpitale conſtitutum eſt. Ex certis monumentis conſtat illud Vicarium generalem Senogallienſem viſitaſſe, ac deſcripſiſſe jam ab *anno* 1639.

Sodalitium *anno* 1681. eccleſiam cum ſacrario, ſupellectilibus, ac nonnullis domibus conceſſit presbyteris Oratorii S. Philippi Nerii, qui multa, quæ implenda erant, onera eccleſiæ ſibi aſſumpſerunt.

Deceſſores Epiſcopi clar. mem. Cardinales *Paracciani anno* 1716., & *Pichi* 1720., tum Epiſcopus *Caſtelli anno* 1725., iteratis decretis, ſodalium negligentiam de hoſpitalis adminiſtratione increpantes, teſtatoris voluntatem integre ſervandam mandarunt, ſed fruſtra.

Propterea hodiernus Epiſcopus nonnulla in *ſacra viſitatione, die* 21. *Septembris* 1761. de hoſpitali decreta edidit: 1. *Che ſi tengano continuamente alzati ſei letti per comodo degli infermi.* 2. *Che s'imbianchi l'oſpedale.* 3. *Che la prima camera debba ſervire per i poveri foraſtieri infermi, la ſeconda camera per gli uomini infermi del paeſe, e la terza finalmente per le donne.* 4. *Che ſi debba formare l'inventario di tutti li mobili, biancherie, ed altro ſpettante all'oſpedale.* 5. *Che la compagnia &c. venga alla nomina di due miniſtri diſtinti, uno per l'amminiſtrazione de' beni laſciati dal Sammarani, e l'altro di quelli ſpettanti alla confraternita.* 6. *Acciò poi venga data pronta*,

ed

ad eſatta eſecuzione alla volontà di Angelo Sammarani, ſua Signoria Illuſtriſſima deputò ſoprantendenti a queſto oſpedale, il R. Padre prevoſto pro tempore di queſta congregazione dell' Oratorio di S. Filippo &c. 7. E perchè queſta ſoprantendenza è incompatibile con quella di depoſitario della compagnia antedetta, che preſentemente ſi eſercita dal P. Prevoſto Ferruti, però ſua Signoria Illuſtriſſima ordinò al medeſimo di dimetterla. 8. Che in avvenire le congregazioni ſi debbano tenere in luogo a parte, e non in Chieſa per ovviare all'irreverenze &c. 9. Che non ſi accettino per fratelli perſone, che non abbiano atteſtato di ottimi coſtumi.

Reclamarunt illico ſodales; ſed licet a biennio, & ultra diſputanda *dubia* propoſuiſſent, tardi, poſt multas pauperum quiritationes, clamoreſque, ad defendendam cauſam venerunt. De iis controverſiis modo res eſt.

Præſtat ante omnia legem teſtamenti ante oculos ponere: *ſubſtituit ſocietatem mortis Terræ Montis bodii cum hoc onere, quod dicta ſocietas infra annum, a die obitus dicti ejus filii, & hæredis teneatur, & obligata ſit erigere unam eccleſiam ſub invocatione nominis S. Joſephi, & ſimiliter unum hoſpitale condecens, in quo poſſint commode pauperes Terræ Montis bodii commorari, in qua quidem eccleſia dicta ſocietas teneatur, & obligata ſit aſſidue tenere presbyterum, dando eidem condecentem, ſeu ſolitam eleemoſynam, ad effectum, ut poſſit continue illam officiare, & quotidie in ea miſſas celebrare pro anima ipſius teſtatoris.*

Item reliquit, quod dicta ſocietas mortis teneatur aſſidue in dicto hoſpitali unum cuſtodem, & in eo aſſidue habere, & egentium tenere ſex cubilia ad commodum, & utilitatem Terræ Montis bodii, quos quidem etiam infirmos dicta ſocietas teneatur alere introitibus bonorum ipſius teſtatoris, illoſque ſuccurrere in omnibus illorum neceſſitatibus.

Item quod teneatur, & in caſu neceſſitatis recolligere pauperes infirmos advenas, dummodo ſint perſonæ bonæ vitæ, & egentes, & hoc per tres dies, & non ultra.

Item quod dicta ſocietas teneatur in die prædicto S. Joſephi diſtribuere pauperibus Terræ Montis bodii cuppas quatuor grani in tot pane.

Sodales nunc ad I. poſtulant reſpondendum eſſe de *infirmis* tantum, ex ipſa aperta mente teſtatoris, qui ſtatim poſt nominatos *egentes* addidit *quos infirmos teneatur alere*. Clarius patere idipſum tum ex quantitate *ſex* cubilium tantum, tum quia non admiſit *pauperes advenas* niſi *infirmos*.

De II. inquiunt, *infirmis* ſubminiſtranda eſſe alimenta, ac medelæ; de cæteris teſtatorem non intellexiſſe.

De III. teſtatorem voluiſſe unum cuſtodem; ideo de hominibus infirmis, non de mulieribus cogitaſſe.

De IV. dolent ſummopere præponendos hoſpitali presbyteros Oratorii. Aperte contrariam eſſe literam teſtamenti; apertiſſime literam tranſactionis *anni* 1681., cum primum pres-

presbyteri ex benignitate ſodalitii admiſſi ſunt. Odioſum hoc, ac ſumme injurioſum decretum extortum mala arte unius ex iis presbyteris, qui a munere *depoſitarii*, quod gerebat, rejiciendus antea fuit. Super hac quæſtione multi ſunt, multa dicunt, multa allegant, de multis queruntur.

Ad V. unicum ſemper hoſpitalis fuiſſe adminiſtrum; non immutandam hanc conſuetudinem *Piton. diſcept. eccleſ. 9. num. 33.* Duorum adminiſtrationem noxiam certe eſſe communi non adhuc diviſo patrimonio; ſimul oneroſam, ob duplex ſtipendium dandum.

Ad VI. Hoſpitale nulla Ordinarii auctoritate erectum. Epiſcopum, præter *viſitationem*, & *redditionem rationis* accipiendam, nihil præterea juris habere *Fagnan. in cap. de Xenod., Tondut. quæſt. benef. par. 2. cap. 1. §. 7. num. 1.*. Ita a centum ſupra annis ſervatum fuiſſe: hinc, ſi opus eſſet, etiam privilegium exemptionis præſumi *cap. cum de beneficio de præbendis in 6.*, *Rota coram Priolo deciſ. 318. num. 9.* Convenire ipſas ſynodales conſtitutiones, quæ de *officialibus eligendis* quolibet anno nihil dicunt, approbationem ſolummodo, ſi ultra annum exerceant, requirunt. De cautione autem danda decretum laudant.

Ad VII. aſſerunt inventarium ab ipſo Epiſcopo confectum eſſe in ſua viſitatione *anni 1761.*

Ad VIII. de qualitatibus recipiendorum ſodalium ſatis proviſum in ſynodo Epiſcopi Caſtelli *in cap. 9. §. De Societatibus laicorum*, & Epiſcopi Iſolani *in cap. 37. §. 3.*

Ad IX. conveniunt eſſe cogendas congregationes in loco a presbyteris deſignando.

Ad X. denique propugnant acriter non eſſe ſubminiſtrandas impenſas litis. Rejectam antea hanc petitionem ab Eminentiſſimo Pro-Auditore Sanctiſſimi. Contra jus eſſe; non enim hanc litem reſpicere utilitatem loci pii. Abſonum profecto, ut per diſpendia litium diſſipentur pecuniæ, quæ ſolum fovendis, ac nutriendis infirmis pauperibus deſtinatæ ſunt. Hoc nomen pauperum ad cauſam, veluti ad ſcenam, induci nunc, ut aliorum jura tractentur, ſive de juriſdictione Epiſcopi, ſive de commodo presbyterorum.

Contra autem pauperes, ad I. inquiunt certe claram eſſe literam teſtamenti, quæ reſpexit indiſcriminatim pauperes *Montis Bodii* etiam infirmos.

Ad II. ipſius teſtamenti eſſe clariſſimam legem; atque alimentorum nomine venire medelas, aliaque ad vitam neceſſaria *l. victus 43. de verbor. ſignificat.*. Reditus ſufficientes eſſe: patere id ex actis viſitationum; imo majores nunc, quam antea, quia presbyteri Oratorii eccleſiæ onera, quæ haud modica erant, implent.

Ad III. conſentaneum eſſe decretum honeſtati, atque etiam voluntati teſtatoris.

Ad IV.

Ad IV. prædicant utilitatem obventuram, ſi hoſpitali presbyteri Oratorii præponantur. Neceſſarium non eſſe, ut hoc probetur: præteriti temporis ſola experientia probari neceſſitatem.

Ad V. nempe de duobus, qui ſeparatim diverſa bona adminiſtrent; ad VI., nempe de iis approbandis, & quod caveant; ad VII., nempe de inventario conficiendo, aſſerunt decretorum juſtitiam, atque utilitatem eſſe reapſe apertiſſimam.

Ad VIII. de novis ſodalibus adſcribendis idem ajunt.

De IX. conveniunt partes.

Ad X. receptiſſimam eſſe regulam de ſubminiſtratione ſumptuum litis danda, ſi bonum jus cum paupertate concurrat *l. ſi inſtitutæ de inoffic. teſt.*, *Rota deciſ.617. num.18. par.4. tom.3.*, *& deciſ.398. per tot. par.13.*. De bono autem jure non ambigendum ex teſtamento, & ex tot neglectis decretis ſacrarum viſitationum. De paupertate rem claram eſſe: pauperes ipſos nunc clamitare, nunc exorare opem, nunc cauſam agere. Quantitatem vero præſtandam ajunt ſaltem ſcut. centum. Perſæpe *Rotam* etiam in longe majori ſumma, nempe in ſcut.300., ſubminiſtrationem decreviſſe, *deciſ.637. num.3. coram Molin.*, *& in Romana Fideicommiſſi ſuper alimentis*, *& ſumptuum litis 3. Martii 1728. §. Nihilominus coram Emo Creſcentio*.

Jus Epiſcoporum, & poteſtatem in ejuſmodi piis locis erigendis, conſtituendis, ordinandis ipſæ civiles leges agnoverunt: *ſive teſtator injunxerit pro tempore Epiſcopo curam agere, ut impleantur, quæ ipſe voluit, ſive hoc reticuerit. Si autem tranſierit prædictum tempus, ac neque eccleſia, neque hoſpitale ædificatum fuerit, neque hoſpitalis aliquis ſit, qui hoc ordinet: mox ipſos Deo amabiles Epiſcopos exigere ea, quæ pro eo ordinata ſunt, & in id convenienter quæſita, & facere ædificationes ſanctiſſimarum Eccleſiarum, & hoſpitalium, & gerontocomiorum, aut orphanotrophorum præparationem, aut procotrophiorum, aut noſocomiorum conſtructionem, aut captivorum redemptionem, aut aliam quamlibet actionem piam a teſtatore ordinatam: deſignare etiam, ſeu præfigere, qui hæc adminiſtrent xenodocos, vel orphanotrophos, vel brephotrophos, gerontocomos, vel ſimpliciter piarum actionum diœcetas, & curatores, non amplius valentibus poſt dicti temporis lapſum, & dictam indevotionem his, qui illa non fecerint immiſcere ſe prædictarum rerum adminiſtrationi, aut Deo amabiles Epiſcopos impedire ab illarum rerum adminiſtratione. l. Sancimus 44. cod. de Epiſc., & cleric.*

Cap.3. *de relig. domib.* hæc habet: *de Xenodochiis, & aliis ſimilibus locis per ſollicitudinem Epiſcoporum, in quorum diœceſi exiſtunt, ad eaſdem utilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinentur.*

Concilium Tridentinum dixit: *Epiſcopi tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati &c. omnium piarum diſpoſitionum tam in ultima voluntate, quam inter vivos ſint executores; habeant jus viſitandi hoſpitalia &c., ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalu-*

ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, ipſi ex officio juxta ſacrorum Canonum ſtatuta cognoſcant, & exequantur, non obſtantibus quacumque conſuetudine etiam immemorabili, privilegio, aut ſtatuto ſeſs. 22. cap. 8. de reform.

Ad cauſam, quod proxime accedit, videtur teſtatorem reſpexiſſe omnes pauperes, *etiam infirmos Montis Bodii;* advenas vero *infirmos* in ſolo caſu neceſſitatis.

De cautione danda, ponderandum num ſi adminiſtratores ab Epiſcopo approbandi ſint, neceſſaria ſit poſtmodum cautio: num inveniri poſſit, qui ſine ulla mercede adminiſtret, & caveat. Ad rem facit reſolutio *in Cæſenaten. 19. Januarii proximi elapſi ad dub. X.*

Advertendum ſodalitium mortis eſſe hæredem univerſalem *Angeli Sammarani*, ideoqne obnoxium ferendis oneribus teſtamenti; nec liquere quot ab initio repererit bona. Sciendum etiam eſt in eo oppido aliam domum hoſpitalis eſſe, quæ hoſpitium præbet advenis peregrinantibus.

Sodales certant, deeſſe in teſtamento illud adverbium *etiam*, ubi de infirmis agitur. Quod autem ſupra datur exemplum ex authentico integrum apud acta eſt.

EE. Patrum certo, ac prudenti judicio omnia relicta ſunt. Quæritur

I. *An pauperes tam infirmi, quam non infirmi terræ Montis Bodii ſint excipiendi in hoſpitali ibidem erecto ad formam teſtamenti quondam Angeli Sammarani, in caſu &c.*

II. *An eis ſint ſubminiſtranda alimenta, & reſpective medelæ, aliaque neceſſaria, in caſu &c.*

III. *An retinendæ ſint manſiones diſtinctæ, & ſeparatæ pro terrigenis exteris, & mulieribus una cum lectis, ſive cubilibus, in caſu &c.*

IV. *An PP. Oratorii S. Philippi Nerii degentes pro tempore in dicta Terra ſint præponendi dicto hoſpitali juxta decretum Rmi Epiſcopi in ſacra viſitatione interpoſitum, in caſu &c.*

V. *An bona hoſpitalis ſint adminiſtranda per ſeparatum miniſtrum ab aliis bonis confraternitatis, in caſu &c.*

VI. *An adminiſtratores prædicti ſint approbandi ab Ordinario, & cavere debeant de bene, & fideliter adminiſtrando, in caſu &c.*

VII. *An ſit conficiendum inventarium mobilium, aliarumque rerum ad hoſpitale ſpectan., in caſu &c.*

VIII. *An, & quomodo adſcribendi ſint novi ſodales in albo confraternitatis, in caſu &c.*

IX. *An, & ubi convocandæ ſint congregationes dictæ confraternitatis, in caſu &c.*

X. *An, & in qua ſumma ſint ſubminiſtrandæ expenſæ, & ſumptus litis, in caſu &c.*

Non propoſita, cum reliquis.

BO-

BONONIEN. *Ludovicus Ludoviſius* Cardinalis Archiepiſcopus Bononienſis *anno* 1629. legavit capitulo metropolitanæ *ſcut.* ſexmillia ad erigendas ſex capellanias, data lege capellanis quotidie celebrandi, & canendi in choro. Juvat verba exſcribere: *lego ſex millia ſcutorum Reverendo Capitulo metropolitanæ, quod obligo ad ea inveſtienda quamprimum, ut ſex capellaniæ inſtituantur, ipſiſque ſuæ dotes deputentur. Diſpono, ut hæ capellaniæ pro media parte vocis ſint de jurepatronatus meæ familiæ, pro alia media parte ſint de jurepatronatus prædicti Capituli, hæ autem nonniſi illis conferantur, qui exacto in metropolitana famulatu ſe ſe remuneratione reddiderint dignos: hi vero capellani teneantur quotidie celebrare, & canere in choro.* *Seſs. 24. cap. 15. de Reform.*

Anno 1635. ex tenui quantitate redituum, quæ ex fructibus bonorum cum pecunia legata acquirendorum obventura erat, vigore Brevis ſan. mem. Urbani VIII. *diei* 28. *Julii* 1634., conſentiente, & inſtante ipſo capitulo a *Hieronymo Columna* Cardinali Archiepiſcopo onera capellanis imminuta ſunt, ut quindecim nempe tantummodo ſacra celebrarentur quolibet menſe per unumquemque, relicta tantum ſexaginta quinque dierum vacatione a choro quolibet anno. Non abs re erit leges capellanis tunc datas habere ante oculos. IV. *Dovranno preſtare i cappellani il conſenſo loro per oſſervare le infraſcritte condizioni, che ſono ſtate fatte a poſta per regola di dette cappellanie, cioè &c.*

VI. *Gli primi tre cappellani diranno meſſa ogni giorno del primo meſe a quell'ora, che ſaranno avvertiti dal Rev. Tabulario, da che ſaranno in poſſeſſo delle loro cappellanie: il ſecondo meſe diranno ogni giorno gli altri tre applicando tutti il ſacrificio al fondatore.*

VII. *Saranno in obbligo d'intervenire al coro tutto l'anno ogni giorno, ed ivi cantare al lettorile, dire l'antifone, ſalmeggiare, e fare quanto occorrerà, eccetto però, che ſeſſanta cinque giorni ogni anno, che di vacanza ſi potranno pigliare, ſe tanti vi ſaranno giorni in un'anno, ne' quali l'offizio non ſia di rito doppio, o ſemidoppio, o che non ſia giorno di digiuno di precetto, o che occorreſſe funzione alcuna publica, o proceſſione, o altra tale agenda, poiche in talì giorni non potranno mai pigliarſi la vacanza.*

VIII. *Per ogni giorno, che interverranno al coro, avranno, così comportando ora le rendite di dette cappellanie, ſette bolognini il giorno, cioè all'ore piccole, che ſono prima, terza, ſeſta, e nona, e compieta quattro quatrini per ciaſcuna; alle maggiori, cioè meſſa, e veſpero ſette quatrini per ciaſcuna, a matutino otto.*

Dichiarandoſi il Capitolo, che quanto più frutto renderanno le dette cappellanie, tanto più grande ſi farà la diſtribuzione, come per lo contrario, diventando minore il frutto, ſi reſtringeranno dette diſtribuzioni.

Anno 1728. Cardinalis Archiepiſcopus *Jacobus Boncompagnus*,

guus , ob neceſſitatem prædiorum , ex facultate Sacræ Congregationis ſacra celebranda ad centum octoginta quotannis per quinquennium reduxit , aucta eleemoſyna manuali ad obul. 12. pro quolibet ſacro : *firma manente obligatione eorundem capellanorum quotidie choro inſerviendi &c.* , *& celebratis quolibet anno miſſis num.* 180. *ad rationem eleemoſynæ manualis obul. nempt* 12. *pro quolibet, donec, & quouſque duraverit neceſſitas fabricæ &c. Reliquarum vero miſſarum celebrationem ſuſpenſam reddimus ex cauſa præmiſſa per quinquennium proximum , quo termino pendente fieri mandamus cum ipſis reditibus dictam neceſſariam reparationem &c. , ita tamen ut de cætero , ſi quando augeantur reditus , augeatur etiam proportionabiliter numerus ipſe miſſarum &c.*

Hæc certe omnia non inutiliter præmittenda erant. Nunc capellani conqueſti dies ſuæ vacationis valde imminutos ob novos feſtos dies Sanctorum cum ritu *duplici* , ac *ſemiduplici*, ſupplicarunt, ut diſtributiones, quæ in *ſeptem obulis* ſunt pro quolibet , ad *decem obulos* augeantur , & quidem ob auctos propria induſtria , & labore reditus bonorum .

Inquiunt prope quotidianam eſſe ſuam in choro præſentiam , congruam ideo mercedem requirere *cap. de cætero de cleric. non reſid.* . Maxime ſi advertatur , quod cum omnem vitam eccleſiæ operam dent , tamen miſerrimam vitam agunt . Non eſſe *alligandum os bovi trituranti* : augmento mercedis ſuæ locum eſſe : apertiſſimam de hoc juris ſanctionem , ac receptam juriſtarum ſententiam .

Multo magis, quod habetur nunc præcipuum augmentum fructuum capellaniarum ſua induſtria , ac labore partum . Defeciſſe enim impenſam pro *æconomo* , pro *ratiocinatore* , & pro *villico* .

Neque obeſſe conditionem adjectam anno 1728. : *ita tamen, ut de cætero ſi quando augeantur reditus , augeatur etiam proportionabiliter numerus ipſe miſſarum* .

Advertunt etenim eam fortaſſe locum habere poſſe , quoties augmentum veniret ex ipſa natura bonorum , non autem dum venit , quia ipſi capellani , ſine ullo ſtipendio munia , quæ ab aliis gerenda eſſent , pro capellaniarum bonis agunt .

Præſertim ſi inſpiciatur , quod *anno 1635.* clariſſime dictum fuit : *che quanto frutto renderanno le dette capellanie , tanto più grande ſi farà la diſtribuzione* .

Præterea teſtatorem ipſum reſpexiſſe potius ſervitium chori , quam miſſarum celebrationem . Servitium chori jam fere quotidianum eſſe . Etiam conceſſo hoc additamento , ſupereſſe pecuniam , quæ ad ſacra celebranda inſerviat. Ad hæc , accedere expreſſum utriuſque patroni conſenſum ; aſſentiri Eminentiſſimum Archiepiſcopum . Cætera ex ſcriptis habentur . Videnda integra Eminentiſſimi Archiepiſcopi *relatio* eſt .

Non

Non adeo forſitan certum videri poſſet, teſtatorem reſpexiſſe potius ſervitium chori, quam celebrationem miſſarum. Litera dicit: *hi vero capellani teneantur quotidie celebrare, & canere in choro*. De capellanis tantum eligendis reſpexit *eos, qui exacto in Metropolitana famulatu ſe ſe remuneratione reddiderint dignos*.

Rurſus *anno* 1635. Urbanus VIII. ex ſola ratione tenuitatis redituum, indulſit, ut quotidianæ *miſſæ* ad quindecim quolibet menſe *reducerentur*. Sacra Congregatio antea onus tantum pſallendi in choro *rednci* poſſe exiſtimaverat, ut patet ex ipſa litera Brevis: *ex annuis reditibus prædictorum ſex millium ſcut., ut ſupra inveſtiendorum, non ultra quadraginta ſcuta monetæ pro quolibet capellano haberi poſſint, illaque deductis decimarum, triremium, ſeminarii, & aliis oneribus pro illorum manutentione, & onerum hujuſmodi ſupportatione nullatenus ſufficiant, & licet non ita pridem Congregatio dilectorum filiorum noſtrorum S.R.E. decretorum Concilii Tridentini Interpretum ad ſupplicationem tam Capituli, & Canonicorum dictæ eccleſiæ, quam dicti Nicolai Principis prædicti Ludovici Cardinalis fratris germani, & hæredis univerſalis onus tantum pſallendi in choro arbitrio tuo reduci poſſe conceſſit, nihilominus ob tenuitatem reditus hujuſmodi ad aliquam præmiſſorum exequutionem deventum non fuerit. Proindeque dictus Nicolaus Princeps ejuſdem Ludovici Cardinalis voluntatem circa præmiſſa quamprimum, ſi non in totum, ſaltem in aliqua parte poſſibili ſuum effectum ſortiri deſiderans cum prædictis Capitulo, & Canonicis convenerit, quod onus miſſæ quotidianæ per quemlibet ex dictis, ſeu capellanis celebrandæ ad miſſas quindecim quolibet menſe per quemlibet ex eiſdem capellanis celebran. reduceretur. Onus vero ſerviendi in choro arbitrio tuo remitteretur, qui juxta redituum quantitatem, & onerum qualitatem proportionabiliter ſtatueres*.

Capellani nunc habent pro eleemoſyna quindecim ſacrorum quolibet menſe annua *ſcuta* 21. 60., ac pro diſtributionibus in obul. ſeptem quolibet die *ſc.* 25. 20., quæ conflant *ſcuta* 46. 80.. Si concedatur augmentum habebunt *ſc.* 57. 60.. Videtur teſtatorem, qui ſolum *ſcut.* mille pro unaquaque capellania reliquit, voluiſſe quotidianum ſacrum cum multo minori reditu.

Nec leviſſimæ eſſet dubitationis, an auctis reditibus, ex quibus prima onera impleri nunc poſſent, intercidiſſe jam dicenda eſſet prima conceſſio, ceſſante cauſa, ex ipſa concedentis Pontificis voluntate. Sed hæc ad præſentem cauſæ inſpectionem fortaſſe non ſunt.

Ad cauſam certe pertinet advertere, quod teſtator capellanis reliquit reditus omnes, ut injuncta omnia onera implerent, non autem capitulo, cui ſolum jus tres ex iis nominandi reliquit. Non apparet autem in facto, an omnes legati reditus capellani habeant. Dubitatur

An ſit locus augmento diſtributionis, in caſu &c.

Sess. 7. cap. 7. de Reform.

SALUTIARUM IRREGULARITATIS. Sacerdos *Bernardus Marini* ex oppido *Dragonerii* diœcesis *Salutiensis* curati vices gerebat in *Villanovetta*, qui locus subest *Abbati SS. Victoris, & Constantiæ*. Anno 1762. dum forte erat in ecclesia *Dragonerii* mulierem extraneam occupantem suæ familiæ scamnum deturbavit, dejecitque. Regressus *Villamnovettam* monitus est a curia *Salutiarum*, ut ad Episcopalem audientiam accederet. Paruit, sed quia coram Episcopo introduci non potuit, sine venia, & re prorsus infecta rediit.

Denuo judicialiter monitus est, ut infra triduum sub pœna suspensionis *ipso facto* judicio se sisteret. Non obtemperavit. Quamobrem ea curia *die* 20. *Junii*, in comminatam pœnam incidisse declaravit, publicis ad januam etiam ecclesiæ *Villænovettæ* affixis edictis. Curia tunc Abbatiæ suæ jura lædi credidit; ideo apposita edicta *Salutiensia*, uti irrita abrogavit. Veteres hinc inter utramque curiam de jurisdictione, atque exemptione controversiæ ab stirpe ultima pullularunt.

Curia Episcopi novas tunc contra *Marinum* excitavit querelas, quia nempe ante ætatem legitimam, novem mensium minorem, dolo, ac fraude, cum falso testimonio ætatis, sacrum presbyteratus ordinem suscepisset.

Verum enim vero inter has perturbationes, tenebrasque, non multo post lux aliqua tranquillitatis affulsit. Permissu Abbatialis *Marinus* curiam adiit Episcopi, cujus imperio obsequens, peregit omnia, quæ jussus est: ab ordinum exercitio abstinuit; ac *dispensationem* ab irregularitate, curia ipsa monente, petiit.

De ejus precibus inter libellos oblatis actum fuit in Sac. Congregatione *die* 18. *Februarii* elapsi anni 1764. Sed, ut persæpe accidit, ad diuturnæ emendationis experimentum habendum, rejectæ sunt. Ipsum adiit SANCTISSIMUM, qui mandavit decretum Sac. Congregationis servari. Hinc alio se vertit: disputat nunc se irregularitatem non contraxisse. De hoc agitur.

Duo inquit esse dubitationis capita; quod non paruerit mandato Episcopi Salutiensis; quod dolo fecerit, ut ante ætatem promoveretur. De I., certat habuisse legitimam causam non parendi: se gerere munus vicarii curati in loco *Villænovettæ*, qui certè ad Abbatiam *SS. Victoris*, *& Constantiæ* pertinet. Antiquam esse controversiam de exemptione, sive subjectione loci inter Abbatem, & Episcopum, numquam judicio Sedis Apostolicæ finitam. Ad se non pertinuisse de ea judicium ferre. Paruisse tunc imperio curiæ Abbatialis, cui suberat, ne accederet. Vidisse per Vicarium Abbatialem superiori jussu rescissa, abrogata, refixa edicta. Justam propterea causam habuisse, ut bona fide non obtemperaret Episcopo. Defeciisse spretum, ac contemptum; ac proin-

proinde in nullam pœnam incidiſſe, ex notiſſimo jure canonum.

Etenim ſequitur, aut Abbatiam eſſe vere exemptam, & tunc literas Epiſcopales non fuiſſe attendendas, *l. extra territorium ff. de juriſdict. l. 3. de off. præſid. cap. novit de judic.*, & *cap. ultim. de conſtit. in 6.*, *Scacc. de jud. lib. 1. cap. 40. num. 6.*: aut ſaltem pendente ſuper exemptione controverſia, ſe, quod debuerat facere, feciſſe. Bono animo, & ſine fraude egiſſe omnia. Se jura Abbatiæ attentare interim non debuiſſe. Nullum propterea delictum admiſiſſe: *cap. ſacro 48. de ſent. excom.*, *Suarez de cenſ. diſput. 5. ſeſs. 4. n. 5.*, *Fagnan. in cap. licet de for. compet.*. Præſertim, quia dum per veniam ſui Abbatis potuit, paruit illico; curiam Epiſcopi adivit; præceptis ejus obſequutus eſt; ab ipſo Epiſcopo commendationem, ut *diſpenſaretur*, impetravit.

De alio criminis capite, nempe ob acceptum presbyteratum ante legitimam ætatem, ac ſuſcepti ordinis munia exercita: pugnat ſe nihil delicti habere; nihil dolo factum, qui neceſſarius alioqui eſſet, tum ex juris communis cenſura, de qua *Bonacin. in ſuſp. partic. diſtinct. 3. quæſt. 1. punct. 1. num. 1.*, *Lezar. in ſumm. quæſt. Regul. cap. 14. num. 2.*, *Rot. dec. 481. num. 5. part. 2. recent.*: tum ex conſtitutione Pii II. incipien. *cum ex ſacrorum anni 1461.*

Ad hæc, probari ſe errore deceptum ex ipſis literis teſtimonii ſuæ ætatis nullo patenti vitio laborantibus, non cancellatis, non abolitis, datis *anno 1755.* tempore non ſuſpecto, dum ad minores ordines promovendus erat.

Neque objici poſſe, quod ipſemet antea ab Epiſcopo veniam petierit pro impetranda *diſpenſatione* ætatis. Dubitaſſe tunc de ſua ætate: poſtmodum literas teſtimonii inſpexiſſe; hinc veniſſe juſtam credulitatem, ſe nulla *diſpenſatione* indigere. Hæc omnia ſuo jurejurando nunc comprobare. Suæ fidei in hujuſmodi rebus ſtandum eſſe. Videri omnia bona fide acta, ex hoc ipſo, quod Epiſcopus, qui hunc defectum ætatis ſciverat, ſine diſpenſatione poſtmodum ordinem contulit.

De eo vero, quod reſpicit exercitium ordinis, contendit, ſe ſuſcepti intempeſtive ordinis notitiam habuiſſe dum in legitima ætate erat; ideoque quemadmodum in pœnam non inciderat ante, ideo nec ab exercitio prohibitum poſtea ex communi omnium ſententia. Cætera ex ſcriptis habentur.

De I. irregularitatis capite conſiderandum, an legitime impeditus fuerit ex controverſia juriſdictionis, quæ adhuc pendet; vel ſaltem, omni caſu, vulgaris opinio illum excuſaverit. Videndum quid dixerint canoniſtæ in *cap. ſacro 48. de ſentent. excommunicat.*

De II. pœna promoti ante legitimam ætatem jure veteri erat ſuſpenſio, ſed non ipſo facto *cap. vel non eſt compos de tempor.*

por. ordinat., *Navar. conſil.* 23. *num.* 5. *de tempor. ordinat.*; *Barboſ. de offic.*, & *poteſt. Epiſc. allegat.* 19. *num.* 10. . Pius autem II. in *conſtitut. ex ſacrorum* 9. ſtatuit, *quod omnes*, & *ſinguli*, *qui abſque diſpenſatione canonica*, *aut legitima licentia*, *ſive extra tempora a jure ſtatuta*, *ſive ante legitimam ætatem*, *vel abſque dimiſſoriis literis &c.*, *ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoveri*, *a ſacrorum ordinum executione ipſo jure ſuſpenſi ſint*, & *ſi hujuſmodi ſuſpenſione durante*, *in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint*, *eo ipſo irregularitatem incurrant*.

Haud dubium tamen videtur eſſe, requiri ſaltem ad pœnam, ut quis dolo, ac ſcienter fecerit, non ignoranter, vel juſta ductus credulitate, *Henriquez in ſumma lib.* 13, *cap.* 38. §. *primo in fin.*, *Diana part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 32. plene *Barboſ. de off.* & *poteſt. Epiſc. alleg.* 16. *num.* 17., & *Rot. recent. part.* 2. *dec.* 200. *num.* 2.

Quæſtio itaque ad factum refertur. Ponderandum hic quid jure de *Marini* ſcientia, vel ignorantia præſumi debeat: quid faciat, quod ipſe *Marinus* antea de hoc dubitaverit. Num ſaltem culpæ expers non ſit, quia diligentius de hac re debuiſſet inquirere. Num, & quanti ſit æſtimanda ejus jurata de ſua bona fide aſſeveratio.

De exercitio autem ordinis, licet dubitatum aliquando fuerit, an qui bona fide ordines ſuſceperit, etſi ad legitimam ætatem adhuc non pervenerit, exercere tamen poſſit; in eam tamen ſententiam venerunt permulti, poſſe dum in legitima ætate eſt, Vidend. *Barboſ. de off.* & *poteſt. Epiſc. allegat.* 16. *num.* 23.

Sacra Congregatio, etſi diſputaretur, *an conſtaret de irregularitate*, reſcripſit ſæpe pro *diſpenſatione ad cautelam*. Videndæ reſolutiones in *Aſſiſien.* 9. *Februarii* 1697. *lib.* 41. *decret. pagin.* 61., *in Albinganen.* 23. *Martii* 1697. *lib.* 47. *decret. pag.* 112., *in Roſſanen. irregularitatis* 20. *Martii* 1734., *in Imolen. irregularitatis* 11. *Decemb.* 1756., & *in Nullius Montis Caſini* 12. *Decembris* 1761. Decidendum proponitur

An conſtet de irregularitate, *in caſu &c.*

Seſs. 22. *cap.* 1 *decret. de obſerv.* & *evit. in celebr. Miſſar.*

COLONIEN. Die 2. Junii proxime elapſi anni 1764. propoſita hæc cauſa eſt inter Comitem *Carolum de Neſſelrodt*, & ſodalitium *Sanctiſſimi Sacramenti ad Olivas Coloniæ*. Diſputabantur *dubia*

I. *An ſervanda ſit tranſlatio facta ab Adolpho de Neſſelrodt in Ebereſcoven*, & *Anna Catharina de Sboeteren conjugibus de anno* 1613. *in caſu*, & quatenus negative

II. *An ſit conſulendum SANCTISSIMO pro approbatione tranſlationis factæ a comite Carolo de Neſſelrodt de anno* 1759. *in caſu*, & quatenus negative

III. *An*,

III. *An, & quomodo ſint applicandi floreni* 2000. *annui, in caſu &c.*

Non eadem omnium ſententia de omnibus fuit; ſed vicit, quæ favebat *Carolo*. Reſcriptum eſt

Ad I. *Negative, & amplius.*

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. *Proviſum in antecedenti.*

Videndum eſt *folium diei* 14. *Aprilis* ejus anni: facti autem ſpecies, & controverſiarum capita late habentur in *folio diei* 14. *antecedentis Januarii.*

Sodalitium denuo ſua jura experitur ſuper II., & III. ut a *deciſis* recedatur.

Inquit Adolphum *de Neſſelrodt*, & *Annam Catharinam Shoeteren*, qui pium opus inſtituerunt, cultum illum Sanctiſſimi Sacramenti certis iis diebus, certoque modo perpetuum exoptaſſe; perpetuitatem ejus clariſſime demandaſſe; ideoque nullo jure a ſucceſſore in præſens mutari poſſe *cap. illud in fin. de jurepatr.*, *Rot. cor. Seraph. dec.* 774. *num.* 1., *& cor. Molin. dec.* 775. *num.* 2.

Perperam vero hanc facultatem ſumi *ab illa ulteriori diſpoſitione*, quam conjuges de *Neſſelrodt* ſibi, & hæredibus familiæ reſervarunt. *Ulteriorem* hanc *diſpoſitionem* intelligendam eſſe de *adjunctis* operi, ſive de *accidentibus*, quæ ſubjectum non *corrumpunt*; non vero de libera facultate immutandi, & variandi opus idem, cujus perennitas optata enixe, ac præſcripta erat: eam intelligentiam ſolummodo eſſe conſentaneam menti, & literæ fundationis: hanc unice admittendam, ne alioquin ſubita contradictio, & correctio turpiter admittatur *Rota coram Coccin. deciſ.* 2338. *num.* 4., *& in Gerunden. Prioratus* 15. *Junii* 1699. *§. Minuſque coram dell'Olmo.*

Adjicit clarum eſſe, quod hanc variandi facultatem reſervarunt conjuges ſibi, ac poſteris, ſi primum opus ex expreſſis cauſis impleri nequiret amplius, vel ſaltem omnino negligeretur. Patere hoc ex ipſa litera. Neceſſarium proinde non eſſe, ut extendatur ad alios caſus, de quibus verba non ſunt, ad evertendum nempe quidquid eſſe perpetuum decreverant. *Rot. dec.* 160. *num.* 5. *cor. Peutinger.*, *& cor. Lancet. deciſ.* 685. *num.* 8.

Inferunt propterea, non eſſe conſulendum SANCTISSIMO pro approbatione translationis factæ a *Carolo*, quæ legitima non eſt, & quæ nullam canonicam cauſam præſefert. Pium opus laudabiliter inſtitutum, ſumma pietate, ac cultu ad hæc uſque tempora retineri. Nihil cauſæ eſſe, cur hæc variatio permittatur,

Maxime ſi introſpiciatur, non ex pietatis inſtinctu aliquo hæc fieri a *Carolo*, ſed æmulatione, & odio litium, quas ipſe, majoreſque ſummæ, ac perpetuæ difficultatis debitores ab ſodalitio paſſi ſunt.

Ex

Ex parte Comitis de *Neſſelrodt* adhuc nihil datum eſt. Cæterum pleniſſima habentur utriuſque partis præterita ſcripta, quæ faciunt, ut nihil ultra exſpectandum fortaſſe eſſet.

Perpendendum an vere Comes de *Neſſelrodt* ſuo jure habeat hanc pro libitu variandi facultatem. Si eam reapſe non habeat, videndum quid proponat, ut a Sede Apoſtolica approbationem translationis obtineat, quæ hoc caſu commutatio eſſet voluntatis, ſine neceſſaria cauſa utique non concedenda.

De facultate autem, videndum quid ſecum ferant verba primæ donationis factæ *anno* 1622. Juvat certe ea habere hic omnia oculis ſubjecta fidelibus: *Nos ab aliquo jam tempore &c. hebdomadatim diebus Jovis, & tertia Dominica cujuſque menſis, nec non feſto Corporis Chriſti, & Dominica proxime ſequenti in civitate Colonien., & eccleſia Patrum Franciſcanorum de obſervantia ad Olivas dicta, ad uſum Fraternitatis miſſæ Venerabilis Sacramenti ibidem novem muſicos noſtris ſumptibus ſalariari, & ſuſtentari fecimus, & demum modo reſoluti ſumus ejuſmodi Deo gratum opus in poſterum in perpetuum ſubſequenti modo continuare. Hinc &c. in eum finem ſemel pro ſemper* 2000. *floren. aureorum ſortis capitalis ex noſtris univerſis bonis, & poſſeſſionibus* [*donec hujuſmodi ſummam pecuniæ in, vel extra civitatem Colonien. ad annuum cenſum ſuper certa, & ſecura hypotheca elocaverimus*] *deputavimus, & reſpective obligavimus, prout ex vigore præſentium deputamus, & obligamus, itaut conſuetum intereſſe, & penſio* 100. *floren. aureor. e dicta ſumma capitali proveniens annue magiſtris dictæ Fraternitatis pro tempore exiſtentibus recipiatur, indeque Organiſtæ, ſeu Magiſtro Capellæ, & octo aliis bene peritis muſicis debita ſingulis diebus Jovis ſacrum tantummodo Venerabilis Sacramenti, reliquis vero ſupra mentionatis diebus non ſolum ſacrum, ſed etiam veſperas cum completorio muſice cantando decenter peragunt, & ſi quis dictorum muſicorum quocumque tempore abſens, ſeu officio minus decenter functus fuerit, tunc qualibet vice is pro defectus exigentia in ſua quota mulctabitur, aut totaliter privabitur, aliuſque in ejus locum ſubordinabitur, dicta mulcta in alios pios uſus converſa, caſu quo vero (quod Deus Omnipotens avertere dignetur) dicta Fraternitas, ejus perſonæ, ac devotio, eorumqae diligens frequentatio eccleſiæ deficeret, aut non augeretur, ac alias interiret, ſeu etiamſi idoneorum muſicorum copia haberi non poſſet, diſponimus, & hiſce ordinamus, ut una medietas dictarum penſionum perſonis egentibus, & domeſticis pauperibus applicentur, & pro alia medietate perpetuum ſacrum hebdomadatim feria ſecunda in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis, feria quarta pro defunctis, & Sabbato de Beatæ Mariæ Virginis per devotum, & pium ſacerdotem in finem pro noſtris, & hæredum noſtrorum defunctorum animabus devote orari, celebrari, & pie peragi debeat; & hujus noſtræ fundationis inſpectio, nominatio, & præſentatio, nec non aſſumptio, & de-*

& depoſitio perſonarum, ac alias ulterior diſpoſitio [ita tamen ut ſubſtantia 2000. floren. aureor. in perpetuum irrevocabiliter ad pios ſpirituales uſus deſtinata permaneat] nobis, naſtris liberis, legitimiſque hæredibus, ac poſſeſſoribus noſtræ reſpective ſtemmaticæ domus Ehresboven [ſiquidem in vera orthodoxa unice ſalvificante Romana Apoſtolica Catholica religione perſeveraverint] ſemper libera, & reſervata manebit. Quod ſi vero ſucceſſores noſtri, uti præfertur, præter ſpem a dicta Romana religione declinarent, & deficerent, hoc caſu harum ſerie ordinamus, ut hujuſmodi inſpectio, & diſpoſitio, quam nobis modo reſervamus ad Archiepiſcopalem Officialem Colonien. pro tempore exiſtentem, & Paſtorem parochiali eccleſiæ Sanctæ Columbæ in Urbe Colonien. pure, & ſimpliciter ſit, & maneat devoluta.

Maximum diſputationis momentum eſt, num ea verba *ulterior diſpoſitio* liberam quandocunque variandi facultatem pro libitu ſucceſſoribus dent, ſive ad caſum, quo primum opus impleri nequeat, coerceantur.

Certe fundatores ipſi, qui optimi interpretes ſuæ mentis erant, hac facultate uſi ſunt *anno 1633.*. Sed advertendum cauſam dixiſſe expreſſam, quia opus vel non implebatur omnino, vel ſaltem ſumma negligentia pertractabatur; neque de ſua facultate certos fuiſſe, ideoque Sedis Apoſtolicæ quæſiviſſe approbationem, ut rata eſſet: *Nos quidem eramas indubitatæ iſtius ſpei, ac confidentiæ, præſcriptæ noſtræ fundationis punctualiter ſatisfaciendum fore, & eſſe, quia vero conditionatæ huic noſtræ intentioni è diametro contraire a longo tempore huc uſque advertere, experiri, & noſtris oculis videre debuimus, quod adhuc in vita, & præſentia noſtra non ſolum prætenſa muſica, verum etiam conventa, & ſpecificata ſacrificia notabiliter negligantur, unde merito nobis timendum poſt obitum noſtrum majores negligentias, & contraventiones noſtri intenti, indeque gravia litigia apud nos, noſtros hæredes, & ſucceſſores oritura, & ſic noſtra benememorata in prædictis literis expreſſe contenta reſervatione utendi ſufficientes &c. cauſæ nobis datæ ſint; ideo de ſufficienti theoligorum, & jureperitorum conſilio &c. neceſſarium eſſe duximus, hujuſmodi non acceptatam multis non adimpletam, & contraventam donationem revocare, & transferre, prout animo bene deliberato vigore præſentium &c. eam revocamus, & transferimus expreſſa ibidem inſerta reſervatione hiſce ſcienter utentes, & ut illud, quod ad honorem Dei, & pios uſus deputavimus, ita etiam in piis operibus quantum ad ſubſtantiam bis mille florenorum aureorum attinet applicatum permaneat.*

Advertendum itidem in facto, quod ea variatio ideo fortaſſe effectum non habuit, quia ſodalitium primum opus diligentius implendum curavit. Ideo quieviſſe conjuges de *Neſſelrodt*. Ideo forſitan paſſos eſſe, ut prima donatio, poſt ſuam variationem biennio ante factam, ab ipſo ſodalitio ſe ipſis viventibus *anno 1635.* confirmaretur.

Non modica animadverſione erit quoque fortaſſe dignum, quod in prima donatione *anni 1622.* facultatem variandi quam ſibi, & familiæ reſervarunt conjuges, eandem ipſam, ſi familiæ ſucceſſores a Romana Religione déficerent *ad Archiepiſcopalem Officialem Coloni u. pro tempore exiſtentem, & paſtorem parochialis eccleſiæ Sanctæ Columbæ in Urbe Colonien. pure, & ſimpliciter devolutam* voluerunt.

Conſiderandum propterea eſſet, an veri aliquam ſimilitudinem habeat, quod hanc perpetuam mutabilitatem, & inconſtantiam ad incerta, & ignota opera, ſine ulla cauſa, & pro cujuſque arbitrio, & libitu, etiam extraneorum, qui quotidie diverſimode cogitare, ac diverſi in munere eſſe poſſent, permiſerint, iidem ipſi, qui durationem prioris præſcripti cultus erga Sanctiſſimum Sacramentum, quem excitaverant antea diligentiſſime, in futurum eſſe perpetuum tantopere exoptaverunt.

Non abs re fuit, ut hæc in conſpectu haberentur ad dilucidandam primo ipſo obtutu, quantum fieri poſſet, controverſiam, quæ ambigua eſt certe, & quam variantes hinc inde ſententiæ exceperunt. EE. Patrum doctrina circumſpiciet omnia, ut reſponſum dent ſuper II. *dubio*, & III., quod conſequitur

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſuper II. & III. dub. in caſu &c.

Seſs. 25. cap. 6. de Reform.

VICEN. Parochus de *Mura*, oppidi *Vicenſis* diœceſis, *Michael Vicens* tertiam hæreditatis partem ſuis pauperibus legavit, quæ certo modo, ac certa quantitate, tribus ex iis diſtribueretur, donec pecunia ex bonis cogenda extaret. Multo fortaſſe major, quam teſtator exiſtimaverat pecunia eſt. Executores teſtamentarii petierunt, ut ex ea fundus conſtitueretur, ejuſque reditus, detracta quotannis ſumma tribus pauperibus largienda, pro conſtituendo beneficio eccleſiaſtico inſervirent. Propoſita cauſa *die 28. Januarii præteriti anni 1764.* ſuper dubio an eſſet *conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis, in caſu &c.* placuit de depoſito pecuniæ apud ædem ſacram interim facto, & de acquirendo fundo; ſed pecuniam omnem, ejuſque venturos reditus pauperum eſſe exiſtimatum, reſponſumque ideo eſt: *negative, & eſſe erogandos reditus favore pauperum, & ad hunc effectum ſcribatur Epiſcopo juxta inſtructionem.* Videndum eſt *folium diei præcedentis 14. Januarii.*

Scriptum eſt Epiſcopo, ut diſtincte referret de vero reditu, qui eſſe poſſet; de ſtatu parochiæ de *Mura*, ejuſque pauperum; ac ut de modo, inter pauperes tantum, diſtribuendi ſenſum ſui animi aperiret.

Paruit Epiſcopus: de reditu dixit, *quod quantitas ex bonis venditis, nummiſque ex auctis tertiæ partis ſæpedictæ univerſalis hæredita-*

ditatis (detracta quidem ducrum ſcutorum , & quadraginta obulorum Romanæ monetæ ſumma , hac pro vice , ſeu anno tres inter pauperiores diſtribuenda) aſcendet in dote , ſeu capitale ad 1300. plus minuſque ſcutorum dictæ monetæ ſummam , quæ pro nunc in archivio tuto , & ſecuro recondita ſunt , & occaſione, ſeu opportunitate oblata debita forma inveſtientur ; proindeque annuus reditus triginta novem ſcutorum ejuſdem monetæ ad quantitatem aſcendet .

De pauperibus vero affirmat , quod *pauperum dicti Oppidi numerus parvus non eſt , qui petere eleemoſynam neceſſario compulſi ſunt* . Sed de ſua ſententia , ſervata tantum teſtatoris voluntate circa quantitatem eleemoſynæ , omnia ad ſuum ſeminarium trahit . Locum conſtituendum cenſet pro alumno illius oppidi , qui ſi non extet , inopi ſeminario partem abundantis pecuniæ dandam cenſet , partem pauperibus oppidanis . Videnda ejus *relatio* eſt , quæ fortaſſe hic nimis inutiliter exſcriberetur .

Redit itaque cauſa . Executores teſtamentarii ſententiam Epiſcopi laudant , atque , ut ea retineatur , poſtulant . Ajunt nihil derogari de teſtatoris voluntate , qui tres tantum pauperes quoquo anno reſpexit : integrum id relinqui . Quod abundat præter teſtatoris mentem , & providentiam eſſe . Hanc iccirco voluntatis commutationem veram non eſſe ; dignam vero eſſe Summo Pontifice providentiam , ut quæ deſunt ſcriptis , ſuppleat .

Nihil deinde , ajunt , accomodatius , nihil opportunius inveniri poſſe . Cauſam ſtudiorum inter pietatis opera præcipuam , ac potiorem cenſendam *Gratian. diſcept.62. num.3.* , *Card. de Luca de Leg. diſc.36. num.6. & 7.* , *Rota in Recent. deciſ.488. num.10. par.19. tom.2.* Proſpici hinc , & quidem melius , pauperibus loci . Augeri Patriæ commodum , decuſque ex juvene ad bonas artes recte inſtituto , ac futuro aliquando , & populo , & eccleſiæ utili . Ea plane eſſe boni publici , quæ privatis commodis anteferenda .

Quod autem fortaſſe aliquo tempore unquam ex loco deſit, qui inſtituatur , credibile non eſſe . Illum tamen caſum Epiſcopum prævidiſſe ; ut nempe ex parte redituum egenti ſeminario conſulatur , ex alia parte pauperibus aliis præter tres illos , quibus unice teſtator cenſuit providendum . Epiſcopi conſilium, in ejuſmodi rebus maximi ſemper æſtimatum eſſe ponderis *can. nobiliſſimus diſt.97.* , *Rota coram Falconer. deciſ.13. num.15. de Benefic.*

Parochus *Vicens* non aliquas certas familias , neque aliquot certos homines , ſed pauperes omnes ſuæ parochiæ reſpexit . Multos noverat eſſe . Omnibus , quo tunc modo ſe poſſe credidit, conſultum voluit . Ut diuturnior providentia eſſet , ex omnibus pauperiores eligi juſſit . Tribus tantum ex iis dandam eleemoſynam conſtituit , & ad vitandam inter eos invidiam , ſortito , ut nempe alii ex ſolo

arbitrio ſortis excluderentur. Caritate omnes certe complexus eſt, non vero omnibus providere ſe poſſe ex bonis, quæ relinquebat, exiſtimavit.

Notandum eſt, quod quatuordecim *real. Barchinon.* conflant *obul. octoginta mon. Rom.*, ut ex teſtimonio nuperrimo negociatorum, quod *Secretarius* exquirendum mandavit. Cuilibet ex tribus pauperibus nunc datur quantitas *obul.* 160. Hinc, ſi aliud non placeat, videndum an augeri eleemoſyna debeat; vel augeri quoquo anno numerus pauperum, quorum vigintiquatuor, anno quolibet eadem eleemoſyna donari poſſent, ſi ſpectetur quantitas *ſcut.* 39., quæ ex acquiſitione bonorum veniet. Petitur

An, & in quos uſus ſint erogandi ſuperextantes reditus pii relicti, in caſu &c.

Die Sabbati 13. *Julii* 1765. *in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.*

QUinque ab ultima Congregatione *diei* 8. *Junii* ad hanc translatæ ſunt cauſæ.

SENOGALIEN.

Seſs.22. cap.8. de Reform.

I. *An pauperes tam infirmi, quam non infirmi terræ Montis Bodii ſint excipiendi in hoſpitali ibidem erecto ad formam teſtamenti quondam Angeli Sammarani, in caſu &c.*

II. *An eis ſint ſubminiſtranda alimenta, & reſpective medelæ, aliaque neceſſaria, in caſu &c.*

III. *An retinendæ ſint manſiones diſtinctæ, & ſeparatæ pro terrigenis exteris, & mulieribus una cum lectis, ſive cubilibus, in caſu &c.*

IV. *An PP. Oratorii S. Philippi Nerii degentes pro tempore in dicta Terra ſint præponendi dicto hoſpitali juxta decretum Rmi Epiſcopi in ſacra viſitatione interpoſitum, in caſu &c.*

V. *An bona hoſpitalis ſint adminiſtranda per ſeparatum miniſtrum ab aliis bonis confraternitatis, in caſu &c.*

VI. *An adminiſtratores prædicti ſint approbandi ab Ordinario, & cavere debeant de bene, & fideliter adminiſtrando, in caſu &c.*

VII. *An ſit conficiendum inventarium mobilium, aliarumque rerum ad hoſpitale ſpectan., in caſu &c.*

VIII. *An, & quomodo adſcribendi ſint novi ſodales in albo confraternitatis, in caſu &c.*

IX. *An, & ubi convocandæ ſint congregationes dictæ confraternitatis, in caſu &c.*

X. *An, & in qua ſumma ſint ſubminiſtrandæ expenſæ, & ſumptus litis, in caſu &c.*

Ad I., & II. Dilata, & afferatur prothocollum originale. Ad III. Affirmative, & amplius. Ad IV. Negative, & ad Emum Præfectum ad mentem, & amplius. Ad V. Negative. Ad VI. Negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam. Ad VII. Affirmative ſine præjudicio qualitatis hæreditariæ prout de jure, & amplius. Ad VIII. Ad formam Synodalium Conſtitutionum, & amplius. Ad IX. Ad formam conventionis anni 1681., & amplius. Ad X. Dilata.

BO-

Seſs. 24. cap. 15. de Reform.

BONONIEN.

An ſit locus augmento diſtributionis, in caſu &c.

Dilata, & firmetur ſtatus, juxta inſtructionem.

Seſs. 7. cap. 7. de Reform.

SALUTIARUM IRREGULARITATIS.

An conſtet de irregularitate, in caſu &c.

Pro diſpenſatione ad cautelam.

Seſs. 22. cap. 1. decret. de obſerv. & evit. in celebr. Miſſar.

COLONIEN.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis.

Non propoſita, cum ſequentibus.

Seſs. 25. cap. 6. de Reform.

VICEN.

An, & in quos uſus ſint erogandi ſuperextantes reditus pii relicti, in caſu &c.

Seſs. 22. Decret. de obſer. & evit. in celebr. Miſs.

REGIEN. San. mem. Paulus V. *anno* 1605. conceſſit *Card. Dominico Thuſco*, ut duæ capellaniæ erigi poſſent Regii in eccleſia cathedrali ad ſacellum Viſitationis B. M. V. cum parte bonorum detrahenda ex beneficio SS. Simonis, & Judæ, quæ redderet ſcut. ann. 60. *Anno* 1611. reditus auxit in aliis ſcut. 20. ex ejuſdem beneficii bonis. Statuit autem ab ipſo Cardinali primum, & ab archidiacono *Thuſco* Cardinalis fratre, deinde a ſucceſſoribus archidiaconis nominandos capellanos *ad nutum archidiaconi conſtituen., & amoven., qui in eadem capella miſſas celebrent, & alia onera a Dominico Cardinali injungenda adimpleant.*

Capellaniæ auctoritate ordinaria ſic conſtitutæ ſunt. Cardinalis *Thuſcus* onera implenda cappellanis dixit: *perchè N.S. vuole, che abbino da celebrare, ed a ſopportare i carichi, che io dichiarerò, ex nunc io dichiaro, che ciaſcuno di eſſi cappellani ſia obbligato celebrare ogni giorno la Meſſa in detta Cappella, ed in ogni lunedì, che non ſia impedito da feſta debbano celebrare meſſa da morti per la famiglia mia, e quando ſarò morto io, e l'Arcidiacono mio fratello per l'anime noſtre particolarmente, & in tutte le meſſe nel memento abbia a pregare Iddio per noi due vivi, e tutta la famiglia noſtra vivente, e quando ſaremo morti particolar menzione, e commemorazione fare di noi due, e degli altri defonti, che il Signore Iddio ci abbia miſericordia. Debbano ancora (quando occorrerà la morte di noi due, e di ogni altro della famiglia noſtra) convertire le meſſe per quel tale, nelle meſſe di S. Gregorio,*

gorio, intervenire alli mortorj, all'esequie, & anniversarj, & ogni mese doppo la messa debbano dire una volta le litanie, e preci con le sue orazioni, che seguitano, e siano obbligati a far tener netta, e ben custodita la detta capella, e provedere delle candele necessarie, per la celebrazione, e custodia; e padronanza d'essa Cappella sia del mio erede.

Idem Cardinalis Dominicus anno 1614., remotis primis duobus capellanis, alios subrogavit, *con tutti gli obblighi sopradetti con assegnarli a ciascun di loro scudi venticinque per ciascuno da pagarlisi di mese in mese anticipatamente da noi dell'entrate, e dote assegnata a detta Capella, & ordiniamo, che il resto della dote, & entrata sia messa in un banco a credito di essa Cappella per le riparazioni, ed altri bisogni di essa, acciò occorrendo strapiovere, o altro bisogno d'accomodarla in qualche bisogno; o vero provedere di paramenti, o altro, si possa fare prontamente, e non occorra più il disordine, che per non riparare con poca spesa il tetto, che strapioveva, li stucchi dorati, quadri, & altre pitture anno avuto a patire senza provisione; siano però li cappellani tenuti avisare il disordine, che ne corresse, acciò vi si possa provedere con la detta entrata, perchè a questo fine vi si depositа.*

Variavit successu temporis capellaniarum fortuna, tam de reditibus imminutis, quam de oneribus, sive omnibus, sive in parte non adimpletis. Obscura pleraque sunt in facto. Longissimus requireretur hic sermo si omnia repetenda essent, quæ ex *Episcopi relatione* habentur. Hoc unum est, sacra omnia celebranda, ab Ordinario *anno* 1756. reducta fuisse ex auctoritate S.M. Benedicti XIV. ad 292. quolibet anno, ad rationem *perpetuæ*, uno sacro aucto quolibet triennio.

Nunc archidiaconus *Andreas Rota*, qui idem ambas capellanias retinet adhuc, ut suam liberet religionem potissimum de oneribus, quæ non implentur, mandante Sanctissimo, declarandum proponit, an sacra post *reductionem*, omnia pro familia *Thusca* applicanda sint; eoque casu novam *reductionem* sacrorum postulat; atque onerum non implendorum declarationem, sive potius onerum remissionem exorat.

Ait non *applicandas* ex *fundatione* nisi *missas defunctorum*. Patere ex ipsa declaratione onerum a Cardinali injunctorum, qui alias celebrandas separatim sanxit in expiationem, ac suffragium defunctorum; de aliis nonnisi orationem, ac preces voluit. Multa in eam rem cumulat. Addit tamen, quod si contra literam *fundationis* omnium *applicatio* placeat, necessaria omnino est nova *reductio* pro æquo, & bono facienda.

De oneribus vero inquit, ab ipsa erectione nunquam impleta onera primum injuncta, fortasse ob tenues reditus assignatos. Tandiu servatum morem hoc secumferre, ut mutari non debeat, *Rot. coram Coccin. decis.* 2226. *num.* 14., *& coram Emerix jun. decis.* 630. *num.* 7., *& in Mediolanen. Capellaniæ* 22.

Janua-

Januarii 1716. relat. per *Piton. de controv. Patron. alleg.*102. *num.*614.

Maxime cum præſumendum ſit ipſum Cardinalem ex variatione, quam fecit, & ex ratione tenuitatis, injuncta primum onera remiſiſſe. Accedere tot Epiſcopos Regientes huic non implemento nunquam refragratos fuiſſe, acquieviſſe ſemper.

Et gravia quidem eſſe onera eadem, neque, ut decet, oneribus reſpondere reditus tenuiſſimos, quos capellaniæ nunc habent. Omni caſu nihil dandum ſacrario eccleſiæ, uti præcedenti tempore nihil datum eſt. Capellanias non habere niſi ea bona, quæ *anno* 1605. aſſignata fuerunt. Nihil ſciri de additamento *ann. ſcut.*20. dato anno 1611.: hoc augmentum probabiliter eccleſiam, & ſacrarium ſibi tunc retinuiſſe; non aliter enim quieturos ſive canonicos, ſive Epiſcopos. Reliqua ex ſcriptis legenda.

Epiſcopus poſt narratam factorum ſeriem, in hæc verba ſuam ſententiam aperit: *ex quo ergo mihi demandatum eſt, meam qualemcumque ſuper hoc aperire ſententiam, humiliter crederem, optime locum eſſe petitæ reformationi obtentæ reductionis, eamque opportuniſſimam arbitrarer ad firmandum tandem aliquando in perpetuum ſtatum Capellaniarum, ut implorat Orator principalis patronus, & reliqui vices hæredum Cardinalis Thuſci gerentes. Reformationem vero crederem peragi poſſe hoc pacto, faciendo videlicet novum exactum computum reddituum antiquorum, & etiam illorum, quos non accidentaliter, ſed ex propria induſtria, & labore nuper auxit Orator in eum finem, ut miſſæ quoque augerentur. Facto hoc computo putarem pro caſibus fortuitis, & manutentionibus, honeſtam fieri poſſe reddituum diminutionem in decima parte, ne locus amplius eſſet inpoſterum novæ reductioni petendæ. Peracta hac diminutione, ſentirem reditus omnes implicandos eſſe in celebratione ad altare capellæ, & applicatione tot miſſarum ad normam taxæ Benedictinæ pro miſſis perpetuis juxta obtentum, & executum gratioſum reſcriptum, cum ita ſufficienter aliquo modo proviſum videatur congruæ ſuſtentationi, & manutentioni capellanorum volitæ in fundatione.*

Quoad vero reliqua onera omnia, ex quo Orator non repugnat aliquid annuatim impendere pro ipſorum repriſtinatione, ut deinceps ſucceſſores ſui æqualiter teneantur, judicarem reformationem ipſorum fieri poſſe hoc pacto, videlicet, quod deinceps capellani teneantur ad ſemel in menſe pro quolibet recitandas litanias B. M. V. poſt miſſam celebratam vel private, vel publice: ſecundo quod de proprio teneantur aliquid ſolvere ſacriſtiæ cathedralis utcumque ſatis proviſæ pro cera in dictarum miſſarum celebratione neceſſaria, quamvis mihi non conſtet, quod unquam pro hac cera aliquid ſolutum, vel poſtulatum fuerit pro præterito: tertio denique, quod ſi forte in futurum contingeret mors alicujus perſonæ, quæ ſe probaret de familia fundatoris (incertum quippe eſt, an aliquis de tali familia ſuperſit) teneantur capellani ejus exequiis,

quiis, & anniverſariis intereſſe, necnon pro unaquaque triginta miſſas continuas applicare ex numero earum, quæ in reformatione reductionis taxatæ fuiſſent.

Imperatum antea eidem fuerat, ut de cauſa moneret omnes ſive e familia *Thuſca*, ſive alios quoſcumque, qui ad cauſam venire poſſent, ut ſumma diligentia fecit. Nemo autem contradicit adhuc.

Sacra Congregatio conſtanter tenuit capellaniis perpetuis *applicationem* ſacrorum ſuapte natura adjunctam eſſe, etsi de ſola *miſſarum* celebratione, non autem de *applicatione* lex data fuerit, ut *in Spoletana applicationis* 11. *Januarii* 1710., *in Romana Reductionis*, & *applicationis miſſarum* 15. *Decembris* 1712., *in Ferrarien. applicationis* 26. *Martii* 1718., *in Senogalien. Miſſarum* 20. *Decembris* 1731., *in Florentina applicationis miſſæ quotidianæ* 24. *Julii* 1734., *in S. Miniatis applicationis miſſæ quotidianæ* 20. *Novembris*, & 4. *Decembris* 1734., & *in Fulginaten. applicationis miſſæ* 17. *Auguſti* 1737.

Ab hac generali regula recedendum perſæpe cenſuit, ſi contraria mens teſtatorum, licet ex urgentibus tantum conjecturis, appareat. Inter conjecturas autem admiſit, vel ſi mandata fuerit celebratio pro commodo populi, aut monialium in certa eccleſia, ut *in Collen. applicationis ſacrificii* 17. *Septembris* 1679. *lib.* 40. *decret. pag.* 4., *in Tricaſtinen. applicationis* 8. *Maji* 1711. *lib.* 61. *decret. pag.* 358., *in Mantuana applicationis* 19. *Decembris* 1718. *lib.* 68. *decret. pag.* 457., & *in Novarien.* 22. *Novembris* 1727. *lib.* 77. *decret. pag.* 637. Ob eam nimirum rationem, quia videtur tunc teſtatores principaliter huic tantummodo rei proſpicere voluiſſe, nihil curaſſe de cætero.

Vel ſi certum *miſſarum* numerum pro ſua expiatione *applicandum* mandarint expreſſe, de aliis nihil expreſſe dixerint, aut arbitrium omne reliquerint capellano, ut *in Collen. applicationis Sacrificii* 1685., *in Romana applicationis* 8. *Februarii* 1710., & *in Tricaſtrinen. applicationis Sacrificii* 8. *Junii*, & 8. *Auguſti* 1711. cum diſtinctionem faceret apertiſſimam ea ipſa diſcriminata, ac diſcreta loquendi ratio.

Verum enim vero non indocti theologi tradiderunt onus orandi in *miſſa* pro anima teſtatoris diverſum eſſe ab *applicatione* ſacrificii, cum verbum *orare* juxta ſui propriam, ac nativam ſignificationem ab *applicatione* diſtinctum ſit *Suarez de legit. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 6., *Paſqualis de ſacrif. miſs. quæſt.* 450. *num.* 4., & *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 2. *cap.* 10. *per tot.*

Sed Sac. Congregatio in una *Ventimilien.* 27. *Aprilis* 1720. inter libellos propoſita: *Gubernatores humiliter ſupplicant pro declaratione, an ſacerdos ad celebrationem miſſæ eligendus, teneatur illam applicare attentis verbis teſtatoris, & in ea orare pro anima ipſius teſtatoris nulla facta mentione applicationis, cum aliud ſit orare, aliud miſſam applicare*: reſcripſit: *Sacerdotem teneri ad applicationem miſſæ.*

At nunquam deferuit ſuam ſententiam, cum teſtatores diſcrete, ac diſcriminatim de certis *miſſis applicandis* locuti fuerint, de aliis *applicationem* expreſſe non injunxerint. *In una Ferrarien. applicationis ſacrificii* 11. *Junii* 1729., cum teſtator duo legata reliquiſſet, quorum primo onus injunxerat celebrandi pro anima ſua, & ſuorum benefactorum, & in altero onus *di celebrare annualmente in perpetuo* 200. *meſſe da morto, e pregare Iddio per l'anima ſua, e de' ſuoi benefattori*, propoſito dubio, *an capellanus de quo agitur, teneatur applicare ſacrificium pro anima fundatoris, vel ſatis ſit, quod illius memoriam habeat in orationibus, quæ fiunt in collecta, aut in memento in caſu &c.* reſcripſit: *negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam*.

His ita ſe habentibus, Cardinalis *Thuſcus* quotidianam celebrationem capellanis injunxit, de *applicatione* videtur ad certos dies reſpexiſſe, ac diſcriminatim habuiſſe verba.

Advertendum tamen hanc diſcretam loquendi rationem non haberi in Pontificia conceſſione; *duas perpetuas capellanias pro duobus capellanis, qui ibi miſſas etiam pro anima ipſius Cardinalis, & ſuorum, ſeu familiæ ſuæ defunctorum celebrent, ac alia onera ipſis injungenda adimpleant*.

Ponderandum itidem num clauſula illa *etiam pro anima ipſius &c.*, quæ certas quoque perſonas adjungit, *applicationem* omnium *miſſarum* jam antea iniunctam fuiſſe concludat.

Verum quod maxima conſideratione dignum videtur eſſe, jam *miſſæ* ab anno 1756. *reductæ* ſunt ad ſolas 292. pro ratione perpetuæ. Inconveniens petitio fortaſſe de *applicatione* non facienda nunc proponitur. Repugnat etenim quod pro eodem ſacro eleemoſynam perpetuæ quis percipiat, atque aliam eleemoſynam, pro *applicatione* favore alterius, quærat.

De oneribus, advertendum aliqua onera in ipſo anno 1730. præſervata fuiſſe: ipſum hodiernum archidiaconum, qui capellanus antea fuit, aliqua impleviſſe. Patet ideo non verum eſſe, quod ab initio onera omnia remiſſa extiterint, vel impleta omnia deinceps non fuerint.

Capellaniæ duæ ſunt, ſecundum legem fundationis duobus dandæ. Unus nunc ambas retinet archidiaconus.

Ad EE. PP. pertinet dijudicare

I. *An miſſæ poſt reductionem anni* 1756. *omnes applicari debeant*, & quatenus affirmative

II. *An, & quomodo ſit locus novæ reductioni, in caſu &c.*

III. *An, & quæ onera implenda ſint, in caſu &c.*

Sſeſſ24. cap.13. de Reformat.

BARCHINONEN. PROCESSIONIS. In oppido de *Sarria* diœceſis *Barchinonen.* ſacrum ſolemne agitur Sanctiſſimi Sacramenti *Dominica infra octavam* ejus diei feſti, cum publica ſupplicatione. Mos fuerat ut parochus, abſo-

ſoluto ſacrificio, ſacram Euchariſtiam deferendam traderet uni ex ordine Min.S.Franciſci *capuccinorum*, qui cum ea anniverſariam publicam pompam conſueto ritu per parochiæ fines exequeretur, eamque ad eccleſiam reverſus parocho reſtitueret, ut receptis cæremoniis populo benediceret.

Morem hunc, quem ab *anno* 1694. ſervatum ad hanc diem fuiſſe ipſe idem non negat præſens parochus, retinere in poſterum noluit; ac tertio ab anno publicam ſupplicationem traduxit ipſe, ac perfecit omnem. Hinc querimoniæ magiſtratus loci, & familiæ *capuccinorum* ſuper veteri turbato jure. De his cognoſcendum proponitur.

Ajunt conſuetudinem hujuſmodi, & prærogativam ab immemorabili tempore inductam. Haberi viginti ſex teſtium de hoc juratam affirmationem, quæ dubitationem omnem excludunt. Ipſum parochum a ſeptuaginta annis illam indubitate admittere. Legitimum hunc uſum populi univerſi grato animo, & conſenſu publico inſtitutum, quia graſſante lue *anno* 1652. fere tota *capuccinorum* familia pro ejus gentis ſalute curanda interiit. Conſtantem de his apud omnes traditionem monumentis etiam publicis comprobari.

Conſuetudinem iccirco hanc ſupra centenarium temporis ſpatium habentem omni jure ſervandam eſſe *Rot. cor. Anſald. dec.* 25. *num* 25. *in Barchinonen. Præeminentiarum* 15. *Januarii* 1751. *§.* 8. *coram clar. mem. Card. Caprara, & in Tranen. Proceſſionum* 28. *Februarii* 1752. *§.* 2. *coram bon. mem. Canilliac*.

Multa de vi harum conſuetudinum, quæ notiſſima ſunt in jure, congerunt, & præcipue de honorificis. Hinc injuria, ac violenter auſum præſentem parochum pervertere omnia: injuria de recte, ac legitime antea ſtatuto ritu nunc conqueri. Non agi de juribus parochialibus, cum hæ ſupplicationes, quæ fiunt infra *octavam* ad jura parochialia non pertineant ex clara conſtitutione Gregorii XIII. *cum interdum* 17. *Martii* 1573.

Addunt, quod etſi parochialis hæc ipſa ſupplicatio exiſtimanda eſſet, parochi nihilominus jura non læderentur. Parochum tradere Sacramentum *capuccino*. Parochum ab eo revertente in ipſo, ſi velit, aditu eccleſiæ illud recipere poſſe. Nihil ultra ſibi arrogare *capuccinos*. Liberum eſſe parocho, ſi nolit, eam ſupplicationem non indicere. Solemnem illum morem ab antiquis ſumma populi religione inductum, intactum, & illæſum ad noſtram ætatem hilari cultu, ac pietate adhuc coli. Nullas cæremonias hinc imminutas, imo auctam inde, ac lætiorem factam anniverſariam diei celebritatem.

De cætero conſuetudinem hanc immemorabilem, ac ſupra centenariam quodcumque jus ſcriptum, vel juris repu-

gnantiam, ſi adeſſet, vincere, *Rot. coram Emerix jun. deciſ.*498. *num.*1., *coram Caprara dec.* 256. *num.*1. *in S. Severi ſuper bono jure* 21. *Martii* 1746. *§.*1. *coram cla.mem. Card. Millino*, *& in confirmatoria* 13. *Martii* 1757. *§. Nihilo coram eodem*.

Contra Parochus de ſua eccleſia agi, quæ ſua integra eſt, & in qua nulli prorſus obnoxiam poteſtatem habet *Barboſ. de Canon. & Dignit. cap.*18. *num.*57., *Scarfanton. ad Ceccoper. addit.*2. *num.*7. *&* 28., *& Rot. coram Anſalta. deciſ.*733. *num.*4. In ea nedum parochiales, ſed quaſcumque alias ſacras *functiones* ad ſe unice pertinere *cap.*1. *& cap. fraternitatem de ſepu t.*, *Fagnan. in cap. litteræ num.*18. *de matr. contr. contra interd.*, *Marant. reſp. jur. part.*4. *reſp.*21. *n.*64., *Rota cor. Penn. dec.*261. *n.*17., *& in Ravennaten. jurium parochialium* 25. *Aprilis* 1755. *§.*2. *coram bo.me. Borull.*

Ambigi non poſſe has ſupplicationes inter *functiones* vere parochiales cenſeri *Piring. in jus canon. lib.*1. *tit.*31. *ſect.*5. *§.*4. *num.*154., *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. part.*1. *cap.*22. *n.*3., *Pignatell. conſult. canon.* 99. *tom.*4. *num.*1., *Nicol. in Floſ. verbo Euchariſtia num.*25., *& Sac. Congregatio Rituum in Neapolitana* 18. *Maii* 1602. *relat. a Monacell. form. leg. pract. for. eccleſ. adnot. ad form.*1. *tit.*3. *num.*57. *tom.*2.

Adjicit in ea ſupplicatione, tametſi facienda in *Dominica* infra *octavam*, Sacramentum deferendum certe eſſe ab eo, qui in eccleſia, ex qua ſupplicatio procedit, *miſſam* celebravit. Extare in eam rem clariſſimum decretum Sacræ Congregationis Rituum videndum apud *Merat. ad Gavant. in rubr. Miſs. Rom. num.*612.

Affirmare ipſos *capuccinos miſſam* a parocho celebrandam eſſe. Admittere itaque debere ipſos a parocho ſupplicationem ducendam *Pax Jordan. elucubrat. canon. lib.*3. *tit.* 3. *de Sanctiſſima Euchar. num.*11., *Gavant. manual. Epiſcop. verbo Euchariſtiæ num.*16., *Vrſay. diſceptat. eccleſiaſt. tom.* 2. *part.*2. *num.*17.

Ad hæc, convenire univerſum diœceſis morem. Habere pro ſe etiam judicium Epiſcopi ſummopere in his attendendum *Clement.*2. *de offic. Jud. ordin.*, *Rot. in Caputaquen. Præeminentiarum* 25. *Junii* 1758. *§.*13. *cor. Stadion*.

Contrariam autem conſuetudinem non probari cum requiſitis *gloſſæ in cap.*1. *verb. mem. de præſcript.* Neque in judicio approbatam fuiſſe, ut contra juris ſanctionem neceſſe omnino eſſet *Gratian. diſceptat. foren.*644. *num.*56., *Rota in Forolivien. pecuniaria* 11. *Decembris* 1758. §.11. *&* 12. *cor. Vbald.*, *& in Melevitana ſequeſtri* 6. *Aprilis* 1764. §.14. *coram Revmo Parracciano*.

Cæteroquin agi de actibus *voluntariis*, & *facultativis* præcedentium rectorum, qui ſucceſſores non ſequuntur *gloſs. in leg.*1. *verſic. communi cod. de annual. præſcript.*30. *vel* 40. *annor. Rot. in Majoricen. deputationis ſacerdotis* 16. *Junii* 1755. *§. fin.*

coram

coram clar. mem. Card. Caprara, *Rot. coram Peutinger. dec.* 172. *num.* 5., *& in Romana, seu Neapolitana capellaniæ* 4. *Jul.* 1759. *§. fin. coram R. P. D. Azpuru*.

Postremo certat *fratrum Minorum* ordinem ex propria lege, ac regula a Sede Apostolica approbata jura ulla, tametsi honorifica, non posse acquirere.

Episcopus dicit: *ego ipse uno verbo dicam EE. VV.*, *quod in parochia, ac etiam Parochiis, in quibus datur proprius parochus, & pastor, qui sit presbyter sæcularis, insolitum est, ac irregulare Sanctissimum Sacramentum in processionibus, quæ fiunt in parochia, deferri ab alio, quam a proprio parocho, multoque magis a presbytero regulari, atque adeo prætensionem oratorum, propter hanc, & alias rationes esse ridiculam omnino, ac rejiciendam, ex deductis hinc inde a partibus pro informatione auditis, quodque EE. VV. & inspectione deductionum eorum hisce adjunctarum constabit*.

Tota inspectio causæ est in consuetudine, ejusque vi. Nulla sane lex habetur, quæ ex ejusmodi consuetudine interpretari possit.

Ponderandum, itaque quid hæc consuetudo valeat in linea *præsumptiva* alterius tituli, dum de initio, ac vero *titulo* constat. Videndum quid dixerit *Rot. in Romana, seu Terracinen. Immissionis* 11. *Martii* 1726. §. 19., *& 24. Januarii* 1727. §. *Facile coram Calcagnino*.

Ponderandum num quando *titulus* allegatus fuit, alterius præsumptioni sit locus, *Rot. in Bituntina statuti* 11. *Martii* 1720. *§. Nequidem cor. Corio*, *in Bononien. pecuniaria* 17. *Martii* 1738. §. 12. *cor. Nunez, & in Auximana laudemii* 17. *April.* 1747. §. 13. *coram Emo Bussio*.

Maxime dum non solum allegatus *titulus*, sed probatus est, qui iccirco *taxative* allegatus censeri debet *Rot. in Ravennaten., seu Ferrarien. jur sdictionis* 28. *Junii* 1728. *§. Hæc minus coram Aldrovando, & in d. Auximana laudemii* 17. *April.* 1747. *§.* 16. *coram Emo Bussio.*

Ob eam sane rationem, quia præsumitur unumquemque exposuisse ab initio, quem meliorem habebat *Rot. coram Lancetta dec.* 1235. *num.* 8., *& in Bononien. Immissionis* 17. *Aprilis* 1722. *§. Nec coram clar. mem. Card. Corio*. Multo magis si allegatus *titulus* ex consensu, & libera voluntate populi, privilegium suapte natura excludat *Rot. in Lucen. Parochialium* 11. *Martii* 1729. §. *Quin coram clar. mem. Card. Calcagnino*, *& in Brittinorien. Donationis* 7. *Mai* 1737. *coram Sanctissimo D. N.*

Ponderandum deinde erit, an consuetudo ejusmodi valere possit in linea *præscriptiva*; & an quemadmodum *precario* inducta, ita *precario* continuata dicenda sit *Rota in Auximana pecuniaria* 24. *Aprilis* 1754. *§.* 9. *coram Vicecomite*.

Ponderandum denique an constitutio Gregorii XIII. *cum inter-*

terdum loquatur de aliis ſupplicationibus, quæ ab aliis fiunt infra *octavam*, ſalva tamen ſemper parochiali.

EF. Patrum judicium erit

An, & ad quem ſpectet deferre Sanctiſſimum Sacramentum in proceſſione, quæ fit in Dominica infra octavam Corporis Chriſti in villa de Sarria, in caſu &c.

Seſs. 22. cap. 8., & ſeſs. 25. cap. 13. de Reform.

CIVITATIS CASTELLANÆ TAXÆ FUNERALIS.

Arinianum, oppidum intra diæceſim Civitatis Caſtellanæ, eccleſiam habet *SS. Vincentii*, & *Anaſtaſii* cum ſuo capitulo unicam parochialem. In ea duo ſunt ſodalitia, *Confalonis* unum, *Miſericordiæ* alterum. Funebre emolumentum, quod ſodalitia pro ſuis ſociis eidem eccleſiæ ſolvunt, diverſum eſt. Illud *Confalonis* nonniſi obul. 35., illud *Miſericordiæ* obul. 90. uſque in hanc diem præbuit.

Confalonis numerus quotidie augeſcit ob id compendium, quod ſodales habent; decreſcit aliud. Hinc invidiæ occaſio, ac perinde, ut timendum erat, diſcordia. *Confalonis* ſuam antiquitatem, ſua decora; *Miſericordiæ* ſuam pietatem, ac ſummopere commendandum opus inquirendi, colligendi, ac deferendi defunctos in agris, ac eos ſuis impenſis ſepeliendi curam extollebat. Omnium horum fons & origo diverſitas funebris *taxæ* erat.

De hac primum in curia Ordinarii controverſia orta eſt. Petebatur ex parte *Miſericordiæ*, ut ad vitanda diſſidia æqualiter pro omnibus utriuſque ſocietatis ſodalibus ſtatueretur *taxa*. Epiſcopus ab *anno* 1759. partes, ac capitulum ipſum, de cujus etiam lucro res erat, ad Sacram Congregationem remiſit. Anno autem 1762. *die* 22. *Aprilis*, quia de lite perſequenda adhuc non curabant, decretum edidit, ut interim emolumentum funebre *in obul.* 60. ab omnibus ſolveretur.

Experrecti tunc ſodales *Confalonis* reclamarunt illico, ac jam cæptam inſtaurarunt litem de veteri ſua *taxa* ſervanda. Ex alia parte ſodales *Miſericordiæ* cum capitulo pro æqualitate ſtatuenda pugnant. Hæc duo præſentis quæſtionis ſunt capita.

Ajunt ſodales *Confalonis* antiquiſſimam eſſe ſuam conſuetudinem, cujus memoriæ initium non eſt, ſolvendi tantummodo *obul.* 35. meliorem hinc titulum *de mundo*, ut vulgo dicitur, præſumi, tum contra ſodalitium *Miſericordiæ*, tum contra ipſam eccleſiam parochialem *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 115. *num.* 24., *Rot. recent. part.* 16. *deciſ.* 604. *num.* 9., & *coram Falconer. de elect. deciſ. fin. num.* 20., & *de benefic. deciſ.* 17. *num.* 3.

Suum ſodalitium a quarto, & ultra ab hinc ſæculo eſſe in præcipua pietatis opera incumbere: ſuas leges, & præſertim de hac minori *taxa* ſervaviſſe ſemper. Quieviſſe capitulum; gra-

to

to animo pecuniam accepiſſe ſemper: ſodales *Miſericordiæ* ſciviſſe omnia; ſuis oculis vidiſſe; a centum, & ultra annis hanc inæqualitatem paſſos fuiſſe; contradixiſſe numquam. Injuria nunc revolvi omnia ex nova, quæ inceſſit libidine litigandi. Omni jure veteribus ſtari neceſſe eſſe; nova vitanda eſſe; ac decretum Epiſcopi interea, non recte, neque ordine factum abrogandum, *cap. quod dilectio in fin. de ætat., & conſanguin., Rot. coram Emerix deciſ. 892. num. 4. coram Anſald. deciſ. 892 num. 21.*

Nec momenti eſſe, quod major ſuorum ſodalium numerus inde fiat, ac propterea eccleſiæ emolumentum minuatur. Sodalitium ſuum ſemper frequentiſſimum extitiſſe: liberum eſſe cuilibet uni, vel alteri nomen dare: quemlibet ſuo jure uti: ex quo autem quis jure ſuo utatur, non curandum, quid alteri inde extrinſecus accidat *leg. Proculus 26. ff. de damn. infect., Rocca diſputat. ſelect. cap. 63. num. 44., & Rota coram Falconer. de ſervit. deciſ. 13. num. 8.*

Certant ideo omni jure veterem ſuam hanc conſuetudinem omnino ſervandam eſſe: non admittendam mutationem ullam, tametſi in melius ceſſura eſſet *D. Auguſtinus in epiſtola 54. ad Inquiſ. Januar. cap. 5., Capon. diſceptat. 85. n. 12., Urſaya diſcept. tom. 1. part. 2. diſcept. 26. num. 77., Card. de Luc. tit. de præmin. diſcept. 39. num. 3.*

Neque in ejuſmodi cauſa attendendum judicium Epiſcopi, qui quartam partem emolumenti habet. Controverſiam hanc omnem cleri ipſius ope, & ingenio excitatam nuperrime eſſe. Ven. Epiſcopum *Tenderinum anno 1719.* hanc ipſam controverſiam, quæ tunc apparebat, ſuis in initiis eradicitus extirpaſſe, querelas omnes conſtanti animo rejeciſſe.

De eo vero, quod reſpicit *taxam* ſolvendam a ſodalitio *Miſericordiæ*, ſatis ſibi eſſe inquiunt, ut de ſua ſervanda ſibi conſtet. Sodalitium *Miſericordiæ* compendium hoc libentiſſime ſibi faciat: ſe non invidere: ſua nihil referre de aliis.

Contra ſodales *Miſericordiæ* pro æqualitate *taxæ* pugnant, ne alias ſuum ſodalitium omnino intereat. Permultos habuiſſe olim ſodales, nunc ad paucos redactos. Non ferendam hanc ſodalitii tantopere utilis, ac neceſſarii deſtructionem. Suum opus ſepeliendi in agris defunctos prædicant. De judicio Epiſcopi ſervando multa dicunt. Eccleſiæ deplorant obventurum damnum. S. Congregationis fidem, ac benignitatem demiſſe implorant.

Capitulum vero, ſodalium *Miſericordiæ* partes mirifice adjuvat. Sodalitium *Confalonis* publicis tantum ſupplicationibus intereſſe: nihil ad cultum eccleſiæ, ſive ad commoditatem populi præſtare aliud. Contra illud *Miſericordiæ* utiliſſimum ex ſuo inſtituto, ex ſuis pietatis operibus, & præcipue erga defunctos, ſive intra oppidum, ſive per campos finitimos. Ejus propterea laudes, ac neceſſitatem

exag-

exaggerat. Imminentem ejus interitum luget, de ſuo quoque damno ex minori emolumento funeris, quod percipit, vehementer conqueritur. Cætera ex ſcriptis videnda ſunt.

Epiſcopus in ſua *relatione* 25. *Aprilis* 1759. ait: *ab antiquis temporibus taxa funeralis ſolvitur cum diſtinctione archipresbytero, & capitulo eccleſiæ collegiatæ inſignito, quæ unica eſt parochialis, nempe ab hæredibus defuncti confraternitatis Miſericordiæ in ob.90., confraternitatis Confalonis in ob. 35, inde evenit, quod confratres Miſericordiæ ſenſim decreſcunt; multi fiunt confratres Confalonis, & dietim augentur, ſperantes lucrum prædictum familiæ poſt mortem, itaut abſque computo numeri dicantur aſcendere ad 550. circiter, & ſi aliquis advena domiciliarius advenit, ſtatim ſe adſcribere curet eidem confraternitati. Hinc etiam damnum non mediocre inſurgit archipresbytero, & capitulo ſuper jure parochiali funerandi, ratione adminiſtrationis ſacramentorum ſine jure decimandi &c. Peractis omnibus diligentiis, nequivi pertingere ad finem cognoſcendi originem utriuſque confraternitatis tempus, & cauſam differentis taxæ funebris; certo tamen mihi conſtare fecerunt canonici, ab anno 1588. uſque ad annum 1600. fuiſſe limitatum, vel ſaltem modicum numerum confratrum Confalonis ex numero defunctorum [antiquiores enim libri mortuorum non inveniuntur] nam in prædictis annis tredecim inveniuntur in dicta Terra defuncti 234. cum taxa funerali obul. 90., & confratrum cum taxa funerali ob.35. in num.22.*

In præſentiarum crevit in immenſum numerus hujuſmodi confratrum, & juxta meum ſenſum cum gravi præjudicio tum archipresbyteri, & capituli, ut patet ob oculis, cum confraternitatis Miſericordiæ, quo temporis ſucceſſu evaneſcet, cum opere valde pio, imo vero neceſſario in dicta terra.

Cum mihi videatur præſens ſtatus reformatione indigere, ſedulamente conſideravi, num quid nam poſſet præfiniri numerus aggregationis confratrum Confalonis cum manutentione antiquæ taxæ funeralis, ſed in ſcopulos inſuperabiles incidi in præfinitione dicti numeri, & in caſſatione tot, & adſcriptorum confratrum, etiam a quo nota temporis ad regulam antiquioritatis. Illa igitur mea opinio eſt, ut minus ſapiens, quod reformetur taxa funeralis, & fiat communis pro omnibus a præſenti tempore, nempe in obul.60. pro adultis indiſcriminatim, ſicque reducitur illa obul.90. in juliis tribus, & augetur illa ob.35. in ob.25., pro pueris vero taxa erit in ob.45., ſicut antiquus eſt uſus. Audito capitulo, ſicut neceſſe eſt, in hoc propoſito ipſum acquieſcit; & in diœceſi non erit novum exemplum taxæ funeralis.

Videndum an damna, quæ exponuntur, ſive ſodalitii *Miſericordiæ*, ſive eccleſiæ, tanti ſint æſtimanda, ut vetus conſuetudo immutetur, atque in odium vertat ſodalitii *Confalonis* nihil de hoc commeriti; cum liberum ſit cunctis, cuicumque eorum velint, ſe aggregare: & cum de cætero

libe-

liberum ſit omnibus ſepulturam ubi velint eligere, nec de detrimento parochialis eccleſiæ curetur, cui ſua tantum quarta ſervatur.

Ponderandum præterea, quæ ſit hujus conſuetudinis vis, quam pro ſe allegat ſodalitium *Confalonis*.

Conſtitut.Clem.VIII. die 7.Decemb. 1604. in *nov.Bullar.350. §.5.* hæc habet: *Statuta autem pro regimine ordinum, religionum, & inſtitutorum erigentium, & inſtituentium, ac communicantium, ſeu archiconfraternitatum, & congregationum aggregantium edita, confraternitatibus, & congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impertiri non poſſint, niſi ea prius ab Epiſcopo diœceſano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejuſdem Epiſcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus ſemper ſubjecta remaneant.* Viden. *Baſs.de ſodalit.quæſt.4.num.1., Rot. coram Duran. deciſ.291. num.7.*

De conſuetudine, vel irrationabili, vel quæ ſummopere alteri damnoſa eſt, abolenda, ad rem faciunt *Caſſanen. 30. Julii 1735.*, & *Viterbien. Fontis Baptiſmalis 1. Martii 1749.*

Dubitatur

I. *An taxa funeralis ſit ſolvenda a ſodalitio Confalonis ad rationem obul. 35., ſeu potius ſit locus illius augmento in caſu &c.*

II. *An, & in qua ſumma ſit ſolvenda capitulo taxa funeralis a ſodalitio Miſericordiæ in caſu &c.*

AMALPHITANA ORDINATIONIS. Carolus Pace *e Paſitano* Amalphitanæ diœceſis primam tonſuram ratione capellaniæ habuit ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo *Neapolitano anno* 1725., ab *Amalphitano* autem minores ordines *anno* 1760.. Nunc prope ſeptuagenarius ad ſacros promoveri poſtulat. Archiepiſcopus Amalphitanus præciſe, & abſolute recuſat. *Seſs.21. cap.2. de Reformat.*

Facti hiſtoria partim ex ejus ſcriptis repetenda, partim ex pleniſſima *relatione* Archiepiſcopi ejuſdem, quæ ante oculos habenda eſt integra. Summatim eſt. Carolus in puericia Amalphim petiit ſtudiorum cauſa; ſed non multo poſt timore carceris Neapolim commigravit. Obtenta illic nominatione ad capellaniam, poſtea ex declaratione Sac.Congregationis ſuper negociis Epiſcoporum, & Regularium propoſitæ, *quatenus reditus capellaniæ ſint ſufficientes pro patrimonio ſacro, ſpectare ordinationem Emo Archiepiſcopo cum literis teſtimonialibus Archiepiſcopi Amalphitani*, tonſuram Neapoli accepit. Ultra progreſſus non eſtimo ad quinquennale exilium, ob non honeſtam conſuetudinem cum quadam muliere, a curia Neapolitana damnatus, patriam redivit.

Poſt multum vero temporis, & expleta jam pœna, remigravit Neapolim *anno* 1740.

Anno 1751. utrique Archiepiſcopo pro ſua *ordinatione* preces obtulit, quas, recuſantibus eiſdem, ad hanc Sac. Congregationem detulit; ſed utroque audito, rejectæ ſunt. *Anno* 1760. novam viam iniit: impetratis etenim literis *teſtimonialibus* Neapolitani, ab eadem Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium obtinuit reſcriptum: *arbitrio Archiepiſcopi Amalphitani, attento conſenſu Emi Archiepiſcopi Neapolis*. Tunc tandem ab Amalphitano ad quatuor minores ad titulum patrimonii promotus eſt.

Recuſavit poſtmodum ſacros conferre Amalphitanus. Hinc *anno* 1763. rediit *Carolus* ad hanc Sacram Congregationem. Die 2. *Iunii* ejuſdem anni interrogatus uterque Archiepiſcopus eſt. Reſpondit Eminentiſſimus Neapolitanus: *quamvis Carolus Pace diœceſis Amalphitanæ in anno* 1725. *ab hac curia condemnatus fuerit ad pœnam exilii &c., tamen, poſtquam ab eodem Archiepiſcopo ab exilio Orator ipſe fuit revocatus ita ſe geſſit, ut a præfata mea curia literas teſtimoniales de vita, & moribus ad formam conſtitutionis Innocentianæ* Speculatores *meruit obtinere.*

Amalphitanus vero conſtantiſſime de non promovendo ſuam ſententiam patefecit. De hoc conqueritur Carolus, ac certat ſe legitime promovendum eſſe, & quidem ab Eminentiſſimo Neapolitano, prævilſque ejus *dimiſſorialibus*, ab Epiſcopo Literen., ſeu Scalen., & Ravellen. Amalphitani ſuffraganeis.

Nihil cauſæ eſſe, ait, cur retardetur ſibi ſuſceptio ordinum. Primam maculam juventutis jam quadraginta annorum conſtanti vitæ emendatione deterſam, ac deletam eſſe. Agnoviſſe hoc curiam Neapolitanam, quæ *anno* 1760. *teſtimoniales* dedit: agnoviſſe hunc ipſum Archiepiſcopum Amalphitanum, qui ſine ulla mora volens, libenſque quatuor minores ordines contulit. Injuriam eſſe obductam jam tanto a tempore veterem cicatricem vulnerum refricare. Actum eſſe de innumeris, ſi primæ fluxæ, & debilis ætatis memoria repetatur. Suos caſtigatos, ac diuturno exemplo probatos mores haberi ex affirmatione ſui parochi, ſuorum municipum, & præcipue publici magiſtratus; &, quod omnem probationem vincit, non ſolum firma, certaque auctoritate Eminentiſſimi Neapolitani, ſed ipſius Amalphitani comprobatione, & facto apertiſſimo. Turpe huic eſſe deceptum ſe dicere, qui jam a biennio ante eccleſiam adminiſtrabat; qui in loco, intra non multum ſe protendentis diœceſis fines, deceptus eſſe non potuit.

Hinc perperam opponi nunc ſe eſſe grandæva ætate, ſe non eſſe utilem, nec neceſſarium. Ex ipſa admiſſione ad minores ordines triennio ante facta refutari hæc omnia. Habere ſe patrimonium: habere capellaniam: habere teſtimonium proprii parochi, qui hanc neceſſitatem affirmat. Calumnia-

to-

torum ingenio ficta omnia apud Archiepiſcopum, qui pronas obtrectatoribus aures præbuit.

Denique ſe Neapolim a prima ætate commigraſſe; ibi plurimos annos antea moram traxiſſe; ab *anno* 1740. ibi perpetuos fixiſſe lares. Minores ordines habuiſſe ab Amalphitano, *attento conſenſu Eminentiſſimi Neapolitani*; ideoque cum *dimiſſoriis* ejuſdem Eminentiſſimi promovendum nunc ab uno ex ſuffraganeis Amalphitani, qui *teſtimoniales* denegat.

Archiepiſcopus Amalphitanus in ſua *relatione diei* 13. *auguſti* 1763. retulit *oratorem de anno* 1760. *ad quatuor minores ordines promoviſſe, ſed cum deinde ad dictam ejus patriam Sac. viſitationis peragendæ cauſa me contuliſſem, ibidem ne dum mihi fuſius patefacta fuit anteacta male morata vita Oratoris, ob quam nullo bono teſtimonio apud concives ſuos commendabatur, verum etiam a nonnullis fuit aſſertum eos forte olim vidiſſe quoddam reſcriptum in calce cujuſdam oratoriſmet ſupplicationis forſan Sac. Pœnitentiariæ ſecretæ porrectæ, quo dicebatur*: eligat alium ſtatum, præter Eccleſiaſticum. *Quod ſi valde dubitabile, & difficile eſſet, fuit tamen in cauſa, quod me juremerito retraheret ab ulteriori ejuſdem promotione ad Ordines, eoque magis cum ab ipſomet Oratore reſciviſſem ſupradicta reſcripta iſtius Sac. Congregationis, quæ certa, ac indubia erant, nec a tali propoſito, adhibito conſilio aliorum in hac re ſapientiſſimorum virorum recedere numquam exiſtimavi, nec exiſtimo, attentis pariter nimis provecta ætate ipſius Oratoris, & nulla neceſſitate eccleſiæ Paſitanæ, quidquid de ipſa teſtatur Parochus localis, qui illam gratis aſſercre videtur, cum in præfato loco, in quo vix termille numerantur animæ, 38. jam ſint ſacerdotes, præter Clericos aliorum inferiorum ordinum, nec Orator aliquam eximiam præſeferat idoneitatem, ut ſaltem ex hoc capite neceſſitarius, & utilis exiſtimari poſſit, cum forſan vix ad ſufficientem perveniat*, Plurima adjecit, quæ inſpicienda ſunt.

Nihilo tamen minus juſſus eſt, ut ſuum promotorem fiſcalem moneret de juribus curiæ defendendis. Reſpondit autem: *terminum dierum quindecim promotori fiſcali hujus Archiepiſcopalis curiæ ad ſua jura deducenda in iſta Sacra Congregatione de, & ſuper cauſa in precibus expreſſa, præfigere non prætermiſi; dum igitur ad præſcriptos mihi tramites EE. VV. de ſtatuto hujuſmodi termino certiores facio, eiſdem innoteſcere cupio, quod præfatus promotor fiſcalis haud animo intendit cum dicto clerico Pace judicio contendere de, & ſuper per ipſum petitis; imo exoptat, ut EE. VV. quidquid circa ea magis in Domino expedire eiſdem videbitur decernant; dummodo tamen quæ a me alias ad ipſius Clerici inſtantiam ad iſtam Sac. Congregationem relata fuerunt ſub die* 13. *Auguſti nuper elapſi anni ob oculos habere dignarentur*.

Certum eſt, ex probata, & conſtanti emendatione vitæ, bonoque inter ſuos teſtimonio, poſſe quempiam, tametſi olim rejectum, admitti ad ordines, & ad eccleſiaſtica be-

neficia : *ad meliora converſum numquam prior vita commiculat* , dicitur *in can. numquam* 14. *diſtinct.* 56. *can. ſi duo* 35. *quæſt.* 6. Videnᵈ. *Garzias de benefic. part.* 7. *cap.* 8. *num.* 64. , *Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. alleg.* 43. *num.* 21. , *Pirhing. de temp. ordin. num.* 19.

Conſiderandum itaque quid probationis de ſua emendatione , & laudabilibus ſecutis moribus afferat Carolus : quanti æſtimanda ſint, quæ objiciuntur : cujus ponderis ſit recuſatio Archiepiſcopi Amalphitani.

Concilium diſtinguit de promovendo ob beneficium , & de promovendo ob patrimonium : *ſtatuit S. Synodus , ne quis deinceps clericus ſecularis , quamvis alias ſit idoneus moribus , ſcientia , & ætate ad ſacros ordines promoveatur, niſi prius legitime conſtet beneficium eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat, pacifice poſſidere &c. patrimonium vero, vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſſint , niſi illi , quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate , & commoditate ſuarum eccleſiarum , & quoque prius perſpecto patrimonium illud , vel penſionem vere ab eis obtineri , taliaque eſſe , quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de Reformat.* . Videnᵈ. *Barboſ. ad Conc. Trident. ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de Reformat. num.* 54. , *Rot. coram Rembold. dec.* 186. *num.* 1. *& ſeq.*, *& dec.* 195. *n.* 3., *& cor. Coccin. dec.* 1150. *per tot.*

Advertendum in facto Carolum ſuſcepiſſe ordines Amalphi ad titulum patrimonii ſecundum ejus diœceſis leges : ſuam veterem capellaniam , quam dicit retinuiſſe , non probari ; imo in libello S. Congregationi oblato ipſum aſſeruiſſe : *li motivi, che induſſero la S. Congregazione a tal reſcritto negativo furono appoggiati sù l'informazione dell' Emo Sig. Card. Arcivescovo di Napoli de' 28. Gennaro* 1752. , *in cui riferì l'oratore eſſere ſtato incriminato in quella curia nell' anno* 1725. *per pratica illecita , e che ritrovandoſi eſule da quella città fu nella neceſſità nell' anno* 1730. *dimettere la capellania , a di cui titolo era ſtato iniziato alla clerical tonſura, e perciò non eſſere più di lui ſaddito.*

Certum eſt itaque Carolum , qui originem , & ortum habuit in diœceſi Amalphitana , primam tonſuram accepiſſe Neapoli, ſed ob capellaniam : ea dimiſſa , ab Amalphis Archiepiſcopo , licet cum conſenſu Neapolitani , minores ordines ſuſcepiſſe , patrimonio inibi conſtituto . Notiſſima eſt *conſtitutio Speculatores* . Proponitur

An, & a quo clericus Pace ſit ad ſacros ordines promovendus , in caſu &c.

Die Sabbati 3. Auguſti 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

SEx ab ultima Congregatione *diei 13. Julii* reliquæ ſunt cauſæ, quæ ante alias deſcribuntur infra.

COLONIEN.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſuper II. & III. dub. in caſu &c. *Seſs. 22. cap. 1. decret. de obſerv. & evit. in celebr. Miſſar.*

Prævio receſſu a deciſis, negative in omnibus.

VICEN.

An, & in quos uſus ſint erogandi ſuperextantes reditus pii relicti, in caſu &c. *Seſs. 25. cap. 6. de Reform.*

Erogandos eſſe favore pauperum, ad formam reſolutionis diei 28. Januarii anni præcedentis, aucto tamen eorum numero juxta reditus, necnon methodum præſcriptam a Teſtatore.

REGIEN.

I. *An miſſæ poſt reductionem anni 1756. omnes applicari debeant,* & quatenus affirmative
II. *An, & quomodo ſit locus novæ reductioni, in caſu &c.*
III. *An, & quæ onera implenda ſint in caſu &c.*

Seſs. 22. Decret. de obſerv. & evit. in celebr. Miſs.

Ad I. Affirmative juxta modum, nempe diebus Lunæ per annum pro anima Cardinalis Tuſchi, & ſuorum; in reliquis pro benefactoribus. Ad II. Negative. Ad III. juxta votum Epiſcopi.

BAR-

Seſs.24. cap.13. de Reform.

BARCINONEN. PROCESSIONIS.

An, & ad quem ſpectet deferre Sanctiſſimum Sacramentum in proceſſione, quæ fit in Dominica infra octavam Corporis Chriſti in villa de Sarria, in caſu &c.

Spectare ad Parochum, & amplius.

Seſs.22. cap.8. & ſeſs.25.cap.13. de Reform.

CIVITATIS CASTELLANÆ TAXÆ FUNERALIS.

I. *An taxa funeralis ſit ſolvenda a ſodalitate Confalonis ad rationem obul.35., ſeu potius ſit locus illius augmento, in caſu &c.*

II. *An, & in qua ſumma ſit ſolvenda capitulo taxa funeralis a ſocietate Miſericordiæ, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, Negative ad ſecundam, & amplius. Ad II. Servetur ſolitum, & amplius.

Seſs.21. cap.2. de Reform.

AMALPHITANA ORDINATIONIS.

An, & a quo clericus Pace ſit ad ſacros ordines promovendus, in caſu &c.

Arbitrio Archiepiſcopi Amalphitani tanquam Ordinarii.

Seſs.24. cap.12. de Reform., & ſeſs.25. cap.14. de Reform.

SPIREN. Quæ ſit cauſa, patet ex *folio* 18. *Auguſti* 1764. quæ poſtmodum ejus fortuna fuerit ex *folio* 23. *Martii* huius anni, quo die reſcriptum eſt: *dilata, & ad mentem*. Agebatur de *Joanne Jacobo Duraſs*, quem canonicatu in eccleſia *S. Guidonis* curia Spirenſis per ſententiam privaverat, curia Moguntina per ſententiam reſtituerat.

Denuo nunc inſtante curia Spirenſi proponitur. Eadem, quæ erat, nunc cauſa eſt. Eadem notantur dubia

I. *An ſubſtineatur privatio Joannis Jacobi Duraſs de Canonicatu, in caſu &c.*

II. *An eidem aſſignandum ſit Seminarium Epiſcopale uſque ad emendationem, in caſu &c.*

Non propoſita cum reliquis.

VA-

VADEN. REDDITIONIS RATIONIS. *Nicolaus Bizzarius* Vadenſis eccleſiæ archidiaconus, reædificando ſeminario ab Epiſcopo præfectus deputatus, poſt bene, uti affirmat, quinquennio ante redditas, tranſactas, & exæquatas rationes pecuniarum, quas in eam cauſam habuerat, denuo apud illam curiam *anno* 1755. ejuſmodi de re vocatus, cauſæ cognitionem ad Sac. Congregationem remitti obtinuit. Eam nunc ipſe volens proſequitur, ut ſuam famam vindicet, eamque, ſolemni Sac. Congregationis interpoſito judicio, integram deinde ſervet, atque obtrectatorum clamoribus, qui adhuc non ceſſant, finis detur. *Seſs.22. cap.8., & 9. de Reform.*

Ait, menſe *Junii* 1750. ſe coram Epiſcopo, & deputatis pleniſſimam de omni percepta, atque impenſa, uti debuerat, pecunia rationem reddidiſſe: exhibita, ac perpenſa cum ſumma maturitate monumenta: dati, & accepti approbatum calculum: conſtitiſſe tunc de ſuo reliquo credito in *ſcut.9. 74.*: ſupputationem ita factam laudaſſe cunctos: ejus rei datam ſcripturam: Epiſcopum præſentem, videntem, perquirentem diligentiſſime omnia, inveſtigantem, circumſpicientem ſe omnibus ſubſcripſiſſe.

Addit, *anno* ſequenti 1751. *folium* hoc ſuæ rationis redditæ, ſimul cum aliis adminiſtrationis æconomi ſeminarii libris, fortuito combuſtum. Ideo concordi ſententia, & bona fide tunc coram Epiſcopo, ac deputatis *die* 23. *Octobris* ejuſdem anni novum *folium* ſuæ rationis conſcriptum fuiſſe: *il ſignor Prepoſto diſſe d'aver preciſa memoria, che il predetto ſignor Bizarri in occaſione d'altra congregazione tenutaſi parimenti avanti Monſignor'Illuſtriſſimo, alla quale era anche intervenuto il ſignor canonico Andreoli, ſignor D. Filippo Bartoli, ed altri, faceſſe oſtenſibile l'iſteſſo conteggio, qualificato con documenti, e ricevute, approvato, e ſottoſcritto in foglio dallo ſteſſo Monſignor'Illuſtriſſimo, e dagli preſenti, e convocati, e riportato creditore di ſcudi nove, e bajocchi, che così reſtò fermato, e perche l'iſteſſo foglio, aſſieme con altri documenti, per mero accidente reſtò incendiato, è ſtato neceſſario di venire a nuova reviſione già dimoſtrata a car.16. di nuova reviſta: per il che reſtò conchiuſo, e ſtabilito, che veniſſe abolito il dicontro credito di ſcudi 7., e 97., e che foſſe dichiarato creditore di ſcudi 9. 74. moneta romana, giuſto il conto ſtabilito nell'accennata, e preventiva congregazione, come ſi è veduto da un foglio appreſſo il ſignor D.Luca Duci economo eſercente del ven. Seminario. Onde atteſa la ſpeciale, e fedele amminiſtrazione del ſudetto ſignor Bizarri riconoſciuta veramente fatta con particolar'attenzione, ed aſſiſtenza nell'intereſſi del ven. Seminario, per tale intereſſe gli ſi fa il ſaldo in forma, ſalva la ragione del ſuo credito ſotto il ſudetto giorno firmato di ſcudi 9. 74.* Deputatos, & Epiſcopum meminiſſe de omnibus; cuncta approbaſſe; libentiſſimo animo ſtatim ſe ſubſcripſiſſe: *æconomum* ita etiam ſuæ adminiſtrationis rationem reddidiſſe, *con diverſi fogli ſciolti liga-*

ligati , e libretti per deficienza de' libri originali , ſtante l'accidente accaduto dell'incendio de' medeſimi .

Verumtamen , neſciri quo fato , mutatam ſubito rerum faciem vidiſſe ; in curia ſe accuſatum , quod dolo malo fecerit , ut incendium accideret; quod depoſitam pecuniam ſeminarii ſubtrahere tentaſſet perrupta arca . Per triennium poſtea quieviſſe calumniam ; inſtauratam deinde *anno* 1755. . Hinc ad Sac. Congregationem , petente ſe , negotium delatum . Implorare nunc propterea EE. Patrum fidem, ut a calumnia hac , jam calumniæ formidine diu vexatum,innocentem hominem liberent . Formidinis juſtam dediſſe cauſam tot *relationes* Epiſcopi , qui in ſuis , quas agit, variis litibus, ſemper , ac perpetuo hunc dolum refricat , commemoratque , hoc crimen *archidiaconi* profert; quia *archidiaconum* præcipuum ſuum contradictorem prædicat .

Adjicit in jure certiſſimum eſſe,ſemel reddita ratione,quemcumque adminiſtratorem liberari *Rot. coram Anſald. deciſ.*223. *num.*2. *in Romana redditionis rationis* 3. *Junii* 1752. §.4. *coram Emo Elet antutio , & in Romana , ſeu Trojana reddit ionis rationis* 8. *Februarii proxime elapſi* §.4. *coram Cornelio .*

Defeciſſe doli cauſam ullam cur igne ſcripturam abſumeret. Non impugnari , rationem ante legitime redditam , ipſius Epiſcopi manu extitiſſe obſignatam ; cur iccirco dolo faceret , ut eam ſcripturam ſuæ ſecuritatis amitteret? Recentia tunc fuiſſe omnia ; ante geſtorum facile repetendam recordationem paucorum menſium ſpatio non vaneſcentem,non imminutam . Facto ipſo compertum, quod de cunctis meminerint omnes , & ſine ulla dubitatione,*archidiaconi* liberationem antea factam confirmaverint .

De arca autem depoſiti certum eſſe , inquit , nihil tunc pecuniæ depoſitæ extare , neque poſſe id ſibi ignotum eſſe . Cur arcam frangeret , ac infame hoc delictum admitteret innocentiſſimus omni vita homo , & nobilis , quem nulla ſuſpicio unquam læſerat , quem nemo objurgatorum de hoc unquam temeraverat . Reminiſci debere Epiſcopum eas laudes , quas poſt ipſum incendium *archidiacono* dedit iteratis literis *anno* 1752., 1756., & 1761. Advocatum pauperum *archidiaconum* elegiſſe , & examinatorem ſynodalem ; ac , ut Vicarii munus acciperet,rogaviſſe . Accedere teſtimonium totius capituli , ac civitatis univerſæ , Cætera ex ſcriptis .

Deputati ſeminarii declararunt ſe non adverſari archidiacono . Promotor curiæ, licet monitus, nihil dedit adhuc.

Imperatores *Theodoſius* , & *Valent.* reſcripſerunt : *ſemel ſecuritatem de refuſione munerum emiſſam, ab alio judice non liceat refricari ; & ideo ſpectabilitas tua ſaluberrimæ , ac juſtiſſimæ perceptionis forma ſecuta , prohibebit in poſterum eos ad diſcuſſionem trans-*

*tra nſacti muneris conſtringi, quos claruit acceptæ ſecuritattis proſperitate lætari : l.ſemel cod.de apoch.publ. lib.*10.

Certiſſima hæc juris doctrina obtinet, niſi de errore calculi apertiſſime doceatur : *errorem calculi, ſive ex uno contractu, ſive ex pluribus emerſerit, veritati non afferre præjudicium, ſæpe conſtitutum eſt : unde rationes, etiam ſæpe computatas, denuo tractari poſſe, ſi res judicatæ non ſunt, vel tranſactio non intervenit, explorati juris eſt l. unica cod.de errore calculi lib.*10.

Juriſtæ omnes de hac doctrina conſentiunt, hanc ipſam laudavit *Rota Januen. dec.*165.*num.*6., *Rot. Rom. coram SSmo dec.*48. *num.*8., *& in Melevitana redditionis rationis* 15. *Februar.* 1751. *§.*3. *cor.Emo Molino.*

Videndum quid probetur in facto de hoc errore : quid itidem probari poſſit poſt tranſactas, & æquatas iteratis vicibus rationes ; itaut deputati, & Epiſcopus ſe turpiter deceptos fateri debeant, quod facillimum creditu non eſt.

Advertendum, quod duæ ſunt ſententiæ redditionis, non tres, ut archidiaconus dicit. Nova etenim diſpunctio facta a Franciſco Clavari *die* 21.*Octobris* 1751. illa eadem eſt, quæ biduo poſt ab Epiſcopo, & deputatis probata, & legitima dicta eſt. Proponitur

An conſtet de legitima redditione rationis, ita ut archidiaconus non ſit amplius moleſtandus, in caſu &c.

VADEN. SUPELLECTILIUM. San.mem. Urbanus VIII., dum Vadenſis Eccleſia erigeretur, *anno* 1639. Vadenſi capitulo bona omnia ſodalitii *Conceptionis* Beatæ Mariæ Virginis dedit, *cum onere ſolvendi trecenta ſcuta annua miniſtris, ſeu rectori ſeminarii hujuſmodi pro alumnorum illius ſuſtentatione, ac feſtum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis juxta ritum ſanctæ Matris Eccleſiæ, cum diſtributione cereorum benedictorum quotannis celebrandi, nec non verbi Dei prædicatori adventus tempore, congrua alimenta præſtandi, ipſamque eccleſiam, & illius fabricam, ac ſacriſtiam manutenendi, & rebus neceſſariis inſtruendi.* *Seſs.*22. *decret. de obſerv. & evit. in celebr.miſs.*

Sequenti anno capitulum (incertum eſt an ſatis conſulto) eadem ceſſit ſeminario Epiſcopali ; eamque ceſſionem certis datis legibus idem Pontifex approbavit : *La Santità di Noſtro Signore ſi contenta di approvare quanto ha ſtabilito il capitolo di Sant' Angelo in Vado circa il rinunziare a quel ſeminario i beni applicatigli della confraternita ſuppreſſa ; reſtando il ſeminario obbligato a ſodisfare i peſi, a' quali prima ſoggiacevano, e particolarmente a pagare cento ſcudi alla ſagriſtia, conforme all'obbligo fattone dalla confraternita nell' erezione del Veſcovado ;*

do ; e ſe ſodisfatti i detti peſi , e dedotti ſcudi 300. *per il ſoſtentamento del ſeminario , vi reſterà alcun' avanzo , ſi applichi alla ſagriſtia , o ad altro uſo pio , ad arbitrio del Veſcovo .*

Capitulum modo poſtulat , ut reditus, qui ſuperſunt,primum ſacrario ſuæ eccleſiæ dentur pro inſtauranda , uti decet , ſacra ſupellectili , qua ſummopere indiget . Hæc ſuo loco dicenda hic erant . Cætera , quæ ad ſuas querelas pertinent , in ſcriptis circumferendis videnda ſunt .

Sciendum tamen eſt Epiſcopum ſuæ *relationi* ſtatus eccleſiæ , occaſione viſitationis ſacrorum liminum *anno* 1762. , addidiſſe *poſtulatum* de his reditibus ſeminarii , quæ ultra ſcuta tercentum abundant , ac reſponſum habuiſſe : *ad III. poſtulatum , de eo , quod ſupereſt ex reditibus ſeminarii Vadenſis , illud ſic diſpartiri jubet Sacra hæc Congregatio , ut quidquid ſupereſt ex reditibus , qui proveniant ex ſcut.* 300. *ad ſuſtentandos alumnos deſtinatis , id omne accreſcat eidem ſummæ tercentum ſcutorum , ut auctis reditibus numerus etiam alumnorum poſſit augeri . Reliquum vero pecuniæ , quæ aliunde quam ab illis* 300. *ſcutis provenerit , potes quidem in reconcinandas epiſcopales ædes , ut bene habitentur , aut eccleſiæ cathedralis ſacram ſuppellectilem inſtruendam inſumere: cur autem ſic Eminentiſſimi PP. cenſuerint, ex ipſa Card. Barberini epiſtola ratio tibi petenda eſt , in qua* 300. *ſcuta alendis in ſeminario alumnis dilucide deſtinata eſſe declarantur .*

Inquit igitur modo capitulum , illam primam conceſſionem bonorum ſibi factam cum onere *eccleſiam, & illius fabricam, ac ſacriſtiam manutenendi, & rebus neceſſariis inſtruendi* . Suam ceſſionem bonorum approbatam fuiſſe a Pontifice clariſſima lege , *che ſe vi reſterà alcun' avanzo ſi applichi alla ſagreſtia, o ad altro uſo pio ad arbitrio del Veſcovo .*

Hinc primum ſacrario ſuccurrendum , cui videtur ante omnia Pontificem providiſſe . Ita etiam de jure eſſe , cum ſacra ſupellex pro divini cultus decore , & multo magis pro neceſſitate , potior quibuſcumque aliis habenda ſit . Ita, inſpectis verbis ipſis , Pontificem conſtituiſſe.

Arbitrium unice Epiſcopo relictum eſſe de iis , quæ expleta neceſſitate eccleſiæ fortaſſe exuberarent: ne alias vel commodior Epiſcopi habitatio , vel locupletior proventus ex fundis anteponantur divino cultui , cui ex receptis Eccleſiæ regulis cuncta , ante quæcumque alia , deſtinantur , ac ſerviunt .

Ita priores Antiſtites eam legem perpetuo intellexiſſe : ita facere perpetuo conſueviſſe . Agnoviſſe id ipſum hodiernum Epiſcopum , qui non modicam ſummam ſacrario dandam verbis cenſuit , quod opere non implevit .

Rejicienda propterea eſſe , quæ de ædibus epiſcopalibus , vel de augendo , ac inſtruendo *menſæ* Epiſcopalis fundo parum opportune afferuntur . Satis ſuperque utrique rei , ſive ſuo com-

commodo, ſive augendis reditibus *menſæ* per ſe conſuluiſſe Epiſcopum, qui eo obtentu, non exiguo annorum ſpatio, capitulum eluſit ſemper; neque ullum obolum toto ſuæ adminiſtrationis tempore contulit pro illa eccleſiæ, ſeu ſacrarii neceſſitate, quæ certa erat, & quam in ſuis decretis, & in ſuis *relationibus*, quæ apud monumenta cauſæ ſunt, Epiſcopus ipſe agnovit ſemper, comprobavitque. Patere hæc omnia evidentiſſime ex rerum præteritarum narratione, quam capitulum non brevi ſermone perſequitur.

Promotor curiæ nihil dedit adhuc. Expectandæ ejus reſponſiones ſunt.

Prima certe conceſſio *anni* 1639. unice *ſeminarium, & eccleſiam* reſpexit. Approbatio ceſſionis bonorum facta *anno* 1640. expreſſam habuit conditionem: *reſtando il ſeminario obbligato a ſodisfare i peſi, a' quali prima ſoggiacevano &c. E ſe ſodisfatti i detti peſi, e dedotti ſcudi trecento per il ſoſtentamento del ſeminario, vi reſterà alcun' avanzo, ſi applichi alla ſagreſtia, o ad altro uſo pio ad arbitrio del Veſcovo.*

Conſiderandum profecto, an arbitrium datum Epiſcopo, intelligatur tantummodo de pecuniis, quæ poſt eccleſiæ, & ſacrarii expletam neceſſitatem abundant, ut primæ conceſſioni hæc approbatio conſentanea, quemadmodum eſſe debuit, videatur.

Reſponſum datum *anno* 1762. poſtulatis Epiſcopi, unice hanc veterem Pontificiam approbationem ante oculos habuit. Adverteudum ſcuta tercentum data capitulo ex legato *Birgittæ Mincini* cum reſcripto Sac. Congregationis *diei* 8. *Maji* 1762. erogari debuiſſe *pro pavimento, & fabrica eccleſiæ, & turris campanariæ*. Quæritur

An, & in quos uſus eroganda ſit ſumma ultra ſcut. 300., *quæ ſupereſt ex annuis reditibus ven. Seminarii Vaden., in caſu &c.*

Die Sabbati 24. Auguſti 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

EX proxime *die 3. hujus menſis* habita Congregatione, tres ſuperſunt cauſæ, in hac proponendæ.

Seſs. 24. cap. 12. de Reform., & *ſeſs. 25. cap. 14. de Reform.*

SPIREN.

I. *An ſubſtineatur privatio Joannis Jacobi Duraſs de Canonicatu, in caſu &c.*

II. *An eidem aſſignandum ſit Seminarium Epiſcopale uſque ad emendationem, in caſu &c.*

Dilata, & ſcribatur per duos Canoniſtas.

Seſs. 22. cap. 8., & 9. de Reform.

VADEN. REDDITIONIS RATIONIS.

An conſtet de legitima redditione rationis, itaut Archidiaconus non ſit amplius moleſtandus, in caſu &c.

Non propoſita cum ſequentibus.

Seſs. 22. decr. de obſerv., & evit. in celebr. miſs.

VADEN. SUPELLECTILIUM.

An, & in quos uſus eroganda ſit ſumma ultra ſcut. 300., quæ ſupereſt ex annuis reditibus Seminarii Vaden., in caſu &c.

Seſs. 24. cap. 12. de Reform.

LEODIEN. Comes de *Hoensbroeck* canonicus *ſcholaſticus* capitularis eſt *Sanctæ Mariæ Aquiſgranenſis*, & eſt canonicus cathedralis eccleſiæ Leodienſis. *Scholaſticus* dignitas capituli non dicitur, ſuos habet peculiares reditus, ſex menſes, ſeu 183. dies in annum reſidere tenetur; ſalva autem *reſidentia*, per *viceſcholaſticum* e gremio capituli omnia imple-

implere poſſe affirmant. Nuperrime ab Ordinario Leodienſi in *cancellarium*, ac in canonicum *a latere continuum* aſſumptus eſt.

Dubitavit capitulum *Aquiſgranenſe*, an tempore, quo *ſcholaſticus* Ordinario Leodienſi inſervit lucrari poſſit ſuos fructus, ob ſuæ eccleſiæ exemptionem; atque ejus rei declarationem a S. Congregatione petit. Ordinarius cenſet illum ſuo jure poſſe lucrari fructus, nec indigere, ut hoc *concedatur*, & *adjudicetur ex gratia*.

Facti hiſtoria ex ipſa authentica capituli ſcriptura, eſt: *d. comes de Hoensbroeck eccleſiæ cathedralis Leodienſis canonicus, eſt etiam canonicus capitularis, diaconus, & ſcholaſticus eccleſiæ regalis Beatæ Mariæ Virginis Aquiſgranenſis, requirentis ſingulis annis reſidentiam ſex menſium, vel* 183., *dierum ad lucrandos fructus præbendæ, ac ſub pœna foraneitatis.*

Scholaſteria autem [*quæ eſt nominationis laicalis, ſcilicet Regis Beruſſiæ, & Electoris Palatini, ac ſeparatos habet reditus, nec non juxta juramentum ſcholaſtici in num. primo etiam requirit debitam perſonalem reſidentiam*] *ſalva dicta reſidentia per viceſcholaſticum ex gremio capituli adminiſtrari poteſt, vel conſuevit, nec in dicta eccleſia Aquiſgranenſi eſt dignitas.*

Reverendiſſimus, & Celſiſſimus Dominus electus, & confirmatus Epiſcopus, & Princeps Leodienſis dictum Dominum Comitem de Hoensbroeck teſtantibus literis patentibus hic ſert. num. 2. *copialiter annexis, non ſolum denominavit in ſuum, & patriæ Leodienſis cancellarium, ſed etiam in ſuum a latere canonicum continuum aſſumpſit.*

Idem d. comes propterea poſtulat juxta decretales in cap. de cætero, & ad audientiam de cleric. non reſiden. in Eccleſia Aquenſi haberi pro præſente, & ſibi reſponderi de fructibus præbendæ, & ſcholaſteriæ.

Regale capitulum Aquiſgranenſe e contra ſuſtinet, ſe ad hoc non teneri: quia dicta eccleſia Aquenſis eſt eccleſia regalis, & capella Coronationis Regis Romanorum a Divo Carolo Magno extructa, & fundata, extra patriam Leodienſem ſita, ſemperque fuit, & eſt exempta, ac ſoli Summo Pontifici ſubjecta, conſequenter licet ſit in diœceſi Leodienſi, non tamen eſt de diœceſi, ſed habetur vigore ſuæ exemptionis tanquam particulare territorium ſubjectum ſoli Pontifici, & immune a quolibet Ordinario, prout de hac eccleſia regali pluribus edixit Sacra Rota coram Merlino die 14. *Martii* 1642. *in quadam cauſa Leodien. canonicatus deciſ.* 891. *Quam deciſionem etiam exhibet Verhorſt in addit. ad tract. Eraſmi a Chokier de juriſdict. Ordinar. in exempt. par.* 4. *quæſt.* 29.

Cum tamen regale capitulum abſque conſequentia, & ullo exemptionis ſuæ præjudicio, in reſpectum Celſiſſimi Domini Epiſcopi, & Principis Leodienſis, atque ex amore domini ſui confratris, libenter deferre vellet hujus petitioni, contra vero dubitet, an idipſum propter diſpoſitionem Sac. Conc. Trident. ſeſs. 6. *de Reform. cap.* 2.

cap. 2., *& alibi, ac cæteras præfatas circumſtantias tuta conſcientia facere, hoc eſt, ipſum D. Comitem pro præſente habere, eique de fructibus præbendæ, ac ſcholaſteriæ, nec non de jure, turni (de quo in clauſula concernente ſub num.* 3.) *reſpondere poſſit. Hinc Sacræ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum declarationem hoc ſuper puncto humillime petit.*

Interrogatus *officialis* Leodienſis, ſub die prima præſentis menſis *Maji*, reſpondit: *occaſione precum capituli Aquiſgrani directis mihi a Sacra Congregatione Concilii litteris humiliter obſecutus, meliori, quo potui, modo, audivi intereſſe habentes.*

Capitulum in primis ſe remittit ad facti ſpeciem, quam exhibitam fuiſſe aſſerit Sac. Congr. cum tribus adjunctis, quorum primum incipit per hæc verba notatu digna; ab hac hora in antea juro ego N. N. Scholaſticus Eccleſiæ B. Mariæ Aquenſis Leodien. Diœceſis, quod ero fidelis &c. ſecundum exhibit. litteras patentes Celſiſſimi, & Reverendiſſimi Leodien. denominantis d. comitem de Hoensbroech in ſuum canonicum a latere. Tertium dicit: Capitularis autem, qui jure turni utetur, ſit reſidens, & pro reſidente illo anno reputatus &c. tum de novo producit reperta quædam, numero quinque ad cauſam, ut ait, pro & contra facientia. Ex 1. *evincitur ſcholaſteriam, de qua, non eſſe dignitatem, & ſalva debita reſidentia, per vice ſcholaſticum ex gremio capituli adminiſtrari poſſe, & conſueviſſe. Ex* 2 *eruitur, ſtatutum illorum juratum de perſonali reſidentia, auctoritate Apoſtolica fuiſſe confirmatum. Ex num.* 3. *probatur capitulum* 1589. *rejeciſſe requiſitionem Arnoldi Bucholtz ſuæ Eccleſiæ canonici prætendentis ſe haberi pro præſente, ſub prætextu, quod eſſet de conſilio ſecreto exiſtentis tunc electoris Colon., & epiſcopi Leodien. Ex* 4. *habetur eamdem eodem anno repulſam paſſum eſſe, eique acquieviſſe ſuum tunc decanum poſtulantem ſimi iter ſibi in abſentia reſponderi de fructibus ſub obtentu, quod eſſet ab Elect. Colon. nuncupatus Legatus ad Cæſarem in quadam cauſa Argentoratenſi. Ex* 5. *demum, & poſtremo diſcitur, quemdam Othonem dicti capituli quondam Præpoſitum reditus ſcholaſteriæ amiſiſſe, & voluiſſe, ut non conferretur, niſi canonico reſidentiam facienti. Denique in hæc verba concludunt: certum eſſe credimus in noſtra haud poſitum eſſe poteſtate d. comitem de Hoensbroeck a reſidentia liberandi, ipſique de fructibus præbendæ, & Scholaſteriæ reſpondendi. Unde conſcientias noſtras deſuper exonerando Summi Pontificis, vel Sacræ Congregationis Concilii declarationi nos humillime ſubjicimus. Hæc ſunt, Eminentiſſime Domine, quæ ex tranſmiſſis mihi a capitulo authenticis extractibus percepi. Illuſtriſſimum d. comitem de Hoensbroeck ob inveſtituram hujus Principatus, & multa alia negotia tam ſpiritualia, quam temporalia a pluribus hebdomadibus in Aula Cæſarea morantem perſonaliter audire non potui; vice ejus conſtitutus Procurator hæc mihi ſignificavit. Satis conſtare ex praxi, & ex pluribus declarationibus Sac. Cong. Concil. Unum, vel duos*

cano-

canonicos Epiſcopo inſervientes juxta privilegium ad favorem Epiſcoporum in cap. de cætero de cleric. non reſiden. lucrari præbendam ſuorum canonicatuum, d. comitem unum ex his eſſe, ut patet ex literis Epiſcopi Leodien. eum aſſumentis, & formiter nuncupantis in ſuum a latere canonicum continuum, contra evidens juris clauſi privilegium capitulum difficultates, ſcrupuloſque inſubſiſtentes regerere, dum in qualitate ſupradicta ab eo poſtula. is ſibi in abſentia reſponderi de fructibus ſuæ præbendæ, & Scholaſteriæ: exempla repulſæ DD. Arnoldi Bucholtz, & decani non eſſe ad rem: concedi, non quodli et ſervitium Epiſcopi præbere jus abſentiæ privilegiatæ d. comitem non qua ſupremum Cancellarium, Præfectumque conſilio ſecreto, ſed qua canonicum familiarem, & a latere id poſtulare, nequidquam amplius afficere ſtatuta de perſonali reſidentia eſſe juramento firmata, abſentes quippe non debere dici, ſed præſentes, qui in Epiſcopi, & eccleſiæ ſervitio commorantur, dicta ſtatuta, juramentaque non obſtitiſſe, quominus de fructibus præbendæ, & ſcholaſteriæ ipſi reſponderent (ſicut de facto reſponderunt) dum pro ipſiuſmet capituli, eccleſiæque particularibus negotiis non reſedit, & obſtabunt, dum de bono totius diœceſis agitur. Cum itaque legitime corpore licet abſens fictione, privilegioque juris revera ſit præſens, jure merito audet confidere, Sac. Cogr. Conc. benigne declaraturam D. Comiti oranino ſuffragari in caſu gratiam abſentiæ, ipſique fructus Præbendæ, & Scholaſteriæ cum jure Turni deberi, vel ſaltem ſine ullo ſcrupulo concedi poſſe a Capitulo. Et hæc tandem ſunt Emē Dñe, quæ utrinque apud me dicta fuere.

Attentis autem præſtantiſſimis dignitatis viri meritis, negotiis hujus diœceſis, & Principatus cum maxima ſui laude, & Publici ſatisfactione occupatiſſimi, liceat mihi privatim Eminentiæ Veſtræ reverenter ſupplicare, ut ſi fortaſſis (quod non reor) non foret evidens, d. comiti prædicta de jure deleriis caſu eidem concedatur, & adjudicetur ex gratia, ſapientiſſimo Sac. Congregationis oraculo ſic temperatis terminis, ut & ſuum ſtet Epiſcopo jus, & illud Capituli, ſi quod eſt, non tangatur, & me itiſſimi viri votis pro majori hujus eccleſiæ, & diœceſis bono ſatisfiat.

Non inopportunum erat, ut hæc omnia haberentur ſub oculis.

Pro *ſcholaſtico* dicitur certam eſſe juris regulam, canonicum, quem Epiſcopus ſibi aſſumit, haberi pro præſente, & reſidente, ac lucrari fructus præbendæ *cap. de cætero 7. de Cler. non reſiden.*, *Loter. de re benef. lib.3. quæſt.12. num.190.*, *Ceccoper. lucubr.can. lib.2.tit.11. num.13.*, *Scarfa ton. ad Ceccoper. lib.2. tit.11. num.12.*, *Benedict. XIV. in inſtit. Eccleſ. inſtit.107. num.58.*

Eamque habere locum tametſi capitulum diſſentiat *Fagnan. in dicto cap. de cætero num.5. & 6.*, *Monet. de diſtrib. par.2. quæſt.8.*, *Barboſ. de Canon. cap.25. n.5.*, ac etſi ipſius capituli de reſidendo peculiares leges, ac conſtitutiones adſint etiam auctoritate Apoſtolica, ac jure jurando canonicorum

rum firmatæ *Lauren. de for. benef. tom.* 1. *quæſ.* 105., & ſive agatur de cathedrali, ſive collegiata *Barboſ. de canon. cap.* 25. *num.* 5.

Exempla autem a capitulo *Aquiſgranenſi* allata non mutare hanc regulam, quia caſum non tangunt canonici ab Epiſcopo in ſui ſervitium aſſumpti, de quo apertiſſimæ canonicæ leges ſunt.

Nec dubitari poſſe civitatem *Aquiſgranæ* extare in diœceſi Leodienſi. Pluries de hac controverſia interrogatam *Rotam* id conſtantiſſime, re plene cognita, reſpondiſſe *Leodien., ſeu Aquiſgranen. Juriſdictionis* 5. *Decembris* 1687. *coram Urſino*, *in Leodien. Juriſdictionis* 17. *Junii* 1699., *&* 15. *Martii coram clar. mem. Card. Scotto*, *&* 29. *Aprilis*, *&* 1. *Julii* 1701. *coram clar. mem. Card. Priolo*, *& diei* 11. *Maji* 1748. *coram clar. mem. Card. Caprara*.

Quamobrem capitulum *Aquiſgranenſe*, & canonicos non liberari a juriſdictione *territoriali*, a lege diœceſana, & ab obſequio, & reverentia erga Epiſcopum; ac teneri ad bonum, & utilitatem diœceſis univerſæ convenire cum cæteris. Reliqua ex ſcriptis, quæ ex parte Ordinarii, & *ſcholaſtici Hoensbroeck* dantur.

Capitulum nihil de novo addit. Allata autem ſunt ſcripta nomine canonici *Aquiſgranenſis Henrici Cornelii*, qui ultro in hanc diſputationem pro liberanda, ut ait, ſui animi religione, atque anxietate concurrit. Suas animadverſiones ex facto offert. Nempe I. ex propria canonici *Hoensbroeck* confeſſione aperte conſtare *ſcholaſteriam* eſſe veram, & propriam dignitatem; onus habere *arctæ*, *& perſonalis* reſidentiæ; ac ejuſdem officium per *viceſcholaſticum* adminiſtrari nec conſueviſſe unquam, nec licuiſſe. II. Patronos *ſcholaſteriæ*, duos quidem potentiſſimos Germaniæ Principes, ſemper ad eam nominaſſe qui reſideret: qui ideo non reſidet, ut fructus ejus præbendæ habeat, periculoſum eſſe. III. Eam ob rem nullum antea ejuſmodi rei datum exemplum.

IV. In literis Innocentii IV. 12. *Kalend. Septembris* 1250. expreſſe cautum eſſe: *nullum ejuſdem Eccleſiæ Aquiſgranenſis canonicum ad percipiendos ullos proventus admittat, niſi Divinis inſiſtens obſequiis perſonaliter reſideat in eadem, quibuslibet indulgentiis cuicumque perſonæ ab Apoſtolica Sede conceſſis, huic contrariis nequaquam obſtantibus.*

V. Munus, de quo eſt ſermo, ad quod aſſumitur *ſcholaſticus Hoensbroeck*, nihil pertinere ad utilitatem, aut ſervitium eccleſiæ *Aquiſgranenſis*, quæ interim, ſine ulla ſua utilitate, debito ſui canonici defraudaretur obſequio. VI. Imo ſuum *ſcholaſticum* evectum ad munus *cancellarii*, quod *politicum* eſt, ac valde quæſtuoſum, inconveniens eſſe, ut etiam fructus *ſcholaſteriæ* perſequatur, ac teneat.

Demum certat privilegium juris de canonicis ab Epiſcopo aſſu-

aſſumendis nullo modo extendi ad canonicos habentes dignitatem, aut officium, cui aliquod deſignatum certum, & peculiare ſervitii onus injunctum ſit.

Celebres duo in jure canonico textus ſunt de canonicis Epiſcopo inſervientibus ad tit. *de cler. non reſid.*. Alexander III. in *cap. de cætero* reſcripſit: *ſtatutum ne a canonicis, donec in ſervitio ſuo fuerint, quidquam ſubtrahi debeat, vel auferri, quod de communitatis ſibi beneficio debetur: niſi forte ſint victualia, quæ non conſueverunt abſentibus exhiberi.* Honorius vero *III. in cap. ad audientiam* 15. *eod. tit.* hæc habet: *ad audientiam noſtram pervenit, quod cum in Melden. eccleſia quædam ſit conſtitutio vallata juramento, & auctoritate Sedis Apoſt. confirmata, ut canonici, qui non reſident in eadem, ſuarum priventur fructibus præbendarum, illis exceptis, quos infirmitas excuſaret, ſive in Apoſtolicæ Sedis ſervitio contingeret detineri, & infra. Decernimus, ut duo ex canonicis eccleſiæ memoratæ in tuo ſervitio exiſtentes ſuarum fructus integre percipiant præbendarum, cum abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui tecum pro tuo, & ipſius Eccleſiæ ſervitio commorantur.* Ob eam certe rationem, ut innuit textus, & declarat *gloſs. in cap. de cætero*: *quia Epiſcopo inſerviens ipſi eccleſiæ inſervit.*

Concilium Tridentinum de reſidentia canonicorum clariſſimas leges dixit *ſeſs.* 24. *cap.* 12. *de reformat.*, ſed de inſervientibus Epiſcopo nullum ſermonem habuit. Hinc præcedentes ſanctiones non immutaviſſe, communiter apud canoniſtas receptum eſt

Sac. Congregatio in una *Feſulana* 4. *Junii* 1633. reſpondit: *ex privilegio inſerto in corpore juris Epiſcopum uti poſſe opera duorum canonicorum ſive cathedralis, ſive collegiatæ, eoſque interim lucrari fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas, quod ſi omnes fructus ejuſmodi diſtributionibus conſtent, tum percipere eos debere duas tertias illarum partes, amiſſa tertia, quæ inſervientibus accreſcat lib.* 14. *decret pag.* 744. Ita pariter cenſuit *in Averſana* 10. *Martii* 1635. *lib.* 15. *decret. pag.* 168., & *in Sypuntina diſtributionum* 29. *Aprilis* 1702. in qua reſpondit: *danda eſſe decreta, & ſignanter in dicta Feſulana, & Averſana &c. ut in lib.* 52. *decret. pag.* 160.

Dubitatio hinc unica eſſe poteſt, an locum habeat hęc regula in eccleſia ab Ordinarii juriſdictione exempta. Ponderandum ideo eſſet, cujus generis hæc exemptio ſit, quam eccleſia *Aquiſgranenſis* propugnat ſe habere: Videndæ *deciſiones Rotæ* in Leodien. Canonicatus 14. *Martii* 1642. *cor. Merlino* inter impreſſas 891. Leodien. Juriſdictionis 17. *Junii* 1699. *coram Scotto*, & 15. *Martii* 1700. *coram eodem*, & *diei* 21. *Aprilis* 1701. *coram Priolo*.

Ponderandum an *exemptio* ſolum *paſſiva* ſit; ideoque eadem ratione [illegible] privilegii concurrat: quia ejuſmodi *exemptio* ab Epiſcopi juriſdictione non liberat, de *viſitatione*, *de corrigendis moribus*, *de diſciplina*, *de legibus ſynodalibus*, Sac. Congreg.

Januen. 4. *Julii* 1722., *Gnesnen.* 14. *Aprilis* 1729., *Bened. XIV. de ſynod. lib.* 13. *cap.* 4.

Advertendum, neſciri unde canonicus *Cornelius* hanc *ſcholaſtici Hoensbroeck* ſumat confeſſionem, quod *ſcholaſteria* ſit vera, & propria dignitas, & quod adminiſtrari nequeat per *viceſcholaſticum*. Capitulum in ſua ſpecie facti ad Sac. Congregationem tranſmiſſa, & *officialis* Leodienſis in ſua *relatione*, quæ dantur ſupra, contrarium dicunt. Proponitur

An Comes de Hoensbroeck canonicus, & ſcholaſticus Collegiatæ Eccleſiæ B. Mariæ Virginis Aquiſgrani in canonicum a latere continuum aſſumptus ab Epiſcopo Leodienſi, & in ejus ſervitio exiſtens, haberi debeat pro præſente, & reſidente ad effectum percipiendi fructus Præbendæ, & gaudendi jure turni, in caſu &c.

Seſs. 24. *cap.* 1. *de Reform.*

CAMERIN., SEU FABRIANEN.. De clandeſtino matrimonio inito *die* 4. *Februarii anno* 1760. inter comitem *Ludovicum de Vecchis*, & *Franciſcam Urbani* habetur *folium dici* 27. *Junii* 1761. Irritum dicebat *Ludovicus* conjugium fuiſſe ex defectu conſenſus, & *formæ*, quia duo præſentes teſtes nihil certi intellexerant. Propoſitis in Sac. Congregatione tribus dubiis I. *an conſtet de Matrimonio, & quatenus affirmative*, II. *an ſit locus coactioni*, III. *an ſit locus ſubminiſtrationi alimentorum, & ſumptuum litis in caſu &c.* Reſponſum eſt: *ad* I. *dilata, & examinentur teſtes formiter, ad* II. *dilata, ad* III. *affirmative, & ad D. Secretarium pro taxatione.*

Paritum eſt Sac. Congregationis imperio. Sed cum teſtes adverſus fidem prioris affirmationis vacillaſſent, reſque omnis magis quam ante perplexa, & indigeſta eſſet, hinc *die* 11. *Septembris* 1762. reſcriptum denuo eſt: *examinentur teſtes formiter in Urbe juxta inſtructionem*. Videndum ejus *diei folium eſt*.

Biennii tempus inde ſequutum excepit concordia inter partes inita. *Franciſca* clauſtralem vitam elegit. *Ludovicus* ſumptus in eam rem omnes, ac dotem promiſit, atque itidem *annua ſcuta tria* quoad mulier viveret.

Propterea ingreſſa eſt primum *Franciſca* monaſterium *S. Bartholomæi* in oppido *Saxi Ferrati*, uti conventum fuerat, ſed inde ob litem de matrimonio, quæ adhuc in Sac. Congregatione perdurabat, ab Ordinario ejecta eſt. Hinc monaſterium *S. Honuphrii Fabrianenſe* adivit, in quo nunc degit. Epiſcopus vero facultatem denegat, ut ad clauſtralem vitam profitendam admittatur, niſi Sacræ Congregationis judicium accedat. De hoc agunt *Ludovicus*, & *Franciſca*, conſentientibus animis.

Ajunt

Ajunt certam eſſe juris doctrinam poſſe unum ex conjugibus reſilire a matrimonio rato, ut ad ſtatum regularem tranſeat *can. deſponſatam* 27. *quæſt.* 4. *can. ſocietas diſt.* 27. *quæſt.* 2., *Fagnan. in cap. utrum de conv. conjug. num.* 2., & *Pignatel. conſ. can. tom.* 3. *conſult.* 12.. Idque habere locum, tametſi alter conjugum non conſentiat *cap. verum de converſ. conjug. Pirhingh. in jus can. lib.* 3. *tit.* 22. *num.* 44., & *plene habetur in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. matr. can.* 6.

Ambigi autem non poſſe ſuum matrimonium, qualecumque id fuerit, conſummatum non fuiſſe. Offerri etenim nunc utriuſque ipſorum juratum ſolemne teſtimonium de non conſummatione, quod ſatis in hujuſmodi rebus ſuperque eſt *can. extraordinaria cauſ.* 35. *quæſt.* 3., *Sanchez de matrim. lib.* 7. *diſput.* 113. *num.* 28. *Rot. coram Arguell. deciſ.* 8. *num.* 54. Agi de re difficillimæ probationis, quapropter aſſertionem ipſorum conjugum pleniſſimam fidem facere *Panormit. in cap. ſignificaſti* 18. *verb. credendum de homicid. n.* 7., *Urſaj. diſcept. eccleſ.* 12. *tom.* 1. *part.* 1. *num.* 39.

Neque obeſſe priorem *Franciſcæ* contrariam declarationem, non ſolemnem, non judicialem in prima cauſa productam, in qua de ſui matrimonii *validitate* pugnabat, *Rot. coram Farinac. volum.* 1. *deciſ.* 69. *num.* 5., & *ſequen.* Haberi nunc juratam, ac ſolemnem prioris aſſertionis revocationem. Teſtificari ſe de ſua ſeductione, ut cauſæ tunc inſerviret, ſe eam nunc deteſtari, & quidem ob meliorem partem, quam elegit, nempe ſe perpetuo dicandi Deo. Veriſimile non eſſe, ut quæ mundi illecebras religionis cauſa relinquit, alienum a vero dicat jurata, ut inter clauſtralis vitæ incommoda, ac duritiem ſe æternum perdat.

Addunt accedere in facto argumenta omnia conſummationem matrimonii excludentia. *Mulierem* ſtatim e domo ejectam. Retentum ibi *Ludovicum*. Illam a Fabrianenſi Vicario exoraſſe illico, ut inter clauſtrales virgines cooptaretur. Demum Epiſcopi affirmationem de matrimonii non conſummatione conſtantem eſſe.

Ad hæc non agi de matrimonio diſſolvendo, poſtquam conjuges diu ſimul vixerint, in quo vehemens præſumptio conſummationis ſit, ſed de matrimonio inito furtim, inter clamores parochi, teſtium exprobationes, & conſanguineorum turbas, rumoreſque, qui publica poteſtate, ut ſedarentur, neceſſe fuit. Cætera ex ſcriptis habentur.

Alia ex parte *defenſor ex officio* advertit *Franciſcam* faſſam fuiſſe conſummationem in ſua epiſtola exhibita in Sac. Congregatione die 27. Junii 1761. Advertit poſtea, ſi permittatur *Franciſcæ* monaſterium ingredi, ut niſi ibi ſolemnem profeſſionem emittat, ſuo nexu *Ludovicus* ſolutus intelligendus non ſit.

Epiſcopus in ſua *relatione diei* 16. *Februarii* 1765. narrat facti hiſtoriam de vocatis teſtibus, & parocho a muliere, *Ludo-*

vico prorſus inſcio ; de opera Vicarii , qui pro componendis differentiis per annos plures in vanum laboravit, comitibus ſemper obſtantibus . Addit ; *& ſane matrimonii conſummatio neutiquam expieri potuit , quandoquidem præceptum diſcedendi e domo mulieri injunctum executum non fuit in eam , quæ timore carceris correpta , adhuc religioſis teſtibus domi exiſtentibus, aufugit , & profuga de domo in domum migravit ; tandem poſt paucos dies tuta a pluribus reddita , quod meus Vicarius in publicum carcerem detrudi numquam permiſſiſſet , viribus collectis ad eumdem perrexit , eique intentionem ſuam aperuit veſtiendi ſcilicet religioſum habitum in aliquo virginum monaſterio , & in ea a dicto tempore perſiſtit voluntate , & uſque modo perſeverat hujuſmodi propoſitum* .

Concludit : *in ſenſu eſſem oratrici concedendam fore petitam licentiam veſtiendi habitum in ſupradicto monaſterio , illique tempore debito profeſſionem emittendi : comes enim Ludovicus de Vec his non ſolum nullum opponit impedimentum, quominus modo mulieris ſequatur veſtitio , & deinde profeſſio , verum etiam ſuum præſtat conſenſum* .

Concilium ſanxit : *ſi quis dixerit, matrimonium ratum non conſummatum, per ſolemnem religionis profeſſionem alterius conjugum non dirimi , anathema ſit canon. 6. ſeſs. 24.* Eo certe caſu non requiritur conſenſus alterius conjugum , qui per alterius ſolemnem profeſſionem liber eſt *cap. verum* 2. , *cap. ex parte* 14. *de converſ. conjug. Benedict. XIV. in tract. de ſynod. diœceſ. lib.* 13. *cap.* 12. *num.* 9. . Sed locum non habet in conſummato , niſi ambo conſentiant , & clauſtralem vitam eligant , ſive ſervandæ caſtitatis votum emittant *can. quia Agatho* 27. *quæſt.* 2. *cap. cum ſis, de converſ. conjug.*

Tota itaque inſpectio in facto eſt. Omnis conſummationis probatio ex aſſertione *Franciſcæ* habebatur , quæ nunc variat , ac jurata affirmat ſe deceptam dixiſſe , quod prius aſſeruit . Utraque mulieris teſtificatio ante oculos habenda eſt . Prima eſt apud acta cauſæ *diei* 27. *Junii* 1761. *num.* 3. Alia datur nunc .

Videndum itaque cui teſtationi ſit ſtandum . *Modeſtinus* ait : *teſtes , qui adverſus fidem teſtationis ſuæ vacillant, audiendi non ſunt, leg.* 2. *de teſtibus* . Sed æquitate canonica pluribus in circumſtantiis temperari hæc ſeveritas fortaſſe poſſet .

Ponderandum , quanti æſtimanda ſit affirmatio viri, qui ignobilem mulierem repudiat , atque abominatur : an locum habeat præſumptio favore mulieris non traductæ ad domum viri , in muliere , quæ domi erat . Ponderandum denique, quæ omnes circumſtantiæ nunc ſint . Conſiderandum mulierem certe meliorem partem eligere , nec præſumi profari falſum , ut ſæculo renunciet . Sed advertendum inopem fœminam difficilem certe cauſam contra potentem familiam habuiſſe . Nullum aliud concordiæ temperamentum inventum , teſtante ipſo Epiſcopo , *comitibus ſemper obſtan-*

stantibus. Advertendum concordiam initam *die* 4. *Junii* 1764. hinc quinto post die datam a muliere de non consummatione matrimonii testificationem.

De eo vero, *quod matrimonii consummatio neutiquam expleri potuit*, ponderandum, num quæ dicuntur antea de vocatis parocho, & testibus, *comite prorsus inscio*, de testibus domi existentibus, dum *mulier aufugit*, *& profuga de domo in domum migravit*, conveniant cum facti historia, quæ alias probata est, & cum ipsorum testium affirmationibus.

Varias profecto rerum circumstantias, ac probationum momenta Sac. Congregatio respexit semper in hujusmodi causis. Hinc varium, uti res postulabat, judicium dedit. Viden. resolutiones *in Pragen. matrimonii* 27. *Februarii* 1734., *in Lucana, seu Sarzanen. dispensationis* 26. *Septembris* 1739., *in Pennen. dispensationis* 29. *Maii* 1756., *in Corduben. dispensationis* 20. *Septembris* 1760., *& in Neapolitana matrimonii* 11. *Aprilis* 1761.

Quæritur

An liceat Franciscæ professionem emittere, in casu &c.

PACEN. Ecclesia *Pacensis* duos præter cæteros habet canonicatus, *theologalem*, & *magistralem*, quem vocant *de pulpito*. Hos conferre ad Episcopum, & capitulum pertinet. *Sess. 5. cap. 1. de Reform.*

Primum nuper obtinuit *Franciscus de Toleto*. *Magistralis* vacat. Orta est dubitatio de utriusque canonicatus muneribus, quæ implenda sint. De primo nempe super materia legendi. De secundo super concionibus, & quibus diebus agendis. Concordi animo S. Congregationis sententia exquiritur, quæ certam legem posteris dicat.

De *theologo* nulla quæstio in facto est. Historiam narrat capitulum, probat Episcopus. *Theologalem* canonicatum erectum fuisse *anno* 1581. *Theologos* ab ipsa erectione usque ad *annum* 1667. de *theologia morali*, seu de *casibus conscientiæ* lectiones habuisse. Sequenti anno hoc expresse ab Episcopo cum capitulo statutum fuisse: *canonicum eligendum ex præscripto*, *& more quotidianam horam in theologiæ moralis lectionem impensurum esse*. Secundum hanc legem edita edicta dum vacavit. Novos canonicos ab *anno* 1687. jure jurando interposito promisisse *se susceptum munus expleturos secundum morem*, *& præscriptum edicti*: nullum autem ab eo tempore ex canonicis susceptum munus impleviisse. *Anno* 1732. *theologum* contendere primum cæpisse se ad eam lectionem non teneri, quam is postea omni vita omisit. Propterea factum

ctum eſſe, ut *anno* 1762 vacante canonicatu Epiſcopus decreverit *canonicatui lecturæ inſervientem ad theologiæ moralis teneri lectionem, & proxime ad illum eligendum, ad id poſſe compelli*. Hinc, obtemperare repugnante *Franciſco Toleto*, concorditer poſtmodum ſtatuiſſe omnes, ut ejus rei conſultationem ad S.Congregationem deferrent, ejuſque ſententiam exciperent.

Ajebat tunc canonicus *de Toleto* hanc lectionem a Tridentini mente alienam. Suos deceſſores a centum prope annis non legiſſe. Nullam haberi neceſſitatem hujus lectionis, quam canonicus *pœnitentiarius* agit. Adeſſe in civitate regularium domos, in quibus tum *ſcholaſticæ*, tum *moralis* theologiæ lectio quotidie habetur. Ad ſacræ ſcripturæ expoſitionem, & interpretationem paratum, permittente Epiſcopo, ſe exhibuiſſe; ſed inutili conatu; auditorem habuiſſe neminem. Non teneri itaque ad ea, quæ ſuo muneri extranea ſunt.

Affirmat nunc capitulum, non eſſe alienam hanc lectionem a mente Synodi Tridentinæ, quæ *ſeſs.5. cap.* 1. *de Reformat.*, licet principio ad ſacram ſcripturam tantummodo reſpicere viſa ſit, tamen poſtea indiſcriminatim de ſacra ſcriptura, ac de theologia locuta eſt. Lectionum numerum, dies, modum, & materiam arbitrio Epiſcopi relictam eſſe *Garz. de benef.part.*1.*cap.*4.*n.*157, *Ventrigl.de præb.theolog.annot.*12. *§.*1.*num.*26., *Panimol.deciſ.*1.*annot.*18.*n.*4., *& Petra ad conſt.*2. *Innoc.VI. num.*48.

Uſum hunc in eccleſia *Pacenſi* ab initio obtinuiſſe. Conſtare ex monumentis priores canonicos integri ſæculi ſpatio eum ſumma religione ſervaſſe. Acceſſiſſe edicta omni tempore edita: poſteriores canonicos ad hoc ſolemni jure jurando ſe obſtrinxiſſe. Nihil facere, quod non impleverint. Abuſum fuiſſe; reprobandum itaque, non imitandum. Otioſum haberi in eccleſia theologum contra expreſſam legem Concilii eſſe. Obtemperandum itaque Epiſcopo, qui materiam legendi deſignat. Obtemperandum edictis communi conſenſu olim conſcriptis, ſine ullius contradictione latis, acceptatis a prioribus canonicis, ac jure jurando firmatis.

Nec referre, quod canonicus *pœnitentiarius* adſit. Non hinc detrahendum Epiſcopo, ut mandet *theologo*, quod pro neceſſitate populi *caſus conſcientiæ* explicet. Clericos ad regularium domos non accedere; poſſe autem cogi, ut ad eccleſiam veniant. Utiliorem ei clero, & populo *moralis* lectionem, imo & neceſſariam in iis regionibus.

De *theologo* in *relatione* Epiſcopi hæc habentur: *animi mei ſenſum aperiendo circa ſubjectam materiam dicere debeo canonicum actualem lectoralem hujus almæ eccleſiæ teneri incumbere lectioni, & explicationi theologiæ moralis, ſicut anteceſſores ab erectione fecerunt, & qui legerunt, numquam lectioni ſacræ ſcripturæ*

pturæ operam dederunt, quia auditores ad hanc lectionem non habent, nec ab initio habuerunt.

Hæc de *theologali*. De *magiſtrali* autem conſtat erectum fuiſſe *anno* 1474. a Sixto IV., & confirmatum a Leone X. Eorumdem Pontificum conſtitutiones refert *Garzias de benefic. par. 5. cap. 4. num. 169.*

Poſſeſſores hujus canonicatus contendebant ad ſolum capitulum ſpectare, ut conciones habendas ſtatueret. Hinc triginta annorum ſpatio vix ſemel concio habita eſt Vacante itaque nunc canonicatu Epiſcopus, & capitulum poſtulant, ut auctoritate Apoſtolica declaretur, *quod per ſucceſſores pro tempore in eodem canonicatu, ſeu præbenda magiſtrali de eant, ac præciſe ipſis incumbat onus per ſe ipſos concionandi [dummodo legitima cauſa non fuerint impediti] ſaltem quadrageſimali tempore, ac ſaltem in octava feſtivitatis Corporis Chriſti, ſemel rurſus in aliqua ex feſtivitatibus principalibus, comprehenſis illa S. Joannis Baptiſtæ uti Patroni ejuſdem eccleſiæ cathedralis, ſeu S. Petri Principis Apoſtolorum, vel Aſſumptionis B. Mariæ Virginis in prima tabella, quæ de more inchoatur a feſtivitate Corporis Chriſti, & deſinit uſque in Adventum excluſive, & iterum alia vice pro ſecunda tabella, ab Adventu ſcilicet uſque ad feſtivitatem Immaculatæ Conceptionis ejuſdem B. Mariæ Virg. hoc eſt in aliquo die ejus octavæ, præter onus alias conciones habendi, quæ in convocatoriis edictis ad concurſum, ut ſemper fuit mos, præfinientur.*

Inquiunt Epiſcopus, & capitulum omnes canonicatus *magiſtrales* ejuſdem Regni ab iiſdem Summis Pontificibus *Sixto IV.*, & à *Leone X.* erectos, & confirmatos hoc onus injunctum habere. Edicta ipſa edita omni tempore, dum canonicatus vacavit, expreſſe indixiſſe onus *di far tutte le prediche, che gli ſaranno commeſſe*. Id canonicos, dum munus acciperent, jure jurando promiſiſſe. Capitulum onus concionandi dare tantum occaſione *canonizationis Sanctorum*, vel *translationis ſacrarum reliquiarum*. Epiſcopum conciones demandare pro reliquis diebus præſcriptis in *tabella*, excepta *quadrageſima*, in qua *magiſtralis* duas conciones habere debet ſine dierum præſignatione.

Nuncius Apoſtolicus interrogatus eſt, factique notitiam perquiſivit, eamque tranſmiſit: *il capitolo non ſuol commetter al canonico magiſtrale, che alcuni panegirici in occaſione di canonizazione de' Santi, o traslazione de' loro corpi, e reliquie, il che però non è accaduto da 30. anni, ed il Veſcovo preſcrive quelle prediche, o ſermoni da farſi dall' accennato canonico ne' giorni deſcritti nelle tabelle, eccettuatane però la quadrageſima, nella quale il magiſtrale dovrebbe predicare due volte, ma ſenza aſſegnarſeli i giorni: le tabelle ſono come ſi eſprime nel memoriale: ma la ſeconda termina la Domenica di quinquageſima, e non il giorno della ſantiſſima Concezzione.*

Inde addidit: *eſſendo poi certo, che ſecondo l' eſpreſſioni del mede-*

demo editto, il proviſto del canonicato contrae una obbligazione non equivoca di predicare ſempre, che gli venga commeſſo, purche ſia ragionevole l'iſtanza, che or fanno gli ſupplicanti ſopraccennati, per togliere di mezzo lo ſcanzo preſo da qualche tempo da' prebendati ſudetti per eſimerſi dall'accennato dovere, ponendo in diſputa, ſe al Prelato, o al capitolo ſpettaſſe il preſcrivere quando l'aveſſero da adempire,

Concilium dixit *ſeſſ. 5. cap. 1. de Reformat.*: *eadem ſacroſancta Synodus piis Summorum Pontificum, & probatorum Conciliorum conſtitutionibus inhærens, eaſque amplectens; & illis adjiciens, ne cœleſtis ille ſacrorum librorum theſaurus, quem Spiritus Sanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, negletus jaceat, ſtatuit, & decrevit, quod in illis eccleſiis, quibus præbendæ, aut præſtimonium, ſeu aliud quovis nomine nuncupatum ſtipendium pro lectoribus Sac. Theologiæ deputatum reperitur, locorum ordinarii, eos, qui præbendam, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium hujuſmodi obtinent, ipſius Sac. Scripturæ expoſitionem, & interpretationem per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum ab ipſis ordinariis eligendum, etiam pe. ſubtractionem fructuum, cogant, & compellant.* Et infra: *Metropolitanus, vel Epiſcopus ipſe per aſſignationem fructuum &c. de capituli conſilio ita provideat, ut ipſa ſacræ ſcripturæ lectio habeatur, ita tamen, ut quæcumque aliæ lectiones, vel conſuetudines, quavis alia ratione inſtitutæ propter id minime prætermittantur; eccleſiæ vero, quarum annui proventus tenues fuerint, & ubi tam exigua eſt cleri, & populi multitudo, ut theologiæ lectio in eis commode haberi non poſſit, ſaltem magiſtrum habeant &c.*

Sacra Congregatio in una *Urbinaten. diei* 10. *Martii anni* 1663. *cenſuit tempus, horam, & materiam Sacræ Scripturæ, ſuper qua legendum ſit, remitti arbitrio ordinarii.*

De eo vero, quod attinet ſpeciatim ad hanc legendi materiam, mentio, quam in ſuo ipſo decreto fecit Tridentinum, *theologiæ*, ejus rei doctrinam temporibus, locis, ac rerum circumſtantiis accommodavit. Sac. Congregatio *anno* 1595. diei 16. Aprilis reſcripſit Epiſcopo Pharenſi: *præbendam theologalem alicui ex collegii Illyrici alumnis alioquin idoneis utique conferri ab Epiſcopo poſſe, tametſi is caſus conſcientiæ tantummodo ſit explicaturus*, ut *lib. decret. 8. pag. 116.*

Anno 1639. die 12. Novembris in una *Polignanen.* reſpondit: *pro obtinenda præbenda theologali ſufficere, ut quis ſit licentiatus in utroque jure, alias idoneus ad docendam theologiam moralem lib. 16. decret. pag. 292. In una Vigilien. anno* 1681. *die* 27. *Septembris reſcripſit: ſi Sanctitati Suæ placuerit, poſſe committi Epiſcopo, qui veris exiſtentibus narratis, & dummodo prævio diligenti examine oratorem invenerit habilem, & idoneum docendi theologiam moralem, & explicandi S. Scripturam juxta legem in fundatione præbendæ theologalis appoſitam pro ſuo arbitrio, & conſcientia cum eo gratis diſpenſet, ut gradum doctoris*

in

in jure canonico suscipere valeat, qui sic susceptus oratori suffragetur, perinde ac si ipse in S. Theologia graduatus reperiretur, ita tamen ut theologiam moralem docendo, & sacram Scripturam explicando vere incumbat, & sedulo præstet operam.

In una *Ripana* anno 1692. die 12. Januarii *Nicolaus Ursinus tunc Episcopus Ripanus de anno 1639. facta unione beneficii simplicis canonicatui, quem possidebat Carolus de Castellis erexit in præbendam theologalem cum onere faciendi lectiones morales, & scholasticas singulis octo diebus, quæ tractu temporis ad singulos quindecim dies hucusque continuatæ, non obstante, quod in theologalis erectione præscriptum fuerit onus legendi feria sexta cujuslibet hebdomadæ sacram scripturam, & interpretari, vel saltem aliquos casus conscientiæ explicare, omniaque alia &c. prout & in ipsa synodo Episcopi Ursini anni 1642., quibus a moderno Episcopo inspectis monuit modernum theologum Justinum Berardum, ut suo muneri satisfaceret, & ad hunc effectum eidem transmissum fuit præceptum ad faciendam dictam lectionem statutis diebus, à quo appellans ad Rotam Maceraten. obtinuit inhibitionem, quamvis ageretur de præcepto facto in visitatione, & de mense Aprilis proxime præteriti theologus absit a theologali, de qua, ac de prædicta inhibitione maxime conqueritur Episcopus, & testatur dictum Berardum per majorem anni partem nullas fecisse lectiones, sed tantum affixisse in aula sacristiæ notulam duorum casuum, quos repetere consuevit adstantibus, nullis aliis dictis.* Proposito dubio: *an lectio sac. scripturæ, vel casuum habenda sit ad formam erectionis singulis octo, vel singulis quindecim diebus*: rescripsit: *censuit servandam esse legem erectionis, & quoad modum remisit arbitrio Episcopi.*

Revera pluribus in erectionibus præbendæ *theologalis* extat præscriptum onus, vel conjunctim, vel alternatim docendi theologiam moralem, & exponendi sacræ Scripturæ libros. Pluribus in synodis id sancitum est. Duæ inter cæteras dignæ sunt, ut notentur. Farfensis in cap. 5.: *præbendam theologalem primo vacaturam ad usum lectionis sac. Scripturæ, & theologiæ moralis habendæ ex nunc, pro tunc ad formam Sacri Concilii Tridentini perpetuo constituimus, & deputamus.* Et Montis Falisci habita anno 1710.: *post vesperas in sacrario super aliquo ex canonicis libris lectionem habebunt, quod si pro ea Scripturæ lectione e re magis esse videbitur de morum doctrina differere, fiet, nobis tamen relinquimus, quod maluerimus ex scriptura, vel morali argumentum designare.*

Advertendum in ecclesia *Pacensi* lectionem haberi theologiæ moralis, quam canonicus pœnitentiarius veteri more agit; deesse expositionem, & interpretationem sacræ scripturæ, quam Tridentinum enixe voluit, ob eam certe probatissimam rationem, *ne cœlestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat*, & præsertim ab iis, qui pro solatio in manibus habere debent *sanctos libros*.

Advertendum itidem ad lectionem ſacræ Scripturæ teneri accedere canonicos, cæteroſque eccleſiæ presbyteros, ac poſſe Epiſcopum illos cogere *Barboſ. de canon. cap.* 27. *num.*28., *Pignatell. tom.*3. *conſul.*62.*num.*45., *Monacell. tom.*1. *tit.*1. *form.*5.*num.*8. *ad* 11., *& Pac. Jordan. lucubr.canon.tom.*2. *lib.*7.*tit.*3.*num.*48.

EE.PP. viderint quomodo ſit reſpondendum

I. *An canonicus theologus cogi poſſit pro arbitrio Epiſcopi etiam per multas loco ſac. Scripturæ legere caſus conſcientiæ, ſeu theologiam moralem, in caſu &c.*

II. *An, & quibus diebus canonicus magiſtralis pro tempore teneatur per ſe ipſum concionari, in caſu &c.*

Seſs. 7. cap. 7. de Reform.

LEODIEN. VISITATIONIS. Propoſita *die* 12. *Martii* 1763. controverſia inter decanum *Tungrenſis* eccleſiæ, & moniales hoſpitalis *Tungrenſis*, quæ irritam dicebant *viſitationem* ab eo, & ſuis deputatis, ac electionem coram eodem factam, reſcriptum eſt: *dilata, & reproponatur cauſa citato Capitulo, eique præfixo termino ad deducendum jura ſua in Sac. Congregatione.*

Mandatum eſt de ea re *officiali*. Sed antequam quidquam ageret, canonici Tungrenſes die 11. Januarii 1764. declararunt: *ſalvis tamen omnibus, & quibuſcumque juribus archidiaconalibus capituli in dicto hoſpitali, declarant inſuper ſe nullatenus immiſceri velle liti deſuper agitatæ inter R. admod. D. Decanum, & quaſdam moniales ſæpeſati hoſpitalis S. Jacobi Tungrenſis.*

Denuo itaque propoſita eſt cauſa *die* 18. *Auguſti* ejuſdem anni. Non placuit declaratio capituli, eique appoſita conditio. Quamobrem reſponſum eſt: *dilata, & ſervetur reſcriptum diei* 12. *Martii* 1763., *& ſcribatur juxta inſtructionem.*

Scriptum eſt: *non enim reſcripto die duodecima Martii* 1763. *pandito, quo injunctum fuit, ut reproponeretur cauſa citato Capitulo, eique præfixo termino ad deducendum jura ſua in Sacra Congregatione EE. PP. ſatisfactum hactenus cenſuerunt. Opus itaque eſt, ut legitime fiat capituli interpellatio, ut de actus validitate dubitari non poſſit, quod ſi per actum capitularem rite expletum præſenti controverſiæ ſe immiſcere nolle, litique renunciare decernet, de hoc publicum, ac legale exhibeat monumentum; ita quidem, ut declaratio, & renunciatio libera ſit, nullaque conditione, aut reſervatione circumſcripta, aut coercita: at ſi apponi velint, diſerte, diſtincte, & ſingillatim explicentur, quæ ſint conditiones, & reſervationes, circa quas capitulum ſua jura integra, atque illæſa præſervare intendit.*

Paruit *officialis*. At canonici legitime congregati renunciarunt:

runt : *declarant ſe numquam habuiſſe , nec habere velle partem in lite ventilante Romæ coram Sac. Congregatione inter ampliſſimum Decanum Tungrenſem ex una , & tres moniales S. Jacobi Tungrenſis ex altera partibus , & nullo modo ſe velle immiſcere præfatæ liti, neque quomodolibet eidem ſe opponere .*

Solus canonicus *de Ruitte* , ut antea fecerat , contradixit iterum : *viſo præſenti receſſu capitulari emanato ad vota ſex ſolummodo canonicorum , nempe DD. Deſtordeur , Vandeboſch , Zagers , Morcan , Pontart , & de Dequile , qui una cum ſui ſignato, ac D. Canonico Defrerne (qui ſæpius alta voce declaravit ſe velle inhærere juramento ſuo , & ſtatuto eccleſiæ pro juribus capituli , qua archidiaconi ſervandis) illa die componebant capitulum, unice pro conſcientiæ ſuæ tranquillitate, & pro dicti capituli Tungrenſis juribus juxta juramentum in admiſſione ſua præſtitum tuendis , & non aliter , nec ad alium finem declarat (prout in capitulo declaravit) ſe inhærere proteſtationi factæ per quinque canonicos de data 23. Februarii 1751. , cui proteſtationi adhæſit canonicus Deferne .*

Pervenerunt poſthac novæ *officialis* literæ : *in debita forma ſecunda currentis interpellari capitulum inſignis eccleſiæ collegiatæ B. M. V. Oppidi Tungrenſis , ut contentis in eo quamprimum ſatisfacerent : cui interpellationi obſequentes remiſerunt mihi receſſum capitularem , quem hiſce aduecto : contra hujuſmodi receſſum Eminentiſſime Domine nihil mihi juridice hucuſque relatum fuit , quod aut minus liber , aut minus completus , aut minus legalis ſit : in ea quippe forma conceptus eſt , qua ſimiles actus capitulares confici ſolent . Verum tamen eſt , quod certus D. de Ruitte canonicus præfatæ eccleſiæ acceſſerit privatim ad ædes meas , & quod inter alia , quæ amaritudines, & ſimultates magis indicare , quam adductis in ſpecie facti addere , aut jura eludere videntur, dederit mihi ſcriptam a ſe proteſtationem contra dictum receſſum , quam in capitulo a ſe factam eſſe aſſerit .*

De cauſa judicandum nunc eſt . Videndum eſt *folium diei 22. Januarii 1763.*, in quo pleniſſime de ea agitur, ac *folium 21. Julii 1764.* Moniales ea iterant , quæ antea dixerant: nempe agi de jure ſingulorum canonicorum , & de notorio capituli præjudicio ; unius itaque ſufficere contradictionem *Rot. deciſ. 173. num. 10. coram Burat. , in Placentina Præeminentiarum ſuper novo dubio 16. Junii 1756. §. 6. coram Eminentiſſimo Buſſio , & in Leodien. Spolii ſuper ſecundo dubio 11. Junii 1759. §. 3. coram Eminentiſſimo Elephantutio* . Capitulum ſine beneplacito Apoſtolico juri ſuo renunciare non poſſe *Rot. deciſ. 244. num. 25. part. 16. recentior.* Jus monialibus eſſe, licet ſinguliſ quia de jure ſingularum, & de vindicanda conventione *anni 1749.* agiturſquæ cum ſingulis monialibus facta eſt . Se obedientiam præſtitiſſe capitulo . Decanum arrogare ſibi , quæ ſua non ſunt . Nihil ſine ſuo capitulo habere juris .

Literas Adriani VI. *6. Kalendas Octobris 1522.* declaraſſe con-

firmationem electionis prioris, & admiſſionis fratrum, & ſororum ſpectare ad decanum, & capitulum. Tantummodo addidiſſe: *decanus pro tempore exiſtens in ſolidum viſitator præfati Hoſpitalis exiſtat, & illud viſitare valeat*. Poſterioris ſecuti temporis perpetuum uſum, illud *in ſolidum* declaraſſe, ut ad decanum, una cum capitulo ſpectet. Id ipſum haberi ex eo, quod ſtatutum eſt *anno* 1627., cui Apoſtolica auctoritas acceſſit: *Decani officium eſt una cum deputatis a capitulo eaſdem Eccleſias, & capellas viſitare, inque eis omnem juriſdictionem exercere*.

Demum patere jura capituli ex ſolemni facto *anni* 1631., quo non ſolus decanus, ſed integrum capitulum obſtitit *officiali* Leodienſi, qui ea jura arroganter ſibi aſſumebat: Poſtremo rem omnem confici ex ſolemni tranſactione *anni* 1749., qua conſtitutum eſt: *quod in poſterum computus, ſeu rationes peractæ adminiſtrationis reddantur coram decano Tungrenſi, & binis DD. Canonicis a capitulo deputatis*.

Contra decanus ex prioribus ſcriptis repetit, quæ antea aſſeruerat. Moniales uti ſingulas non poſſe in judicio ſtare. Non licere eiſdem tueri jura extranei capituli, quod non contradicit, quod imo liti renunciavit. Nihil obeſſe contradictionem duorum canonicorum contra capituli legitime congregati conſenſum. Particulam illam *in ſolidum* ſuapte natura ferre, quod ſolus etiam poſſit decanus omnia agere uti Sedis Apoſtolicæ delegatus. Perpetua nullis temporum intervallis interrupta conſuetudine id confirmatum.

Quæ contra afferuntur non reſpicere *viſitationem* hoſpitalis. Tranſactionem *anni* 1749. nullius momenti eſſe; vel quia tunc temporis decanus non potuit derogare de juribus ſucceſſorum, vel quia tunc agebatur de *viſitatione* non a decano, ſed a decani deputatis facienda. Præſcripta eccleſiæ *Tungrenſis* loqui de eccleſiis ſubjectis ordinariæ juriſdictioni capituli, non de exemptis, ſuper quibus deputatus ſuo jure decanus eſt.

Eadem proponuntur dubia

I. *An decano collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis Tungren. competat jus viſitandi conventum, & hoſpitale S. Jacobi dicti loci cum canonicis ſibi beneviſis, ſeu potius viſitatio diei* 22. *Julii* 1758. *ſit circumſcribenda, in caſu &c.*

II. *An liceat eidem decano aſſiſtere electioni ſuperioriſſæ cum duobus canonicis ab eo aſſumendis, ita ut electio diei* 22. *Decembris* 1759. *ſubſtineatur, in caſu &c.*

Seſs. 23. *cap.* 8. *de Reform.*

ALBINGANEN. Adminiſtratores hoſpitalis pauperum infirmorum in *Portu S. Mauritii Albinganen.* diœceſis poſtulant a Sac. Congregatione, ut ſibi lex certa detur, qua erogent fructus hæreditatis *Pagliari*, quæ hoſpitali accrevit

vit prope præteriti ſæculi finem, cujus adminiſtratio, ob varias priorum adminiſtratorum ſententias, fortunam variam experta eſt.

Joannes Baptiſta *Pagliari anno* 1683. ſuis literis teſtamenti, poſt mortem *Juliæ* uxoris uſufructuariæ, omnium bonorum hæredem hoſpitale hoc pauperum infirmorum inſtituit. Voluit primo, ut *capellanus amovibilis* haberetur, qui ſacrum quotidie ibi ageret, atque infirmis ſacramenta miniſtraret, certo conſtituto annuo ſtipendio *lib. januen.* 350. Perpetuos executores elegit *protectorem* pro tempore hoſpitalis, *priores* trium ſodalitiorum, & *protectorem*, ſeu *maſſarium* eccleſiæ *collegiatæ*.

De erogandis reditibus dixit: *ſi del bauo impiegare nell'elemoſinai a detto ſacerdote come ſopra, ed il reſtante in ſovvenir i poveri ammalati, che ſaranno alla giornata in detto oſpitale, e ſe agli medeſimi eſecutori parrà neceſſario di parte di detti redditi ſpenderlo in ridurre detto oſpitale in qualche forma agginſtata, e comprare qualche uteuſili, ſia in elezione loro di farlo, baſti che reſti prima proviſto agli amalati, e dette ſpeſe ſi poſſino fare da quelli avanzi, ſe ve ne ſarà.*

Anno autem ſequenti 1684. in codicillis addidit: *più ha ordinato, che degli avanzi de' redditi faceſſe detto oſpitale di queſti luogo chiamato erede nel ſuo teſtamento s'impieghi per terzo in celebrazione di meſſe per l'anima di eſſo teſtatore, anzi di eſſo ſignor Codicillante, l'altro terzo in riparamento, o ſia mobili, o altro neceſſario per detto oſpedale, e l'altro terzo in diſtribuzione di pane a poveri di queſto luogo, volendo che prima di tutto ſi proveda agli amalati, nel reſto poi conferma detto teſtamento.*

Hoſpitale ante conſecutionem hæreditatis habebat ex ſuis bonis circ. *ſcut.* 160. *ann.* Habuit poſtmodum ex hæreditate *Pagliari* reditus annuos *ſcut.* 379.

De capellano nihil unquam immutatum eſt; Nonnulli tamen ex *prioribus* pro tempore adminiſtratoribus, conſilium ſecuti cujuſdam ex ordine carmelitarum diſcalceatorum theologi Januenſis, ante alios hoſpitalis proprios, pro infirmis omnibus fructus hæreditatis *Pagliari* erogarunt, ſalvis ita plerumque remanentibus in totum, vel in parte priſtinis hoſpitalis bonis. Hinc illud accidit, quod debebat, ut nulla ex hæreditate *Pagliari* ſupereſſet pecunia, quæ implendis legatis daretur, eaque legata plurimis annis impleta non fuerint.

Huic malo occurrunt præſentes hoſpitalis adminiſtratores. Petunt ut unio, & commixtio omnium bonorum fiat; ac certa quantitas pro legatis hæreditatis *Pagliari* in annum conſtituatur, quam in *ſcut.* 30. *ann.* offerunt.

Ajunt ex contextu ipſo teſtamenti, & codicillorum apparere evidenter teſtatorem primo, & principaliter reſpexiſſe ſuſtentationem pauperum infirmorum ex clara lege præferendam legatis, quæ ex abundantibus reditibus impleri te-

teſtator voluit. Neceſſariam hinc eſſe unionem veteris, & novi patrimonii, cujus utriuſque reditus vix ad *ann. ſcut.* 530. aſcendunt, ut major impenſa evitetur. Utilem vero ipſi hæreditati *Pagliari*, cui certa quantitas pro legatis datur, quam alias non habuiſſet, ob pauperum infirmorum numerum quotidie excreſcentem ex aucta per ea litora negociatione.

Nullam hinc fieri reductionem *miſſarum*, quarum in codicillis certus numerus præfinitus non eſt. Nullam injuriam voluntati, quæ pinguius, ac certius implebitur in poſterum.

Epiſcopus petitionem adjuvat, & aliqua de ſuo addit: *cenſeo itaque locum eſſe petitæ gratiæ, & unionem, de qua in precibus, veteris ſcilicet patrimonii hoſpitalis, cum hæreditate Pagliari ab eo poſtmodum acquiſita, quæ recentius conſtituit ejuſdem patrimonium, expedire: ſi enim methodus hucuſque ſervata in adminiſtratione juxta conſilium P. Alexii continuanda ſit, itaut expenſæ pro infirmis primo ſemper deſumantur ex reditu recentioris, non autem veteris patrimonii, retenta utriuſque diviſione numquam locus erit celebrationi miſſarum, & panis diſtributioni a teſtatore Pagliari mandatis: ſi autem ab eo conſilio recedatur, & expenſæ ex fructibus veteris patrimonii integre percipiantur, poſterioris vero ſolum in ſubſidium, & quatenus neceſſitas feret, quidquid autem reſidui erit, totum impendatur in miſſarum ſuffragiis, & in pauperum ſubventione, contigere facile poterit, quod aut creſcente infirmorum numero, aut non ſolventibus præ impotentia debitoribus, aut tandem prædiis aliquando non fructificantibus, infirmis quandoque ſatis provideri non poſſit, quo tendit principaliter pia intentio fundatoris.*

At contra (proſequitur) *facta unione utriuſque laudati patrimonii hac tamen lege, ut quod infirmis ſuperabundat, aliqua portio aſſignetur pro miſſis, alia pro pauperibus, alia denique pro capitalibus in favorem infirmorum de novo inveſtiendis, omne, ut reor tolletur inconveniens, & hoſpitalis ſecuritati conſuletur. Id ut facilius conſequatur, quum hoſpitale prædictum tot habeat fructus inexactos penes debitores pro ſumma ſcut. circiter* 1277. *urgeri poterunt protector, & fideicommiſſarii ejuſdem, ut eoſdem quamcitius exigere curent implicandos in capitali fructifero, ſeu in locis montium, cujus quidem capitalis annuus reditus in legatorum adimplemento miſſarum, ſcilicet pro anima teſtatoris, & paucis pauperibus diſtribuendi in perpetuum impendatur.*

Porro reditus ex hoc novo capitali obventurus indubitanter ſuperexcedet quidquid in præſentiarum ex reditu duorum patrimoniorum reſidui eſſe poteſt neceſſitati infirmorum, quod, ut conſtat ex libris adminiſtrationis, & computorum diligenter cognitis, quandoque 30., *quandoque vix* 20. *ſcuta pertingit.*

Tali igitur medio onus legatorum ſeparabitur ab onere principali erga infirmos: regula conſtans, plana, ſecurior, & utilior in adminiſtratione ſtatuetur, pauperes, & teſtator uberius ſubvenien-

nientur, & miſſis, ac panis diſtributioni retro bona fide miſſis aliquando ſupplebitur.

Teſtator veteri jam conſtituto hoſpitali ſua bona dediſſe videtur, ut implendis pinguius prioribus oneribus inſervirent, non ut priſtina onera hoſpitalis tolleret. Hoſpitali patrimonium profecto, & vires addidit. Qui autem addit, nihil ex eo, quod extabat, evertiſſe videtur. Multo magis quia abundantes fructus in certam cauſam impendi voluit, pro ſacris nempe celebrandis, ac pro pane pauperibus diſtribuendo.

Credidit itaque, atque exoptavit, ſi fieri poſſet, ut in eam cauſam abundarent.

Quæ alia ſive ab adminiſtratoribus, ſive ab Epiſcopo proponuntur ad voluntatis commutationem pertinent. Licet non incongruum videri poſſet, ut quidquid ex creditis, ad eam hæreditatem tamen pertinentibus, adhuc non exactis veniet, ad hæreditatis bona augenda concedatur.

Non videtur tamen multam veri habere ſimilitudinem, quod quolibet anno ex utroque patrimonio vix ſcut. ann. 20. reliqua ſint. Adminiſtratores ipſi de ſuis rebus inſtructi offerunt ann. ſcut. 30. pro legatis. Epiſcopus ipſe dicit non exactas pecunias aſcendere ad conſpicuam ſummam ſcut. 1277. 5 quam ſi recuperari poſſe exiſtimat, ideo neque veteris, neque deſperatæ exactionis reliquiæ ſunt.

EE. PP. ſua prudentia, & æquitate viderint

An, & quomodo ſit providendum ſatisfactioni legatorum relictorum in codicillis Joannis Baptiſtæ Pagliari, in caſu &c.

FLORENTINA. De cauſa eſt *folium* diei 18. Maji proxime elapſi. Propoſita eſt die 8. Junii ſequentis ſub duobus dubiis: I. *An ſit tollenda conditio incompatibilitatis cum aliis beneficiis in capellania, de qua agitur.* II. *An, & quæ onera ſint reducenda in caſu.* Reſcriptum eſt: *quoad miſſas pro reductione ad manualem, in reliquis ſcribatur Archiepiſcopo, juxta inſtructionem.* *Seſſ. 25. cap. 4. de Reform.*

Datæ ad Archiepiſcopum literæ, ut de oneribus referret, *quæ, & quibus diebus moderanda ſint, & an temporum ſucceſſu domus habere poſſit augmentum, ſive ſuapte natura, ſive ex multitudine incolarum, quæ augeri poſſint ex præſentia novi Principis: & ſuper his, aliiſque, quæ ad rem conferre putaverit, animi ſui ſenſum adjicere non prætermittat.*

Reſpondit: *unum corrigendum occurrit circa modernos redditus, quod patroni perſolvunt anno quolibet ſcuta 22., cum mihi ſuppoſitum fuerit, quod perſolvebant ſcuta 24., ita ut conglutinatis hodiernis reditibus una cum fructibus domus capellaniæ aſſignatæ, rector ſcut. 32. annuatim percipit, cum quibus onera ſu-*

supraſcripta beneficio annexa ſatisfacere cogeretur. Ex annuis ſcutis 10. *percipiendis ab antedicta domo, detrahenda ſunt onera realia, nempe taxam ſeminarii, ſolutionem ſacriſtiæ, & decimarum imperialium, manuteutionem viarum, fluminis, & cloacarum, quæ ſummam ſcut.* 6. *quolibet anno conficiunt, & quod etiam notabile eſt, ſæpiſſime canones amittuntur, attenta inquilinorum egeſtate, & quando penſiones exiguntur, deductis ſupraſcriptis oneribus, vix ſcuta* 4. *percipiuntur. Inſuper ſperandum non eſt, quod domus, de qua agitur, ſtatum immutare poſſit, quodque majus augmentum temporum ſucceſſu, nec ſuapte natura, nec ex multitudine incolarum, & præſentia novi Principis habere valeat, cum ea ſit exiguæ extenſionis, in loco humili, & obſcuro, in via remota, ac minus frequentata, ac a perſonis infimæ conditionis habitabilis: & licet rector anteceſſor pro reparanda, ac decoranda dicta domo ſcuta* 100. *circiter impenderit, nihilominus annuum fructum augere non potuit: cum præſentibus reditibus, qui nullo modo accreſci poſſunt, cuncta ſacrificia a fundatore relicta non valent adimpleri, nam computata eleemoſyna miſſarum diebus feſtis celebrandarum ad rationem unius julii cum dimidio alterius julii, xequiruntur ſcuta* 12. *quolibet anno, ita ut ex aliis ſcutis* 14. *pluſquam* 147. *miſſæ celebrari non poſſunt in diebus ferialibus cum eleemoſyna unius julii pro quolibet ſacrificio, juxta morem hujus diœceſis: ex jam dictis patet introitum nullo modo ſufficere pro adimplendis ſacrificiis a fundatore præſcriptis, quare chori aſſiſtentiam, cæteraque onera in fundatione præſcripta de medio tollenda eſſe arbitrarer, cum nullum ſtipendium pro iis ſuſtinendis ſuperſit.*

Satis de cauſa habet *folium* præteriti *Maji*. Ea hic regerere, otioſi hominis, ac ſupervacaneus labor erat. Petitur *An, & quæ onera ſint reducenda, in caſu &c.*

Die

Die Sabbati 28. Septembris 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

QUÆ primum deſcribuntur cauſæ, ex Congregatione *diei* 24. *Auguſti* hujus anni ad hanc delatæ, EE. Patrum judicium poſtulant.

VADEN. REDDITIONIS RATIONIS.

An conſtet de legitima redditione rationis, itaut Archidiaconus non ſit amplius moleſtandus, in caſu &c. *Seſs. 22. cap. 8., & 9. de Reform.*

Affirmative, & amplius.

VADEN. SUPELLECTILIUM.

An, & in quos uſus eroganda ſit ſumma ultra ſcut. 300., quæ ſupereſt ex annuis reditibus Seminarii Vaden., in caſu &c. *Seſs. 22. Decret. de obſer. & evit. in celebr. Miſs.*

Adimpletis omnibus oneribus tranſactionis, & ſolutis ſcutis 300. Seminario, erogandam eſſe pro indigentiis Sacrarii, & quatenus Sacrarium non indigeat, applicandam eſſe in perpetuum favore Seminarii ejuſdem, facto verbo cum SANCTISSIMO, & ad D. Secretarium ad mentem.

LEODIEN.

An Comes de Hoensbroeck canonicus, & ſcholaſticus Collegiatæ Eccleſiæ B. Mariæ Virginis Aquiſgrani in canonicum a latere continuum aſſumptus ab Epiſcopo Leodienſi, & in ejus ſervitio exiſtens, haberi debeat pro præſente, & reſidente ad effectum percipiendi fructus Præbendæ, & gaudendi jure turni, in caſu &c. *Seſs. 24. cap. 12. de Reform.*

Affirmative in omnibus.

Seſs.24. cap.1. de Reform.

CAMERIN., SEU FABRIANEN.

An liceat Franciſcæ profeſſionem emittere, in caſu &c.

Dilata, & in decretis ſub die 11. Septembris 1762.

Seſs. 5. cap. 1. de Reform.

PACEN.

I. *An canonicus theologus cogi poſſit pro arbitrio Epiſcopi etiam per multas, loco ſac. Scripturæ, legere caſus conſcientiæ, ſeu theologiam moralem, in caſu &c.*

II. *An, & quibus diebus canonicus magiſtralis pro tempore teneatur per ſe ipſum concionari, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative ad formam Tabellæ, & juxta votum Nuntii Apoſtolici.

Seſs. 7. cap. 7. de Reform.

LEODIEN. VISITATIONIS.

I. *An decano collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis Tungren. competat jus viſitandi conventum, & hoſpitale S. Jacobi dicti loci cum canonicis ſibi beneviſis; ſeu potius viſitatio diei 22. Julii 1758. ſit circumſcribenda, in caſu &c.*

II. *An liceat eidem decano aſſiſtere electioni ſuperioriſſæ cum duobus canonicis ab eo aſſumendis, itaut electio diei 22. Decembris 1759. ſubſtineatur, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam, & amplius. Ad II. Affirmative, & amplius.

Seſs.23. cap.8. de Reform.

ALBINGANEN.

An, & quomodo ſit providendum ſatisfactioni legatorum relictorum in codicillis Joannis Baptiſtæ Pagliari, in caſu &c.

Erogatis in ſuſtentationem pauperum infirmorum antiquis hoſpitalis reditibus, erogentur in ſubſidium pro eadem cauſa reditus hæreditatis Pagliari, ſoluto Capellani ſtipendio; de reliquis vero fructibus adimpleantur Teſtatoris legata ad formam codicillorum, & ad D. Secretarium ad mentem.

Seſs.25. cap.4. de Reform.

FLORENTINA.

An, & quæ onera ſint reducenda, in caſu &c.

Non propoſita cum ſequenti.

BAR-

BARCINONEN. Anno 1753., dum Barcinone pro ſuo munere commorabatur, inſignis militari gradu *Nicolaus Ruiz de Turre*, matrimonium contraxit cum *Eliſabeth Ribot*, clam, & ſecreto tamen, ob diſparem conditionem puellæ, & quia ſine ulla venia inter militaria ſtipendia contrahebatur. Cum ea aliquot menſibus vixit. Unicus filius natus eſt, qui infans obiit. Pater vero militari ductu primum petere *Gaditanum* præſidium, inde migrare in Africam ad civitatem *Exiliſſæ*, poſtea ad *Gades* remigrare, ubi nunc degit, coactus eſt. Antequam autem Barcinone diſcederet, illic in monaſterio, quod dicunt *dell'Enſeñanza*, collocavit uxorem, cui ſumma fide omnia ad vitam neceſſaria huc uſque ſubminiſtravit. *Seſs. 24. cap. 1. de Reform.*

Anno præterito mulier ſupplicavit, ut ſibi poteſtas fieret ſuſcipiendi clauſtralem habitum; conſentiente ad hæc viro, & omnia, quæ opus ſunt, ſive ad dotem, ſive ad perpetuum victum, libenter dante.

Uterque Epiſcopus interrogatus. Barcinonenſis *die* 8. *Novembris* 1764. retulit: *audivi ſuper expoſitis, & Moniales, & Oratricem: illæ cum probe norint iſtam, etiamſi decem circiter annorum ſpatio vitam cum ipſis honeſtiſſimam traduxerit, tamen ex deſiderio ſe magis ſubducendi a cognatorum, notorumque moleſtiis propendere multum ad induendum habitum religioſum, & profeſſionem emittendam in monaſterio etiam* dell'Enſeñanza *nuncupato, quod in civitate Celſonenſi paucis ab hinc annis erectum eſt, minime audent huic magnæ propenſioni obſiſtere, quinimo ipſam, quam divinitus conceſſam exiſtimant, opera, & conſiliis fovent. Oratrix autem, non modo viri ſui conſenſu perfecto quidem, & abſoluto, verum etiam Divinæ vocationis beneficio inſtructa, formiter aſſeverat ſe ejuſmodi propenſam eſſe ad præfatum Civitatis Celſonenſis Monaſterium, cujus profecto Moniales hac de re certiores jam factæ promittunt ſe libenter Oratricem in ſuum religioſum cœtum cooptaturas, ſi nimirum Apoſtolica Auctoritas, quæ valde in votis eſt, obtineatur.*

Deinde Epiſcopus idem novis literis datis *die* 29. *Julii hujus anni* teſtatus eſt: *mulierem vitam multis ab hinc annis duxiſſe, ac ducere regulari earumdem Monialium obſervantiæ, quæ plurimum viget, apprime conſentaneam, peragendo videlicet ſingulis annis exercitia ſpiritualia S. Ignatii a Lojola, ſuſcipiendo ter quaterve ſingulis ſeptimanis Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, impendendo ſingulis diebus ſtatutum tempus orationi mentali, examini conſcientiæ, & piorum librorum lectioni. Demum humilitatis, obedientiæ, aliarumque virtutum exempla, quæ paſſim in monialibus conſpicit accurate æmulando, præſertim ex quo ſenſit ſe divinitus ad religioſum ipſarum ſtatum (in Monaſterio tamen Celſonenſi, ut longius a cognatorum moleſtiis recedat) aſſumendum, & profitendum vocari: cujus profecto vocationis tot, tamque perſpicua argumenta intra ſpatium annorum trium præbuit, ut prudenti dubitationi locus haud relinqui videatur. Ex his omnibus,*

quæ hactenus commemoravi, nihil est, quod exploratum, atque compertum non habeam ex declaratione Prioriſſæ relati Monaſterii, ac trium principalium Monialium, vulgo Conſultatricum vocatarum, atque quinque Confeſſariorum ejuſdem Monaſterii Monialium, teſtium omni exceptione majorum ita atteſtantium.

Interea *Nicolaus* coram Epiſcopo Gaditano ſolemnem ſuum aſſenſum præſtitit: *acciocchè le brame della medeſima ab iano la ſua debita, e ſollecita eſecuzione, fin d'adeſſo per allora prometto di fare, ed ora per allora in mano dell'Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Signor D. Tommaſo de Valle Veſcovo di queſta Dioceſi di Cadice mio Ordinario locale, fò voto di caſtità, qual ora la menzionata mia ſpoſa entri, e profeſſi in religione, come ella brama.*

Probationes autem, ex plurium teſtium judiciaria affirmatione, de ſuis moribus, atque anteactæ vitæ probe ſervata ratione dedit, quas omnes *Epiſcopus* ille tranſmiſit, atque approbavit: *eſſendoſi da noi veduti queſt'atti, ed avendo riconoſciuto, che dalle depoſizioni dei cinque teſtimonj qualificati, che in eſſi hanno depoſto, riſulta pienamente provata la buona vita, opinione, e fama, e l'ottima qualità dei coſtumi di D. Nicola Ruiz della Torre Sargente maggiore del Reggimento Reale di Fanteria detto della Regina, della di cui condotta noi ugualmente ci troviamo ſodisfatti, gli approviamo; e per maggior validità, v'interponiamo la noſtra autorità, e decreto giudiziale.*

Inquit propterea nunc *Eliſabeth*, quatuor requiri, ut unus ex conjugibus religionem profiteatur, manente altero in ſæculo. I. conſenſum manentis in ſæculo II. ejus ſenilis ætas III. ut periculum incontinentiæ deſit, IV. ut is perpetuum continentiæ votum emittat *Fagnan. in lib. 3. decret cap. cum ſis 4. de converſ. conjug. num. 6.*, *Gonzalez ibid.*, *Anaclet. in jus canon. lib. 3. tit. 32. num. 10.*, *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 10. num. 45.*, *Benedict. XIV. de Synod. diœceſ. lib. 13. cap. 12. num. 11.*

Omnia adeſſe aſſerit; viri conſenſum, & votum, ætatem quinquaginta quinque annorum nunc agentis, ac probatos ejus in tanta abſentia mores. Accedere utriuſque Epiſcopi approbationem, ac teſtimonium. Hinc ſecundum canones, atque uſque ad hanc diem ſervatum Eccleſiæ morem, concedendam ſibi veniam, ut perpetuo ſe Deo in clauſtris dicet. Habitaſſe *Nicolaum* tot annis longinquis in regionibus; ſe marito, virum uxore ſine periculo caruiſſe; nihil timendum de provectæ ætatis homine, ſummæ pietatis, inter militaria ſervitia, & labores emerito, atque abſumpto.

Regula eſt, ut alter conjugum non poſſit regularia vota emittere, niſi alter quoque libere conſenſum præſtet, & regularem ſtatum ſimul profiteatur. Perſpicuus eſt textus *in canon. quia Agatho 27. quæſt. 2.*: *quem tamen* (de Agathone loquitur ad religionem properante) *ita ſuſcipiendum eſſe cognoſce, ſi, & uxor illius ſimiliter converti voluerit. Nam dum unum utrorumque corpus conjugii copulatione ſit factum, incongruum*

gruum eſt partem converti, & partem in ſæculo remanere; Et text. *in can. notificaſti, & can. ſi dicat, & in can. mulier* 33. *quæſ.* 5.

Alexander III. *in cap. cum ſis de converſ. conjug: ignorare non debes Sanctorum Patrum conſtitutioni eſſe contrarium, ut vir uxore ſua, aut uxor viro ejus non aſſumente Religionis habitum, debeat ad Religionem tranſire; & cap. ſeq. conjugatus ad Monaſterium converti deſiderans, prohibetur ſuſcipi, niſi uxor ejus convertatur: nam cum unum, utrorumque corpus conjugii copulatione ſit factum, incongruum eſt partem converti, & partem in ſæculo remanere.*

Sacra Congregatio in una *Veronen.*, in qua agebatur de muliere, quæ vitam clauſtralem eligebat, relicto viro ætatis quadraginta annorum, qui ſtatum presbyteri ſæcularis amplecti cupiebat, *die* 12. *Februarii* 1729. reſcripſit: *dilata*. Non enim ſufficiens fortaſſe viſa eſt ſola ſuſceptio ſacrorum ordinum in adhuc florente homine, ad vitanda incontinentiæ pericula, ex mente ipſa ſacrorum canonum; niſi remotus ab oculis populi, ſimulacra mundanarum rerum inania fugitaret in clauſtris.

Duas exceptiones admittit *regula*. Una eſt, ſi læſa ita ſint jura matrimonii, ut quidem *perpetuæ ſeparationi* locus fuerit; nempe ob adulterium unius ex conjugibus; non enim cogi poteſt innocens conjux, ut regularem ſtatum profiteatur, *Piringh. ad lib.* 3. *Decret. tit.* 32. *de converſ. conjug.* §. 7. *ſub num.* 25. *notandum* 3., *Anaclet. ſub eod. tit. num.* 28. *Sanchez de matrim. lib.* 10. *diſput.* 10. *num.* 15. Ita edixit accitis in Congregatione particulari theologis Innocent. X., ut refert *Lezan. conſil.* 30. *num.* 15.

Sacra Congregatio in una *Lucen. diei* 14. *Novembris* 1682., in qua agebatur de uxore adultera, propoſito dubio: *an Oratrici indulgendum ſit, ut viro in ſæculo permanente, profeſſionem in monaſterio Convertitarum emittere valeat &c.* reſpondit: *affirmative, emiſſo per virum caſtitatis voto, & proinde benigne indulſit Oratrici, ut veris exiſtentibus narratis, regularem habitum in monaſterio Convertitarum civitatis Januæ ſuſcipere, in eoque, ſervatis alioquin ſervandis, profeſſionem emittere pro arbitrio, & prudentia Eminentiſſimi Domini Cardinalis Spinulæ Epiſcopi Lucen. libere, & licite valeat: lib. decret.* 32. *fol.* 478. *a terg.*

In una *Ferrarien.* de ſimili muliere *die* 2. *Maji* 1693. reſcripſit: *attenta relatione Vicarii Capitularis Ferrarien. benigne commiſit eidem, ut veris exiſtentibus narratis, & accedente conſenſu viri, denuo in forma juris valida præſtanda, petitam facultatem pro ſuo arbitrio, & conſcientia Oratrici gratis impertiatur: lib. decret.* 43. *fol.* 225.

In una *Januen.*, de ejuſdem conditionis fœmina, *die* 2. *Maji* 1722.: *poſſe permitti Mariæ Victoriæ, ut monaſterium ingrediatur, & in eo profeſſionem regularem emittat, accedente conſenſu viri canonice præſtando, & accedente voto continentiæ ab eodem emittendo, donec uxor vixerit.*

Non

Non prætermittendum hic tamen, quod tam Innoc.X. in Congregatione particulari, quam Sacra Congregatio in *Lucen.* 1682. dedit conditionem conjugi emittendi continentiæ votum. Non appoſita tamen conditio fuit in *Ferrarien.* 1693.. In hac vero *Januenſi* licet fuiſſet appoſita, attamen, petente *viro*, in ſequenti Congregatione *diei* 23. *Maji* fuit reſcriptum *ad mentem*, quæ erat, ut deleretur conditio favore viri, ne alias e populo ignarus homo hac animi anxietate, & religione innocens premeretur; ut refertur in *foliis Salamantinæ 6. Martii* 1723., & *Ulixiponen. Orientalis* 22. *Novembris* 1727.

Quando autem jura matrimonii perpetuo læſa non ſint, & locus factus fuerit non *perpetuæ*, ſed *temporariæ ſeparationi*, non ita facile permiſſum eſt. In una *Salamantina*, in qua vir petebat poteſtatem profitendi religionem Hieroſolymitanam, relicta muliere in ſæculo, quæ ob ſævitias jam prope viceſimo anno per ſententiam judicis disjunctim vivebat, & quæ conſenſum præſtabat, reſcripſit *die 6. Martii* 1723. *dilata, & exquirantur exempla.*

Altera vero exceptio *regulæ* eſt, ſi ex conjugibus, qui in ſæculo maneat ſenex ſit, & ab omni incontinentiæ ſuſpicione vacet, ac ſimul caſtitatis votum emittat. Hæc *regulæ* exceptio ex ipſa Alexandri III. lege primum venit, qui addidit: *inde eſt, quod auctoritate Apoſtolica prohibemus ne in Epiſcopatu tuo virum, vel uxorem, niſi uterque ad Religionem migraverit, tranſire permittas. Verum ſi ita uxor ſenex eſt, & ſterilis, quod ſine ſuſpicione poſſit eſſe in ſæculo, diſſimulare poteris, ut ea in ſæculo remanente, & caſtitatem promittente, ad Religionem tranſeat vir ejuſdem.*

Innocentius III. *cap. ad Apoſtolicam* 13. *eodem tit. cum autem vir, & uxor una caro ſint per copulam conjugalem effecti, nec una pars converti poſſit ad Dominum, & altera in ſæculo remanere, profecto non eſt alter conjugum recipiendus ad obſervantiam regularem, niſi reliquus perpetuam continentiam repromittat, nec vitam quoque debet mutare, niſi forte ejus ætatis ſit, ut ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſæculo remanere.*

Honorius III. *cap. ſignificavit* 18. *eodem tit. mandamus, quatenus ſi eſt ita, & talis ætatis, de qua ſuſpicio non poſſit haberi, ipſum votum continentiæ obſervantem, intrare Monaſterium compelli non permittatis.*

His ita propoſitis; mulier in cauſa, de qua agitur, in triceſimo ætatis anno verſatur, vir in quinquageſimo quinto. Maxima itaque inſpectio de ætate viri eſt; an pro hac re ſenilis dicenda ſit, proptereaque vacet in poſterum ſuſpicione: *ſenectus enim hoc habet præclarum munus*, ut ait Cicero, *ſiquidem id aufert, quod eſt etiam in adoleſcentia vitioſiſſimum*. Et divus Hieronymus: *ſenectus ab impudentiſſimis dominis liberat voluptatibus, libidinis frangit impetus.*

Phyſici ætatem ſenilem, poſt mediam, & conſtantem a juven-

ventute, in quinquageſimo anno incipere affirmant communiter, quibus accedunt pene omnes de legibus, de natura hominum, ac de rebus publicis differentes philoſophi.

Juriſtæ in diverſas partes ſcinduntur. Licet a quinquageſimo anno ætatem ſenilem incipere aſſerant; attamen, ut ſuſpicionem excludant, in fœmina ſexaginta annos requirunt. Divus Paulus ad Timotheum ſcripſit: *vidua eligatur non minus ſexaginta annorum: adoleſcentiores autem devita; cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt: epiſt.1. cap.5.* In viris ætatem ſeptuageſimi anni, nempe *Davidis* ſenis, neceſſariam exiſtimant. *Rex David ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies; cumque operiretur veſtibus non calefiebat. Reg.2.cap.1.*. Viden. *Barboſ. cum Fagnan. in cap.cum ſis de conver. conjugat.*; nec non *Narbon. de ætate ad actus humanos quæſt.9.*, *Sanchez de matrim.lib.7.diſp.32.n.16.*

Verum enim vero ſenectus, etiam ad materiam, de qua ſermo eſt, non annorum numero computatur. Non perraro *venit enim properata malis inopina ſenectus, intempeſtivi funduntur vertice cani*. Perſæpe in vegetioribus tarda ſenectus eſt; & etiam poſtquam venerit, conſervare poterit diu aliquid priſtini roboris, & intemperantiæ. Acres interdum, ac vividi prope extremam ætatem videntur ſenes; effæti jam homines, atque imbecilles, vix etiam dum virilem ætatem tranſigunt. A valetudine, a viribus, ab actæ vitæ conſuetudine, æſtimanda res eſt, ut magis cordati juriſtæ conſentiunt. Judicio, ac prudenti judicantium arbitrio res omnis relinquitur, qui rei ipſius circumſtantias accurate perpendant.

Sacra Congregatio in una *Pariſien.* die *6.* Maji *1645.* reſpondit: *ſi Sanctiſſimo Domino placuerit diſpenſationem petitam ſuſcipiendi ordines ſacros de conſenſu uxoris concedendum eſſe Joanni de Monberon in forma tamen commiſſaria, verificatis ætate ipſius ſexaginta duorum annorum, & ætate uxoris quinquaginta octo annorum, quodque ipſa emiſerit votum ſolemne caſtitatis in manu Archiepiſcopi Pariſienſis, & quod ex atteſtatione ejuſdem in dicta uxore ceſſet omnis incontinentiæ ſuſpicio, & ipſe ſit benemeritus Sedis Apoſtolicæ ob ſervitium præſtitum Sacræ Congregationi de Propaganda Fide lib. 17. Decretor. fol. 471. a ter.*

In cauſa, de qua cognoſcitur, ponderandum quanti valeant teſtationes de pietate, ac religione viri; quid experimentum diuturnæ a florida uxore abſentiæ; quid faciat utriuſque Epiſcopi conſentiens teſtimonium.

Advertendum tamen Epiſcopum Barcinonenſem de *Eliſabeth* dixiſſe: *ex deſiderio ſe magis ſubducendi a cognatorum, notorumque moleſtiis, propendere multum ad inducendum habitum religioſum, & profeſſionem emittendam in Monaſterio &c.* Ipſam autem de ſe affirmaſſe: *eſſendomi ſegretamente maritata undici*

dici anni ſono con D. Nicola Ruiz della Torre Sargente maggiore del Reggimento di fanteria della Regina, con cui coabitai ſei, o ſette meſi, e da cui ebbi un figlio., il quale dopo due anni, e meſi paſsò a miglior vita. Ed eſſendo ſtato deſtinato il detto Reggimento per guarnizione prima a Cadice, di poi a Ceuta, ed ora ultimamente di nuovo a Cadice; per qual motivo dovette aſſentarſi da queſta Capitale il detto D. Nicola, come in fatti ſi aſſentò, laſciandomi raccomandata in queſto monaſtero dell' educazione, ove ſino al preſente ho dimorato ſenza uſcirne, a riſerva di due volte, ſtandone fuori ciaſcuna volta per lo ſpazio di un meſe, acciochè il detto matrimonio rimaneſſe occultato almeno tra la truppa. Siccome di poi allorchè venne da Napoli il noſtro Rè, eſſo D. Nicola, ſecondo che mi ſcriſſe, ne procurò la pubblicazione, ſupplicando Sua Maeſtà Cattolica per la licenza, quale per allora non fù poſſibile di conſeguire, e nemmeno ora ſecondo ciò, che ſi vede, ed io giudico gli ſia poſſibile di ottenere, per eſſere molto notabile la diſuguaglianza de' miei natali, riſpetto alli ſuoi. Così con tale occaſione diſingannata io ſteſſa di ciò, che in ſe è il mondo, e ſentendomi moſſa da Dio a prender lo ſtato religioſo &c.

Conſiderandum idcirco, an verendum ſit, ne vegeta ætate mulier, deſperatione potiſſimum habendi maritum, ad regularem ſtatum ſe vertat: vir autem, quia indignationem Principis timet, ob diſpares nuptias in militari ſervitio ſine venia contractas, & non honeſtam inde a militia dimiſſionem, conſentiat: ideoque non præcipuo inſtinctu pietatis faciant; ac propterea conceſſionis ſubjectum ipſum deficiat *in ſalutari*.

In re graviſſima EE. Patrum expectatur ſententia, quam, uti conſueverunt, opportuniſſimam dabunt

An, & quomodo liceat Eliſabeth religioſum habitum ſuſcipere, & regularem profeſſionem emittere, in caſu &c.

Die

Die Sabbati 23. Novembris 1765. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

DUÆ tantum cauſæ, in Congregatione ante ferias autumnales *die* 28. *Septembris* acta, reſponſum non habuerunt.

FLORENTINA.

An, & quæ onera ſint reducenda, in caſu &c. *Seſs. 25. cap. 4. de Reform.*

Præſervato onere aſſiſtendi Miſſæ Cantatæ omnibus diebus feſtivis, & officiis in nocte Natalis D. N. Jeſu Chriſti, & diebus hebdomadæ Sanctæ. In reliquis pro gratia.

BARCINONEN.

An, & quomodo liceat Eliſabeth religioſum habitum ſuſcipere, & regularem profeſſionem emittere, in caſu &c. *Seſs. 24. cap. 1. de Reform.*

In hac cauſa nuper novæ probationes venerunt de enixo deſiderio Eliſabeth excipiendi ſtatum regularem ſolo pietatis inſtinctu, ac de non bona valetudine viri, quæ circumferentur.

Expectet, & ad mentem, & amplius.

VITERBIEN. CAPELLANIÆ, Agitur de declaranda qualitate ſive eccleſiaſtica, ſive laicali capellaniæ, quæ *anno* 1760. Centumcellis ex teſtamento *Petri Bianchi* ad altare *S. Michaelis Archangeli* in eccleſia ſodalitii *mortis* a curia Ordinarii, petente primo ad capellaniam nominato, uti eccleſiaſtica erecta eſt, ignaris tamen hæredibus, & patronis, necnon ſodalibus *mortis* ad jus nominandi ſubſtitutis, qui omnes nunc contradicunt, ac laicalem eſſe propugnant. *Seſs. 22. cap. 8. & 9. de Reform.*

Primum ante oculos habenda tabula teſtamenti eſt. *Petrus Bianchi anno* 1734. in hæc verba ſcripſit: *della mia caſa poſta in piazza Leandra di queſta Città preſſo i ſuoi noti confini, che al preſente rende d'annua pigione ſcudi 74. ſubito ſeguita la mia morte ſe ne debba eriggere un beneficio ſemplice, o ſia capellania laicale all'Altare di S. Michele Arcangelo nella chieſa della confraternita della morte di queſta Città; qual beneficio, o ſia capellania voglio, che ſia meramente laicale, e che l'Ordinario ſopra quello, o quella non poſſa mai aver jus alcuno, nè mai poſſa dirſi eccleſiaſtico, ma che il jus nominandi, e præſentandi il capellano in perpetuo ſpetti alli miei eredi, e ſucceſſori in linea maſcolina, e mancando in qualunque tempo la linea maſcolina ſubentri al detto jus nominandi, e præſentandi la linea feminina, & in mancanza di queſta voglio, che il jus nominandi, e præſentandi ſpetti, ed appartenga a dodici fratelli gli più ſenſati, ed anziani di detta confraternita della Morte.*

Modum adjecit, quo ſodales ſuo tempore uterentur in eligendo per ſortes capellano, *ogni volta, che vi ſarà la vacanza, ed intanto per primo capellano di detto beneficio ſemplice, o ſia capellania voglio, che ſia, nomino, e preſento il ſignor D. Andrea Bianchi mio nipote per allora, e quando ſarà ſeguita l'erezione di detta capellania, o ſia beneficio ſemplice, con il peſo però, che egli, ed ogni altro capellano pro tempore ſia tenuto, ed obligato ſempre, & in perpetuo celebrare, o far celebrare quotidianamente la meſſa al detto Altare di S. Michele Arcangelo in ſuffragio dell'anima mia.*

Inde addidit: *nella qual caſa, e ſue reſpettive rendite, mio erede iſtituiſco &c. e di mio proprio pugno ſcrivo il ſudetto beneficio, o ſia capellania &c.* Codicillis poſtea conditis onus capellani ad tria tantum ſacra qualibet hebdomada reduxit.

Secuto obitu *Petri*, procurator *Andreæ* primi nominati, *quia factus erat locus erectioni dicti ſimplicis beneficii, ſeu capellaniæ laicalis*, petiit in curia Viterbien. *dictam capellaniam auctoritate ordinaria, ac aliis omni &c. erigi, & fundari &c. deindeque ipſum R. D. Andream Bianchi, & a teſtatore nominatum in capellanum &c. confirmari, & inſtitui, Bullaſque ad ſui favorem expediri &c.*

Decretum editum eſt: *auctoritate Ordinaria, ac alias omni &c. ſimplex beneficium, ſeu capellaniam juxta diſpoſitionem dicti quondam Petri Bianchi ad Altare S. Michaelis Archangeli in eccleſia confraternitatis Mortis dictæ civitatis Centumcellarum perpetuo erigimus, ac inſtituimus, ac pro perpetuo erecto, & inſtituto pro ejus fundo, & dote, ac onerum ſupportatione donum, ut ſupra in comparitione deſcriptam tradimus, & appropriamus, cum onere capellanis pro tempore &c. celebrandi in dicto altari miſſas tres qualibet hebdomada in ſuffragium animæ dictæ teſtatoris, ac jus nominandi, & præſentandi capellanum reſervamus, & concedimus ſupradictis a teſtatore vocatis, ac modo, & forma, prout in dicto teſtamento continetur, ac in primum capellanum dicti beneficii*

ficii confirmamus, & inſtituimus R. D. Andream Bianchi a dicto teſtatore nominatum, bullaſque ad ejus favorem in forma ſolita expediri, ac in veram, & corporalem poſſeſſionem ejuſdem capellaniæ, ac annexorum, juriumque immitti mandamus &c. Hinc favore *Andreæ* ab eadem curia datæ ſunt literæ, quibus poſſeſſionem capellaniæ cæpit.

Nunc *Michael Angelus*, & *Joſeph Maria Bianchi* hæredes *Petri*, qui jus nominandi habent, ac ſodales ad illud jus ſubſtituti, abrogandam inſtitutionem capellaniæ eccleſiaſticæ, contra mentem teſtatoris non rite factam, ſupplicant. Ajunt agi de capellania a teſtatore laico conſtituta, nulla Ordinarii auctoritate quæſita, in quolibet dubio uti laicali habenda *Rot. cor. Laucett. deciſ.* 1030. *num.* 23., & *in Aſculana Collectarum* 19. *Januarii* 1728. §. *Præſuppoſito cor. clar. mem. Card. Aldrovando*.

Nullum autem dubium eſſe de voluntate teſtatoris, non ſolum ex nominata toties qualitate laicali, ex defectu mentionis dotis, & inſtitutionis, & ex nunquam requiſito conſenſu Ordinarii *Rot. cor. Rembold. deciſ.* 519. *num.* 8., *eor. Lancett. deciſ.* 1038. *num.* 8., & *in Nucerina Capellaniæ* 28. *Junii* 1754. §. 6. *cor. Canilliac*; ſed ex ipſis apertiſſimis teſtamenti verbis: *qual beneficio ſemplice, o ſia capellania voglio, che ſia meramente laicale, e che l'Ordinario ſopra quello, o quella non poſſa mai avervi jus alcuno, ne mai poſſa dirſi eccleſiaſtico*.

Ex his, inquiunt, apparere qualitatem laicalem apertiſſimam: Ordinarium non ſolum non fuiſſe requiſitum, ſed excluſum prorſus ab omni jure. Qui plane impugnare hæc velit, contra cognitam veritatem agere *Piton. de controv. Patron. alleg.* 31. *num.* 28., & *Rot. cor. Seraphin. deciſ.* 611. *num.* 1.

Quamobrem conjecturas omnes inutiliter allegari contra factum expreſſum, & clarum, & contra veritatem, quæ ipſa loquitur, & clarior luce eſt. Legem teſtatoris, & voluntatem ejus inſpiciendam; cætera diſputationibus otioſorum hominum relinquenda ad *text. in l. Continuus §. Cum ita ff. de verb. oblig.*, *Urſaj. diſcept. Eccleſ.* 13. *num.* 36. *tom.* 1., & *Rot. cor. Molin. deciſ.* 422. *num.* 15.

Neque objici poſſe, ita teſtatorem dixiſſe, ut reiceret nempe Ordinarium a nominandi jure. Nihil debere agere, qui hæc dicat, niſi ut ad verba teſtamenti redeat; inde videat quantum aberret, quam otioſe, quam inutiliter contra veritatem decertet: nihil etenim commune habere voluntatem requiſitæ qualitatis laicalis, cum voluntate juris nominandi reſervati favore hæredum.

Quemadmodum neque obſtare factum procuratoris *Andreæ* capellani, qui ignoranter, ac ſine ulla auctoritate egit, contra jus clarum hæredum, ac patronorum, quod ſive ex facto nominati, ſive ex facto curiæ imminui nequibat ad *text. in cap. pone extr. de privil. Rot. cor. Burat. deciſ.* 224. *num.* 6., & *cor. Dunozet. ſen. deciſ.* 265. *num.* 9.

Promotor Fiſcalis Curiæ ad judicium non venit ; ſed *folium* tranſmiſit, quod cum monumentis cauſæ circumfertur, quo qualitatem eccleſiaſticam vindicat, ex pluries repetita beneficii appellatione, demandata erectione *ſe ne debba eriggere &c.*, ex dotis conſtitutione, ſacris perpetuis, certo altari, ac verbis *nominandi, & præſentandi*. Quæ autem teſtator dixerit de qualitate laicali, & de non jure Ordinarii, reſpicere contendit tantummodo jus nominandi, quod, Ordinario excluſo, hæredibus unice datum voluit. Concludit tandem *ſupervacaneum eſſe hac ſuper re pluribus decertare, ex qua parum, aut nihil juriſdictionis Epiſcopali huic curiæ accreſcit, vel minuitur, quocumque tandem res cedat ex ſapientiſſimo ſupremi iſtius Tribunalis reſponſo.*

Eminentiſſimus Epiſcopus interrogatus reſpondit : *hujus diſpoſitionis genuinum ſenſum ſatis mihi perſpectum eſſe affirmare non auſim : erigi enim mandat ſtatim poſt ſuum obitum in altari S. Michaelis Arcangeli in eccleſia ſocietatis Mortis ejuſdem urbis cum dote redituum ex locatione cujuſdam domus percipien. in annua ſumma ſcut. circiter 74. unum beneficium ſimplex, quod ſtatim capellaniam laicalem dicit, cum certo miſſarum onere adimplendo : mox vero ſuam voluntatem declarans ſubdit nullum in ea capellania jus Ordinario competere unquam poſſe, neque eam unquam cenſendam eccleſiaſticam, ac jus nominandi, & præſentandi capellanum perpetuo pertinere ad hæredes maſculinæ primum, tum etiam fœmininæ lineæ, eiſque deficientibus ad 12. prædictæ ſocietatis confratres ſaniores, & ſeniores. Quibus ex verbis conjici poſſet mentem teſtatoris fuiſſe, laicalem a ſe fuiſſe appellatam eam capellaniam propter jus nominandi laicis ſuis hæredibus reſervatum, licet in ea ipſa juriſpatronatus reſervatione eccleſiaſticam quamdam qualitatem innuat, cum ſubſtituat poſt hæreditariæ lineæ expirationem confratres ſocietatis mortis, quæ utpote auctoritate Ordinaria erecta, ſacriſque utens, eccleſiaſtica habetur : alioquin etiam conſiderationem meretur bis repetitum erectionis faciendæ vocabulum = ibi = ſe ne debba erigere : quando ſarà ſeguita l'erezione, vi quorum verborum primus a teſtatore nominatus ejuſdem nepos ſacerdos Andreas Bianchi, putans ſibi non ſatis conſultum ad poſſeſſionem capiendam vigore teſtamentariæ diſpoſitionis, in actis hujus meæ curiæ erectionem fieri petiit, eaque auctoritate Ordinaria peracta, bullas expediri inſtetit, quibus munitus capellaniæ poſſeſſionem adivit. His tamen omnibus aperte reſiſtere videtur teſtatoris mens per illa bis repetita verba : Capellania laicale. Voglio che ſia meramente laicale, nè mai poſſa dirſi eccleſiaſtica : ex quo generali verborum conceptu via omnis quodam modo præcluditur quibuſcumque aliis voluntatis teſtatoris interpretationibus ex ſuboſcuris conjectationibus aliunde petitis, profluentibus. In hac ancipiti tabularum intelligentia reliquum mihi eſt tantum, ut ſapientiſſimum EE. VV. oraculum expectem.*

Non dubium eſt poſſe Ordinarii auctoritate effici capellaniam eccle-

ecclesiasticam, si ex ultima voluntate constituenda sit, petente hærede, vel patrono, dummodo testator a capellaniæ ecclesiasticæ erectione alienus non fuerit *Piton. de controver. patron. alleg.*34. *num.*20. *Rot. cor. Pamphil. decis.*87. *num.*5.

Testator tum alienus dicitur, cum Ordinarium ab institutione capellanorum excluſit *Amostaz. de cauſ. piis lib.*3. *cap.*13. *num.*4. *Rot. cor. Seraphin. decis.*611. *num.*4., *& in Tarraconen. Capellaniæ* 11. *Martii* 1748. *§.*9. *cor. Cortada*. Cum bona non capellaniæ, sed capellanis reliquit *Piton. de loc. cit. patron. allegat.*49. *num.*9. *&* 11. *alleg.* 87. *num.*3. *Rot. cor. Coccin. decis.*2244. *num.*4. Cum ea reliquit capellaniæ, sed expresso titulo stipendii, & salarii capellani *Leotard. de re benefic. lib.*1. *quæst.*31. *num.*60. *Rota in Civitatis Castelli Capellaniæ* 29. *Aprilis* 1744. *§.*10. *cor. Vicecomite*, *& in Anagnina Capellaniæ* 30. *Junii* 1750. §.4. *cor. cl. mem. Card. Matthejo*.

Non alienus vero, si fuerit ecclesiasticus, si erectionem capellaniæ demandaverit in certa ecclesia, dotem constituerit, ipsam capellaniam appellaverit beneficium *Rot. in Anconitana Beneficii* 21. *Martii* 1746. *cor. de Vaiis*. Quæ omnia intelligenda tamen sunt, si de eo testatore agitur, qui discrimen inter ecclesiasticam, & laicalem cognovisse potuit *Rot. in Prænestina Legati pii* 21. *Aprilis* §.8. *coram Lana*.

Quæstio itaque hæc tota ad testatoris voluntatem inquirendam pertinet. Omnia, quæ DD. dixerunt in id recidit, ut testatoris cognoscatur voluntas. In dubio autem pro laicali judicandum est *Rot. cor. Lancet. decis.*1030. *num.*24., *& in Asculana collectarum* 19. *Januarii* 1728. §. *præsupposita cor. cl. mem. Card. Aldrovando*. Et quidem ex optima ratione ab ipso eruta purissimo fonte legum Romanarum, quæ in dubio semper minus oneris intelligunt. *Cajus* dixit: *semper in dubiis benigniora præferenda sunt*: *Ulpianus* autem: *semper in obscuris quod minimum est sequitur l.*47., *& l.* 9. *de reg. juris*. Quas æquissimas juris Romani regulas sapienter excepit Bonifacius *in cap.*30. *de reg. jur. in* 6.: *in obscuris, minimum est sequendam*.

Testator hæc habuit: *qual benefizio, o sia cappellania voglio, che sia meramente laicale, e che l'Ordinario sopra quello, o quella non possa aver mai jus alcuno, nè mai possa dirsi ecclesiastica*. Clarissima verba sunt. Unica disquisitio est, an sequentia verba; *ma che il jus nominandi, e præsentandi il capellano in perpetuo spetti a miei eredi, e successori &c.* præcedentem legem limitent, itaut ecclesiastica effici potuerit, quæ ex antecedentibus verbis nunquam ecclesiastica dici poterat. Videndum an hæc limitatio clara sit. Si clara non sit, an ea recurrant, quæ in casu dubii obtinent.

Capellani certe videntur ex testamento perpetui esse, non amovibiles. In jure autem nihil repugnat, quod capellanus per-

perpetuus, quod capellania ſit eccleſiaſtica, ac jus patronatus laicale ſit, & nullum ſuper ea jus curia habeat. *Rot. in Fanen. juris nominandi 2. Julii 1745. per tot. cor. cl. mem. Card. Buſſio.*

Ad rem videntur reſolutiones Sac. Congregationis *in Romana Capellaniæ 5. Maji 1708. in Nullius Farfen. Capellaniæ 12. Auguſti 1743. in Ferentina capellaniæ 19. Decembris 1750. in Vrbinaten., ſeu Ariminen. Capellaniæ 3. Februarii 1753. in Viglevanen. capellaniæ 25. Aprilis 1761. in Amerina capellaniarum 26. Februarii 1763. & in Æſina capellaniæ 8. Maji proxime elapſi.* Proponitur

An capellania S. Michaelis Arcangeli ſit eccleſiaſtica, itaut ſubſtineatur erectio facta ab Ordinario, & inſtitutio in caſu &c.

Negative in omnibus, & amplius.

Seſs. 21. cap. 4. de Reform.

SPOLETINA CONGRUÆ. *Die 26. Auguſti 1760., ac 14. Maji 1761.* nomine curiæ Spoletinæ præceptum eſt oppidanis *Arcis Porenæ*, ut bona parochiæ, quæ locari non potuerant, inter ſe partito colerent, ac ſecundum loci conſuetudinem parocho colonicam partem darent. Non audientes incolas parochus *die 9. Septembris 1761.* petiit cogi ad præſtandam congruam. Hinc acris controverſia acta eſt in curia, quæ *die 23. Februarii 1764.* decrevit ſubminiſtrari pro tunc parocho *ſcut. 20.*, ac ſimul ſententiam protulit: *præfatos homines Communitatis Arcis Porenæ reos conventos teneri, & obligatos fuiſſe, & eſſe ad aſſumendam, ſeu inter ſe repartiendam coloniam bonorum eccleſiæ Parochialis Caſtri Arcis Porenæ R. D. moderno Parocho actore, ſive ad inveniendum, vel deſtinandum pro cultura eorumdem bonorum colonum idoneum, qui illa colere potuerit, ac poſſit ad uſum artis, & juxta ſtylum dicti Caſtri, & ſolitis cum pactis, & reſervationibus, cum quibus tradere bona prædicta dictus R. D. Maurani ad coloniam huc uſque conſueverit: propterea que ſtante renitentia dictorum hominum in aſſumenda colonia prædicta, ſive in deſtinando colonum idoneum, non obſtantibus pluribus intimationibus, & ordinibus de mandato noſtro contra ipſos exequutis, ut in actis, teneri, & obligatos fuiſſe, & eſſe dicimus eoſdem homines ad ſubminiſtrandam dicto D. Maurani eorum Parocho congruam ſubſtentationem pro toto eo tempore quo ex defectu culturæ bonorum parochialium illa fuerunt inculta, & exinde fructatum ſufficientem pro ejus ſuſtentatione, per Nos tamen in poſterum liquidan. idem R. Parochus percipere non valuit.*

Hinc triplex modo inſtituitur quæſtio. I. De colendis bonis, & quibus conditionibus. II. De præſtanda congrua pro tempore, quo ea oppidani non coluerunt. III. De reficiendis damnis ob non culturam illatis.

Loci communitas ait, parochum uſufructum bonorum habere

cap.

cap. præſertim de offic. ordin. in 6. Antonel. de jur., & oner. cler. lib. 1. part. 3. cap. 35. num. 1. Clericat. de benef. diſc. 44. num. 2., & Rot. cor. Seraph. deciſ. 594. num. 7. : uſufructuarium autem ſuis debere ſumptibus bona colere *l. item ſi fundi 9. §. Nam, & Celſus ff. de uſufruct. Gregor. Tholoſ. Syntag. jur. lib. 4. cap. 3. num. 17. Caſtil. de uſufruct. lib. 1. cap. 23. num. 4.*

Præterea ſuis parochis eſſe ſufficientes fundos, ac reditus: inſuper habere decimas, quæ quotannis ſolvuntur. Præſentem parochum ab *anno* 1746., quatuordecim integros annos, ſua bona coluiſſe, vel colenda dediſſe. Ita egiſſe priores parochos. Ita totius diœceſis parochos agere, qui ſuos populos de hoc non perturbant, ſuis reditibus contenti ſunt. Unde hoc novum exemplum dandum ab uno tantum fervido, & novarum rerum cupido ingenio? Inveniſſe antea illum æquis conditionibus, qui bona coleret; inventurum deinceps qui conduceret, ſi æquas conditiones ſervaret. Meliores fundos retinere nunc ſibi, ſteriles offerre aliis. Præterea habere armentum, habere vires, unde agros ſuos ſibi colat, quemadmodum de jure tenetur.

Fruſtraque opponi Synodum Nucerinam *anni* 1679. Agi hic de diœceſis *Spoletinæ* oppido. Quemadmodum perperam allegari ſimile decretum Epiſcopi Spoletini *anni* 1712. Non haberi authenticam probationem decreti: decretum injuſtum fuiſſe: demum pro alia peculiari *villa di Chiuſita S. Pietro*, quæ carebat parocho. Non poſſe ideo exemplum protrahi ad aliud oppidum ſuum parochum habens.

De II. parochum ſuam congruam habuiſſe; ſemper decimas omni tempore percepiſſe; fructus naturales prædiorum collegiſſe; plurima ſelecta bona ſuis ſumptibus coluiſſe; ab incultis optimum lucrum cepiſſe ex fœno, & paſcuis: probari hæc omnia ex communi teſtium affirmatione. Hinc ſi ali potuit ex parochiæ bonis, ac reditibus, ſi pro alimentis æs alienum non contraxit, ceſſare damnum, ceſſare actionem congruæ *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 549. num. 5., Rot. cor. Duran. deciſ. 30. num. 6., & coram Falconer. deciſ. 10. num. 2. de Fid. inſtrum.*

Ad hæc, damnum, ſi adeſſet, non populi, ſed parochi culpa profectum, ut ex pleniſſimis probationibus conſtare affirmat. Præcepta autem attendi non debuiſſe, uti illegitima, atque evidenter injuſta, ſi non aliud, ſaltem quia contra omnem juris formam ab ipſa executione inchoabatur judicium.

De III. negat damna. Si aliqua autem ſint, veniſſe ex culpa, & negligentia parochi. Parochum ipſum uſque ad præteritum menſem *Februarii* ſuas vineas coluiſſe; fructiferarum arborum plantationes feciſſe: ceſſaſſe poſtea obtentu, & æmulatione litis. Ipſum damnorum auctorem eſſe; ac

præ-

præterea ad ea farcienda, ne ſucceſſores ſequantur, eſſe cogendum *Lancellot. de attent. part.3. cap.30. num.187.*, *Rot. coram Bichio deciſ.87. num.1.*, *& coram Molin. deciſ.640. num.13.*

Contra vero parochus ſuam petitionem juri conſentaneam fuiſſe. Non teneri, qui *miniſterio verbi* addictus eſt, ſæcularibus negociis, & præſertim colendorum agrorum ſe immiſcere, quæ ſui temporis meliorem partem occuparent. In Synodo Nucerina haberi ſimile decretum: haberi ea decreta in diœceſi Spoletina *anni* 1712., quæ, uti in *ſacra Viſitatione* edita, totius diœceſis leges ſunt *Cyriac. controv 4. num.3.*, *Rocca diſp. jur. cap.5. num.6.*, *Rot. deciſ.90. num.16. part.16. recent.*, ac obligant omnes, & ſingulos in diœceſi exiſtentes *l. omnes populi ff. de juſt. & jur. cap. fin. de conſt. in 6. cap. omnes de major.*, *& obbed.*, *& Rot. in recent. deciſ.102. num.4. part.19.*

Ita præterito tempore ſervatum fuiſſe ab ipſa communitate *Arcis Porenæ*. Ipſam communitatem hanc ſuam obligationem agnoviſſe, Præterea neceſſariam ſuam petitionem fuiſſe, quia nemo inveniri potuit, qui agros conduceret. Qui teſtes contrarium dicunt, & oppidanos, & falſos eſſe. De conditionibus vero clariſſima verba præceptorum eſſe, ut eæ eſſent, quæ pro loci conſuetudine debuerant. Pervicaciam profecto fuiſſe oppidanorum, ut non obtemperarent, injuſtam contentionem, atque injuſtum odium.

Atque hinc patere fontem damnorum, unde venerint. Communitatem judicialiter fuiſſe monitam ab *anno* 1760. Non paruiſſe. Teneri ſane pro eo tempore dare congruam parocho, quæ defecit, *Surd. de alim. quæſt. 60. num. 1. & ſeq.*

Atque hinc deſcendere, quod omnia damna bonis illata, ex propria culpa communitas ſua fecerit, atque ab eadem farcienda ſint *Rot. deciſ. 783. num.5. cor. Cerro deciſ.31. num.8. de fideic. cor. Falconer. & deciſ.233. num.7. tom.2. cor. cl. mem. Card. Tanario*. Ac parocho præſtandum quanti intereſt bona non fuiſſe culta *Leotard. de uſur. quæſt.7. num. 4. Rot. deciſ.498. num.3. cor.Coccin.*

De cætero contra teſtes ex alia parte inductos declamat. Omnia contra ſe dicta, falſa eſſe. Ex ſuis probationibus apparere omnia evidenter.

Certe, ſi reditus bonorum non ſufficiunt, præſtandam a populo congruam de jure eſt. Certum, quod parochus ſuis manibus colere fundos nequit. Tota itaque quæſtio in facto agitur, cujus culpa bona non fuerint culta: cujus culpa reditus præterito tempore imminuti fuerint; cujus culpa illata in fundos damna provenerint; an vere alioquin congrua defecerit parocho. Hinc inde pugnantes teſtium aſſertiones inducuntur, quæ ſub oculis erunt, & quas exſcribere neque facillimum, neque alicujus eſſet utilitatis. Dubitatur

II. *An*

I. *An Communitas, & homines Arcis Porenæ teneantur ſerere terrenæ Parochialis Eccleſiæ, & ſub quibus conditionibus, vel potius illa colere teneatur Parochus*, & quatenus affirmative ad primam partem.

II. *An pro eo tempore, quo inculta remanſerunt, communitas, & homines teneantur præſtare Parocho congruam alimentariam.*

III. *An, & a quibus ſint reficienda damna bonis, de quibus agitur, illata.*

Ad I. negative, ad primam partem, affirmative ad II., & amplius.

Ad II. dilata, & videatur particulariter ſuper competentia congruæ.

Ad III. Negative, & amplius.

MEDIOLANEN. . Cognoſcendum eſt de qualitate legati *ann. lib.* 300. *Mediolanenſium* relicti a comite *Annibale Taverna* pro capellania; an *taxative* datum fuerit, vel *demonſtrative*. Quæſtio omnis a voluntate, ideoque ab inſpiciendis verbis teſtamenti pendet, unde voluntas unice eruenda eſt. *Seſs. 22. decret. de obſer., & evit. in celebr. miſs.*

Anno 1590. *die* 28. *Maji* in teſtamento *Annibal* dixerat: *lego, judico, & jure legati relinquo RR. Fratribus monaſterii S. Mariæ Gratiarum Landriani ordinis Divi Dominici, ac ipſi monaſterio, ac infraſcriptos hæredes meos aggravo ad dandum, & ſolvendum ipſis Fratribus, & monaſterio omni anno uſque in perpetuum lib.* 300, *imperiales* (lib. 300. imperial. æquant ſcut. rom. 40.) *cum onere ipſis RR. Fratribus celebrandi miſſam unam Beatæ Virginis Mariæ ſingulo die uſque in perpetuum ad altare ſanctiſſimi Roſarii conſtructum in dicta eccleſia S. Mariæ Gratiarum Landriani, incipiendo ſtatim poſt deceſſum meum, cum hac tamen lege, & conditione, quod Rev. Vicarius deputatus, & qui pro tempore deputabuntur uſque in perpetuum manuteneat ultra fratres ſacerdotes, qui ſolent ſtare in dicto monaſterio, alium fratrem ſacerdotem particularem, qui celebrare habeat in dicta eccleſia modo, quo ſupra, & in remedium animæ meæ.*

Sequenti die codicillos condidit: *& quia in dicto teſtamento legavi RR. Fratribus monaſterii S. Mariæ Gratiarum Landriani ordinis Prædicatorum, ac ipſi monaſterio lib.* 300. *imperiales omni anno uſque in perpetuum, cum onere ipſis Fratribus celebrandi quotidie miſſam unam Beatæ Mariæ Virg. ad altare ſanctiſſimi Roſarii conſtructum in dicta eccleſia S. Mariæ dicti loci Landriani, cum onere etiam, ut pro celebratione dictæ miſſæ manuteneretur*

alius ſacerdos ex ipſis Fratribus ultra ſacerdotes ordinarios, & ſolitos habitare in dicto monaſterio etiam prout latius ex dicto legato apparet, & ad effectum, ut dicta miſſa cum effectu celebretur, annullavi, & annullo dictum legatum dictis RR. Fratribus factum, & relictum, ut ſupra, & de novo ordinavi, & ordino, ac volo, & mando, præfatoſque hæredes meos aggravo ad inſtituendam capellaniam ſub titulo Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virg. in illa eccleſia, in qua magis placuerit præfatis hæredibus meis, etiam extra dictum locum Landriani, & quod capellania ſit, & eſſe debeat de jure patronatus præfatorum hæredum meorum, ac deſcendentium in perpetuum cum jure, & facultate dictis hæredibus meis, & ut ſupra eligendi capellanos per tempora, prout contigerit, ad dictam miſſam celebrandam quotidie, & in perpetuum, ut ſupra, & omnia ad altare dictæ capellaniæ inſtituendæ, ut ſupra, celebrando miſſam Beatiſſimæ Mariæ; & volo, & dictos hæredes meos aggravo ad dandum, & ſolvendum dictis capellanis eligendis pro eleemoſyna lib. 300. imperiales omni anno, vel eidem aſſignare tot bona immobilia, ex quibus percipiatur dicta ſumma lib. 300. imperialium in anno, & hoc in remedium, & pro ſalute animæ meæ, & hæredum, & ſucceſſorum meorum.

Hæredes capellaniam non conſtituerunt, & eccleſiam non deſignarunt. Aucta deinde manuali eleemoſyna ad *lib. unam imperialem*, ſacra tantum tercentum, uti pecunia ferebat, quolibet anno celebranda dederunt uſque adhuc. Præterito anno, ut omni animi religione ſe liberarent, ſupplicarunt pro abſolutione de præteritis ad hanc diem, atque uti is ſacrorum 300. numerus in poſterum celebrandus ſtatueretur. SANCTISSIMUS de præteritis annuit, imperato certo ſacrorum numero de reliquo cognitionem ad S. Congregationem rejecit.

Inquiunt hæredes *Taverna*, certum eſſe tam ex *teſtamento*, quam ex *codicillis*, ſe ad ſolas *lib. 300. ann.* præſtandas damnatos fuiſſe ab *Annibale*, qui neque de alia majori quantitate, toto ipſo tenore ſcripturæ animadverſo, cogitavit unquam. Certam eſſe itaque regulam juris, quod nihil aliud præſtare debeant, quam injunctum fuit, *leg. certus numerus ff. de trit', vin., & oleo, l. nomen debitoris §. Uni ex hæredibus ff. de leg. 3.*

Nec obeſſe, quod in *codicillis* ſermonem incæperit a capellania, ejuſque onere *miſſæ quotidianæ*. Apparere etenim voluntatem ejus illam capellaniam conſtituendi, quam in teſtamento mandaverat: unice ademiſſe legatum alteri factum, atque in hæredes tranſtuliſſe: conditiones aliquas adjunxiſſe: de re ipſa vero nihil innovaſſe.

Quamobrem eandem rem eſſe, eandem voluntatem, eandem deberi interpretationem fieri *l. alumnæ §. Qui filias ff. de adim. leg., Rot. cor. Cavaler. dec. 41. n. 9.* Maxime quia una, eademque orationis periodus eſt, qua in *codicillis* capellaniam conſtituit,

ſtituit, & præſtandam capellano mercedem præſcripſit, *Rot. deciſ.* 130. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*, *& coram Merlin. dec.* 55. *num.* 2.

Ipſiſſimum hoc fuiſſe Sacræ Congregationis judicium in una *Mediolanen. anni* 1718. pro ſimili controverſia. Accedere judicium Ordinarii, qui votis favet.

Eminentiſſimus Archiepiſcopus die 30. *Maji* 1764. in ſuis literis hæc dixerat: *verum quidem eſt in codicillis teſtatorem initium ducere ab onere, ſeu inſtitutione capellaniæ miſſæ quotidianæ, non ab ære, ſeu præfinitione eleemoſynæ, quo in caſu juxta receptam regulam dos DEMONSTRATIVE, non TAXATIVE deſignata videtur, adeoque locum eſſe coactivo ſupplemento, non miſſarum reductioni, cum liquido appareat codicillos conditos fuiſſe a pio teſtatore in gratiam dumtaxat hæredum, quibus propterea reliquit facultatem celebrari faciendi miſſas ubilibet; præſumi fortaſſe poſſet nihil plus oneris injungere voluiſſe iiſdem hæredibus, quam quod impoſuerit in præcedenti teſtamento, in quo juſſit tantum hæredes tradere RR. Fratribus S. Mariæ Gratiarum Landriani lib.* 300., *& iiſdem Fratribus injunxit onus curandi celebrationem, quibus in terminis, ſolutis lib.* 300. *functi videntur hæredes munere ſuo, & licet impares ſint oneri miſſæ quotidianæ, non tenentur amplius ſupplere.*

Cum impar oneri implendo quantitas deſignata eſt, ac de eo minuendo, vel augenda pecunia legata agitur, communis diſtinctio eſt inter onus per contractum, & onus per ultimam voluntatem injunctum. Primo caſu onus impleudum eſt integrum, etſi quantitas impar ad opus injunctum evaſerit. *Rot. in Ravennaten. Salviani* 16. *Februarii* 1753. §. 10. *cor. Eminentiſſimo Molino. Sac. Congregatio in Macerateu. oneris Miſſarum* 15. *Novembris* 1687. *In Montis Politiani* 3. *Septembris* 1716. *in Bergomen. reductionis miſſarum* 10. *Julii* 1728. niſi tamen contractus manifeſtam iniquitatem ſecum ferat, ita ut ad æquitatem redigi debeat ad terminos *leg. cum quidam de uſur.*

Sin vero onus non ex contractu, ſed ex ultima voluntate eſt, tunc alteri fit locus diſtinctioni: aut quantitas *taxative* relicta eſt; & tunc onus minuitur *leg. ſi quis de legat.* 2.: aut vero *demonſtrative*, & tunc onus non minuitur, ſed hæres de ſuo ſupplet *l. quidem de teſtam. de legat.* 1. *l. Paulo Callancio §. Julianus, & leg. non aliter §.* 1. *de legat.* 3.

Communiter item recipitur, *taxative* relictum, quando legatum incipit ab aſſignatione fundi, vel quantitatis, & deinde onus ſequitur *Rot. in Romana ſupplementi, & applicationis* 11. *Junii* 1731. §. *Tunc cor. Aldrovando, in Romana Salviani* 16. *Febr.* 1753. §. 8. *cor. Emo Molino.*

Demonſtrative quando incipit ab onere, atque aſſignatio fundi, vel quantitatis adjungitur *Rot. coram Anſald. dec.* 795. *num.* 7., *& in Urbevetana legati* 3. *Decembris* 1753. §. 6. *coram clar. mem. Card. Buſſio.*

Hoc autem argumentum ex ordine ſcripturæ deſumptum ceſſare dicitur, ſi contraria voluntas teſtatoris ex tota ſcriptura appareat *Rot. in Romana Salviani 16. Februarii 1753. §.8. & ſeq. coram Molin.*

Itaque ſi omnia in unum concludantur, quæſtio hæc voluntatis tota, ut antea dicebatur, eſt. Ubi clara voluntas deeſt, interpretanda certe eſt, ſed ex verbis ipſis teſtatoris; ne alias non interpretes, ſed conditores teſtamentorum ſint, ut ex nimia libertate opinandi non raro accidit. Conſiderari in ejuſmodi diſceptationibus interdum circumſtantiæ poſſunt, teſtatoris qualitas, opulentia, perſona hæredis, & ſimilia.

Quando autem adhuc dubium reſtat, ſequendæ juris regulæ ſunt, quæ cavent quid in cujuslibet rei dubio exiſtimandum ſit. Optime enim leges etiam de dubiis definiendis certas regulas edixerunt, ut arbitrandi licentiam in judicibus periculoſam, ac ſemper reipublicæ noxiam determinatis finibus circumſcriberent, & coercerent.

Ad rem, de qua agitur, *in codicillis* teſtator *demonſtrative* loquutus videtur. Conſtituit primo capellaniam erigendam cum onere *miſſæ quotidianæ*; inde hæredes gravavit ad capellanis tradendam quantitatem. Secundum codicillos quæſtio omnis perempta videri poſſet.

Inquirendum tantummodo eſſet, quid faciat argumentum deſumptum ex *teſtamento*, in quo, de eodem legato eccleſiæ *Landriani* relicto, primum habetur quantitas, quæ *taxative* videtur ſtare, deinde onus. Videndum an argumentum hoc clare voluntatem codicilli in codicillis expreſſum deſtruat, vel relinquat dubiam.

Ponderandum an primum legatum translatum tantummodo illud ipſum fuerit, vel potius primo abolito, ac deleto, novum legatum omnino diverſum *in codicillis* factum. Habenda ante oculos verba codicillorum, *& ad effectum ut dicta miſſa cum effectu celebretur, annullavi, & annullo dictum legatum &c., & de novo ordinavi, ac ordino, ac volo, & mando, præfatoſque hæredes meos aggravo &c. ad inſtituendam &c. eligendi capellanos ad dictam miſſam celebrandam quotidie, & in perpetuum*.

Conſiderandum an revera adſit, & faciat aliquid ſecundi legati diſſimilitudo, favor nempe eligendæ cujuslibet eccleſiæ, jus eligendi capellanos quoslibet. Conſideranda qualitas teſtatoris, onus injunctum agnatis quidem, ſed non ſuis deſcendentibus, quibus tamen hæreditatem omnem reliquit. Videndum, quid in dubio præſumendum ſit de ejus mente, an, præ ſui expiatione, maluerit hæredum præſens compendium; quid in ejuſmodi dubio dicendum jura conſtituant.

In Mediolanen., quam hæredes allegant, *oneris miſſarum*, de qua ſunt *folia diei 2. Julii 1718., 3. Septembris ejuſdem anni, & pri-*

& primi Aprilis 1719. teſtator legaverat *lib.*300., & voluerat, quod *in capella quotidie celebrari deberet miſſa una: facultatem dederat ſe liberandi a legato lib.* 300. *imperialium mediante exburſatione lib.*6. *mil. imperialium*.

Videri poſſent reſolutiones *in Veneta reductionis miſſarum* 4. *Februarii* 1719., in *Feretrana Capellaniæ* 19. *Decemb.* 1744., & in *Romana legati* 15. *Decembris* 1759., *&* 21. *Julii* 1764.

Quæritur

An ſit locus reductioni miſſarum, in caſu &c.

Non propoſita cum ſequentibus.

NOVARIEN.. Anno 1500. ex oppidis *Culma*, *Ciſara*, *Oyda*, *Brolio*, & *Nunio*, quæ ſub una parochia erant oppidi *Eumeniæ* diœceſis *Novarienſis*, nova parochia erecta eſt in *Nunio* ad eccleſiam *S. Blaſii*, adjecta lege quinque oppidis pendendi eccleſiæ *matrici*, quam relinquebant, *annuas lib.*24. *imperiales*, cum aliquot cereis. Anno 1607. *Ciſara*, *& Culma*, duo ex quinque oppidis, ſuam peculiarem parochiam conſtituerunt, relicto *Nunio* cum duobus illis *Brolio*, *& Oyda*. *Seſs.*21. *cap.*4 *de Reform.*

Exemplum ſecuta communitas *Brolii* ſuam ſibi parochiam conſtitui a Novarienſi Epiſcopo proxime elapſis annis expoſtulavit, ad vitanda incommoda jam aucti ſui populi, ac detrimenta, & damna, quæ ob longas vias, aſperas, & confragoſas in diem patiebatur. Haberi decentem, ac aptam in loco eccleſiam. Offerre ſe pro ſui parochi ſuſtentatione congruos reditus, & opportunam domum. Nihil cauſæ eſſe, cur inviti a ſuis laribus abſtrahantur, pro fidei rudimentis addiſcendis, & pro ſacramentis eccleſiæ recipiendis? cur voce, & manu paſtoris carere debeant, qui in re præſente doceat, paſcat, & oves ſuas diſtincte noſcat? cur ſine eccleſiæ ſacramentis non perraro obire cogendi ſint?

Uſque ab *anno* 1756. actum eſt de ea re pro concordia cum *Nunio*, *& Oyda*, quæ relinquebantur. Non impugnabant iſta diviſionem: petebant unice, ut communitas *Brolii* eam ratam, quam parocho *Nunii* dabat, præberet in poſterum. Sed concordiæ ſpes evanuit. Hinc inſtaurata controverſia, ac re cognita, die 2. *Auguſti* 1758. curia *Novarienſis* per ſententiam novæ parochiæ erectionem rejecit, ac declaravit, *dumtaxat ad majus populi comodum licuiſſe, atque licere erigere vicariam, ſeu capellaniam perpetuam cum aſſignatione congruæ a Communitate villæ Brolii, & dummodo provideatur, & proviſum remaneat indemnitati parochi Nunii, cujus jura ſemper, & quandocumque contingat erigi memoratam vicariam, ſeu capel-*

capellaniam, intacta, & illæsa remaneant, & remanere debeant, & non aliter.

Appellavit proinde *Brolium* ad Mediolanensem Metropolitanum, qui die 13. *Augusti* 1760. locum esse edixit *petitæ per Communitatem, & homines loci Brolii separationi, ac dismembrationi ab ecclesia parochiali Nunii, ideoque deveniendum fore, & esse ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. Episcopo Novarien. ad erectionem novæ parochiæ in loco Brolii, ita tamen, ut ejusdem congruæ assignatio nullo modo constituatur ex fructibus parochialis ecclesiæ loci Nunii, in omnibus, & per omnia ad formam dismembrationis Cisaræ, & Culmæ de anno* 1607. *die* 5. *Novembris*.

Reclamavit propterea *Nunium*. Interim denuo de concordia actum est, quæ inita tandem fuit inter *Joannem Paulum Gozani* procuratorem *Nunii*, & *Antonium Mariam Gozani* procuratorem *Brolii*. Conventum est I. de remissione expensarum hinc inde. II. de tribuendis ecclesiæ *Nunii lib.* 200. pro instauranda ecclesia, ac *lib.* 1000. pro illius parocho, qua solutione *Brolium* ab omni onere erga *Nunium*, & erga veterem matricem *S. Ambrosii* liberaretur. III. quod liberum esset novo parocho sacra omnia in sua ecclesia celebrare, & ea etiam, quæ antea ad parochum *Nunii* pertinebant, atque alpes de *Brolo* pro suo implendo munere adire.

Non placuit ea inita concordia populo *Nunii*, qui illam nunc impugnat. Hinc de ejus vi agitur primum; ac deinde ex integro, de novæ parochiæ erectione, quam, omni casu, expostulat *Brolium*.

Communitas *Brolii* rite initam concordiam ait, cum legitimo procuratore, & re mature perpensa, ideoque exequendam omnino *cap. contingit de transact. l. legem cod. de pact.*, *Rot. rec. dec.* 452. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 2.

Immerito objici, mandatum procuratori datum, revocatum fuisse. Non probari hoc ex affirmatione unius testis, & quidem suspectæ fidei. Præterea transactionem utilem fuisse communitati *Nunii*. Sic eam liberari a dispendio, & periculo litis. Nihil ejus parocho detractum; imo meliorem illius, & suæ ecclesiæ factam conditionem solutione non modicæ quantitatis *lib.* 1200.

Multo magis, quia de jure nihil ecclesiæ *Nunii* debebatur, cum vera *matrix* parochia semper ecclesia *S. Ambrosii Eumeniæ* fuerit, cui adhuc a quinque oppidis hoc nomine præstatio solvitur. Ideoque neque consensum *Nunii* ad hanc novam divisionem requirendum fuisse; quemadmodum in divisione *Cisaræ*, & *Culmæ* consensus quæsitus non est. Agnovisse hoc parochum ipsum *Nunii*, qui ob eam rationem non contradicit. Æmulationem hanc, & invidiam esse incolarum, dum parochus ipse, de cujus jure agitur, silet, & quiescit.

Necessariam insuper fuisse transactionem. Hinc ad alteram peti-

petitionis partem deſcendit. Probatam eſſe, & quidem ex peritis menſoribus loci diſtantiam. Probata impedimenta, præſertim hiberno tempore, alpeſtrium, præruptarum, pluviis, ac perpetuo gelu horrentium viarum. Probata inde mala, & detrimenta, quæ evenerunt, & quæ ventura certe ſunt. Quæ omnia neceſſariam faciunt diviſionem *cap. ad audientiam 3. de eccleſ. ædific.*, *Conc. Trident. ſeſs. 21. cap. 4. de reformat.*, *Barboſ. ibidem num. 11.*, *Clericat. de benefic. diſc. 89. num. 8.*, *Sac. Congregatio in Puteolana erectionis parochiæ* 18. *Junii* 1701., *Aſculana Diſmembrationis* 11. *Aprilis* 1739., *& in Firmana Diſmembrationis* 15. *Decembris* 1759.

Compertam fuiſſe curiæ *Novarienſi* ipſi hanc neceſſitatem providendi tot malis. Re plenius animadverſa curiam *Mediolanenſem* judicaviſſe non ſufficere vicarium, ſed neceſſariam diviſionem, ac novæ parochiæ erectionem; quemadmodum, & ipſa *Novarienſis* curia nunc profitetur.

Addunt ſe omnes ob eaſdem cauſas *matricem* veterem *S. Ambroſii* deſeruiſſe. Duos ex quinque populis, ut ſibi providere potuerunt, ſibi ipſis ſine ullius querela conſuluiſſe. Cur invidendum *Brolio*, quod *Ciſaræ*, *& Culmæ* permiſſum eſt? Separatos ſuum parochum velle alere. Inſtructa eſſe omnia ad novam parochiam erigendam. Præter hæc, ad emercandam pacem, etiam de ſuo inſignem pro iis locis quantitatem obtuliſſe. Cauſas concurrere omnes pro hac diviſione demandanda, quam nunquam in his rerum circumſtantiis Sac. Congregatio denegavit, ut in *Aquen. diſmembrationis* 13. *Julii* 1720., *& 2. Auguſti* 1721., *Firmana diſmembrationis* 15. *Decembris* 1759.

Interrogata de hac tratſactione curia Novarienſis, die 17. Auguſti 1762. reſpondit: *hujus tranſactionis approbationem in hac curia obtinere curarunt Conſul, & homines Brolii, verum cum præventive ad eandem pervenerit notitia, quad ad illius ſtipulationem deventum fuerit poſt revocatum integra adhuc re mandatum, inſuperque videretur per hujuſmodi tranſactionem minus tribui eccleſiæ parochiali Nunii, quam ferret ipſamet ſententia Metropolitani, a qua Conſul, & homines Nunii appellaverant, ideo nullum ſuper ea interpoſitum fuit decretum.*

Adjicit novum inde cæptum tractatum concordiæ, quæ effectum non habuit, concluditque: *interim vero animi mei ſenſum aperiens, cenſeo annuendum eſſe petitæ ſeparationi, ſeu diſmembrationi, non ſolum quia homines Brolii tempore hyemali cum pluviæ inundant non poſſunt ſine magna difficultate parochialem Nunii eccleſiam adire, ſed etiam quia poſita tenuitate reditunm ipſius parochialis parochus ipſe impar eſt manutenendo coadjutori propriis expenſis: cumque piorum benefactorum concurrat oblatio aſſignandi de proprio novo futuro parocho congruam ſuſtentationem, non videtur differenda hæc ſpiritualis conſolatio eiſdem hanc gratiam enixe poſtulantibus.*

Ex

Ex parte *Nunii* nihil adhuc datum eſt.

Alexander III. ſtatuit *in cap. ad audientiam 3. de eccleſ. ædificand. . audientiam noveris perveniſſe, quod villa, quæ dicitur T. tantum perhibetur ab eccleſia parochiali diſtare, ad tempore hyemali, cum pluviæ inundant, non poſſint parochiani ſine magna difficultate ipſam adire, unde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officiis intereſſe. Quia igitur dicta eccleſia ita dicitur reditibus abundare, quod præter illius villæ proventus miniſter illis convenienter valeat ſuſtentationem habere, mandamus quatenus ſi res ita ſe habet, eccleſiam ibi ædifices, & in ea ſacerdotem, ſublato appellationis obſtaculo, ad præſentationem Rectoris eccleſiæ majoris cum canonico fundatoris aſſenſu inſtituas, ad ſuſtentationem ſuam ejuſdem villæ obventiones eccleſiaſticas percepturum; providens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci, matrici eccleſiæ ſervetur.*

Synodus vero Tridentina *in ſeſs. 21. cap. 4. de reformat.: in his vero locis, quibus ob locorum diſtantiam, ſive difficultatem parochiani ſine magno incomodo ad percipienda ſacramenta, & divina officia audienda accedere non poſſunt, novas parochias etiam invitis rectoribus juxta formam conſtitutionis Alexand. III., quæ incipit audientiam conſtituere poſſint. Illis autem ſacerdotibus, qui de novo erunt eccleſiis noviter erectis præficiendi, competens aſſignetur portio arbitrio Epiſcopi ex fructibus ad eccleſiam matricem quomodocumque pertinentibus, & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiunt ad vitam dictorum ſacerdotum ſuſtentandam.*

Sacra Congregatio diviſiones aliquando admiſit, ut in *Aquen. diſmembrationis* 13. *Julii* 1720., & 2. *Auguſti* 1721., *Imolen diſmembrationis* 8. *Junii* 1720., *Aſculana diſmembrationis* 15. *Decembris* 1759.

De congruæ tamen quantitate aſſignandæ quæſivit primum, *ut Fagnan. in cit. cap. ad audientiam n.* 16., & *S. Congregatio in Aquen. diſmembrationis* 15. *Maji* 1723.

Nec non de perpetua obligatione populi ad eam congruam omni caſu ſupplendam.

Denegavit aliquando, & præſertim ſi neceſſitati ſatis conſultum ſit cum capellano coadiutore, ſive vicario parochi, ut in *Caſſanen. diſmembrationis* 17. *Decembris* 1740., *in Aquilana diſmembrationis* 8. *Februarii* 1744. *in Comem. diſmembrationis* 7. *Auguſti* 1745., & in terminis oblati per populum ſtipendii ſine ulla diviſione redituum eccleſiæ parochialis in *Lunen. Sarzanen. diſmembrationis* 8. *Martii;* & 27. *Septembris* 1732., & *in Conſtantien.* 27. *Junii* 1761.

De ejuſmodi materia actum eſt præterito anno in *foliis Lunen. ſeu Sarzanen. diei* 14. *Aprilis*. & *Derthonen. diſmembrationis* 2. *Junii* 1764. acti circumſtantiæ expendendæ ſunt. Advertendum tamen, quod hic non agitur de diviſione a prima *matrice* eccleſia. Conſiderandum quid adjumenti afferat aliorum duorum oppidorum jam antea ſimilis permiſſa di-

diviſio. EE.PP. rem omnem circumſpicient, ac quid ſit cenſendum edicent. Inquiritur

I. *An ſit locus approbationi concordiæ anni* 1761., *in caſu*, & quatenus negative.

II. *An admittenda ſit diſmembratio, ſeu ſeparatio ab eccleſia parochiali loci Nunii, & erigenda nova Parochia in Caſtro Brolii.*

*Seſs.*23. *cap.*18. *de Reform.*

RAVENN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Ravennæ magiſtratus, & adminiſtratores *montis pietatis* plura quotannis, ex antiquis legatis, ſubſidia dotalia diſtribuunt. Anno 1610. Archiepiſcopus Cardinalis *Aldobrandinus* de dotibus ex legato *Franciſci Peniti* decrevit: quod *deberent ſubrogari, & extrahi aliæ puellæ, loco ipſarum mortuarum ante contractum matrimonium, vel alio legitimo impedimento privaturæ, & non nupturæ.*

Non ſolum de legato *Peniti* ita ſequenti tempore factum eſt, ut decretum erat, ſed etiam de aliis legatis dotium. *Anno* 1758. Archiepiſcopus Ravennæ *Guiccioli* ſupplicavit, ut depoſitum ſcutorum 1200., quod extabat in monte, ex dotibus, quæ deſtinatæ erant puellis jam demortuis, concederetur pro levanda inopia ſeminarii, & ære alieno, quo gravabatur; obtinuitque 2. *Decembris* ejuſdem anni S. Congregationis reſcriptum: *pro gratia juxta petita, accedente tamen conſenſu adminiſtratorum Montis Pietatis.*

Conceſſio effectum non habuit. Demandato enim calculo pecuniarum, licet depoſitæ extarent ad quantitatem 1500., attamen nonniſi ſcut. 65. 2. 3. erant pro demortuis puellis, nec niſi 84. 39. 6. pro puellis, quarum nulla habebatur notitia. Aliæ adhuc viventes erant dotandæ puellæ, licet innuptæ.

Hinc in ſcenam venerunt *rector*, & *deputati* ſeminarii petentes, ut hæc interim ſumma *ſcut.* 149. 41. 9. daretur ſeminario, cui aliæ dotes concederentur puellarum, quæ ante matrimonium deinceps occumberent, uſque ad ſummam *ſcut.* 1000.

Archiepiſcopus interrogatus, ſuis literis *die* 30. *Julii* 1759. mirifice adjuvit petitionem: *ſummas, quæ dici poſſunt ſupereſſe, & pro nunc erogari queunt in ſeminarii beneficium conſiſtere circiter in ſcutis* 149. 41. 9., *vel quia certo conſtat, aliquot puellas diem extremum obiiſſe antequam nupſerint, vel quia de earum aliquibus datum non ſit, non obſtante qualibet inquiſitione facta invenire utrum vivant adhuc, an obierint; eam igitur ſummam arbitror concedi poſſe pro nunc in beneficium ſeminarii, conditione tamen appoſita, ut ſi quæ puellæ non ſunt inventæ, aliquando compareant, ac nubant, dotemque deſtinatam*

petant, teneatur ſeminarium eas ſolvere, ſecus ſi numquam compareant.

Quod ſpectat alteram oratorum petitionem, ſcilicet, ut permittant EE. VV. erogari in ſeminarii beneficium ſimiles dotes, prout deinceps ſupervenerint ex morte aliarum puellarum uſque ad ſummam ſcut. 1000., *id quidem maxime neceſſarium arbitror, ut indigentiis ipſius loci pii, qua meliori poteſt via conſulatur, quare oratores ipſos exaudiri poſſe ab EE. VV. clementia cenſeo.*

Propterea *die* 21. *Julii* 1759. nova conceſſio exiit, *juxta tamen votum Archiepiſcopi;* qui ſtatim *die* 5. *ſequentis menſis Auguſti* juſſit depoſitario Montis, ut eam ſummam depoſitam ſolveret, & reliquas pecunias morientium puellarum retineret, ac ſolveret ſeminario uſque ad quantitatem *ſcut.* 1000.

Summam *ſcut.* 149. 41. 9., quæ extabat, depoſitarius imperio Archiepiſcopi ſtatim ſolvere coactus eſt; reclamantibus tamen adminiſtratoribus montis, quibus ſe adjunxit magiſtratus Ravennas. Hi preces ab eo tempore S. Congregationi de abroganda conceſſione dederunt, ac de reſtituendis ſine ſuo conſenſu ablatis pecuniis. Has iteratis vicibus inſtaurarunt, quæ, nequicquam pluries monito, & vocato ad cauſam ſeminario, tandem proponi debent.

Adminiſtratores, & magiſtratus de vitio ſubreptionis apertiſſime redarguunt conceſſionem. Reticitum eſſe ab initio decretum Cardinalis *Aldobrandini* de ſubrogandis puellis in locum demortuarum. Reticitam eſſe conſuetudinem ſubrogandi etiam de aliis legatis; ideoque omnia abroganda eſſe, uti per dolum extorta *Fagnan. in cap. ſuper literis num.*41. *de Reſcript.*, *Rot. dec.* 178. *num.*7. *part.*8. *rec.*, *& in Firmana erectionis collegiatæ* 26. *Junii* 1754. *§.* 4. *coram Eminentiſſimo Molino.*

Maxime quia reticita fuit conditio in antecedenti conceſſione adjecta: *accedente tamen conſenſu adminiſtratorum montis pietatis;* ac reticitum itidem, quod denegatus conſenſus fuerit.

Adjiciunt, numquam auditos fuiſſe antea eos, quorum interat, ut Sac. Congregatio, tradito a majoribus more, ſemper facere conſuevit; & uti faciendum eſſe jura omnia, ſive humana, ſive divina poſtulant.

Multo magis quia de jure eſt, dotes reverſas, & revertendas, aliis ſubrogandis puellis dari debere *de Nigris denominat par.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 49. *n.* 49., *de Luc. de dote diſc.* 10. *n.* 5., *& Rot. poſt Conſtant. vot.* 298. *num.* 23.

Inſuper ſuos ſibi ſeminarium habere reditus. Si quid male impenſum fuerit, ad officialium culpam reverti, & ad negligentiam ejus, qui præeſt. Potuiſſe Archiepiſcopum ex pingui menſa providere ſeminario, uti debebat. Potuiſſe uti remediis canonum ad levandam ſeminarii inopiam

piam. Non invidendam pecuniam a teſtatoribus præciſe ad dotandas miſeras puellas elargitam. Harum inopum puellarum pleniſſimam eſſe civitatem, quæ petunt, quæ ex his pecuniis, pro ſeminario auferendis, expectant dotem. *Anno* 1748. Orphanotrophii, quod in civitate erat, reditus datos fuiſſe puellis, quæ in monaſterio *S. Joannis Evangeliſtæ* degerent. Maximis periculis expoſitum hoc genus egentium puellarum. Hinc inter præcipua pietatis opera tot innumera dotium legata ubique inſtituta ex piorum largitate, ac beneficentia. In eam curam incubuiſſe ſemper antiſtites vigilantiſſimos, ac principes religioſiſſimos. Nunc primo inventum, qui per plateas, campoſque vagantes puellas cupiat deferi, ut negligentiæ adminiſtrorum ſeminarii occurratur.

Concludunt demum, ex his omnibus apertiſſimum eſſe, reſtituendas male excerptas pecunias. Falſo expoſitum eas otioſas manſiſſe. De tribus puellis mortuis adhuc notum non erat: ideo diſtribui nequibant. De iis, quarum notitia non habebatur, expectandum erat legale tempus, quo mortuæ crederentur. Ipſum Archiepiſcopum credidiſſe extare depoſitam ſummam *ſcut.* 1200., quod tamen ex vulgi rumore illum accepiſſe dicendum eſt, nam falſum omnino erat. Quid mirum ſi præſides montis de hac modica ſumma diſtribuenda adhuc incerti eſſent?

Archiepiſcopus idem interrogatus, *die 26. Januarii* 1760. plurimis verbis, ſeminarii deputatos, ac ſeminarii cauſam defendit.

Synodus Tridentina ſeminario ſuccurrendum eſſe ſtatuit *ex fructibus integris menſæ epiſcopalis, capituli, & quarumcumque dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, prioratuum cujuſcumque ordinis etiam regularis, aut conditionis, vel qualitatis fuerint, & hoſpitalium, & beneficiorum quorumcumque etiam regularium, etiamſi juris patronatus cujuſcumque fuerint.*

Conſiderandum eſſet an ab initio juſta cauſa proponeretur commutandi voluntates teſtatorum, de dotandis puellis, cui rei deſtinarunt pecunias. Certe de dotibus *Peniti* decretum aderat Cardinalis *Aldobrondini*, quod centum quinquaginta integros annos ſervatum fuerat. De aliis dotibus extabat jam conſuetudo ſubrogandarum puellarum, earum loco, quæ mortuæ eſſent. Nihil ad compendium montis de his omnibus retinebatur.

Cæterum de jure obtinet diſtinctio, quod aut dotes ſolutæ non ſunt, vel quia puellæ ante matrimonium deceſſerunt, vel quia juſtis de cauſis ſubſidio dotali privantur, & eo caſu aliæ ſubrogandæ ſunt, quibus dentur, *Rot. coram Buratt. deciſ. 500. num. 5.*. Ob eam fortaſſe rationem, quia nominatio tunc dicitur effectum non habuiſſe, ideoque teſtatorum voluntas impleri debet, ut eas pecunias puellæ habeant.

Aut dotes jam datæ revertuntur, poſtquam ſolutæ fuerant, nempe quia mulieres ſine filiis perierunt, & tunc ad loca pia redeunt, non amplius diſtribuendæ *Rot. Romana electionis puellarum* 27. *Novembris* 1624., quam refert *Conſtantin. vot. deciſ.* 298. *num.* 12. Quod tamen intelligendum, niſi aliud a teſtatoribus cautum ſit, vel peculiari lege ſtatutum, aut legitima conſuetudine firmatum fuerit.

Prima conceſſio non auditis iis, quorum intererat, data eſt; verumtamen illam habuit expreſſam conditionem, *accedente tamen conſenſu adminiſtratorum*. Secunda conceſſio non omnino nova erat, ſed prioris ſequela quædam videri fortaſſe poſſet, & confirmatio. Ponderandum iccirco, an hoc caſu de jure intelligi debuit eadem conditio conſenſus appoſita. Quando de hoc liqueat, ſi adminiſtratoſes diſſentiunt, ſuo ipſo pondere ruunt omnia. Petitur

I. *An applicatio ſubſidiorum dotalium, de quibus agitur, ſubſtineatur, in caſu &c.*, & quatenus negative

II. *An ſit locus reſtitutioni ſummæ ſeminario jam ſolutæ, in caſu &c.*

Seſs. 22. cap. 4. de Reform.

COMEN. TRANSLATIONIS. *Petrus Ghezzius e Sigrino* Comenſis diœceſis oppido, *anno* 1662. ſuis tabulis ſcripſit: *legavit, & jure legati reliquit, quod infraſcriptus ejus bæres, ſeu hæredes, ut infra teneantur, & obligati ſint in perpetuum celebrare facere unam miſſam ferialem ſingula hebdomada in ſupraſcripta parochiali eccleſia S. Andreæ Sigrini a Rev. pro tempore Parocho ejuſdem eccleſiæ S. Andreæ, & ſi dictus pro tempore Rev. Parochus illam celebrare non poterit, ſeu noluerit a quolibet alio ſacerdote præfatis ejus infraſcriptis hæredibus beneviſo pro ſalute animæ ipſius teſtatoris, pro qua miſſa hebdomadaria, ut ſupra in perpetuum celebranda dictus teſtator obligavit, & obnoxia reliquit omnia bona poſt ejus obitum relinquenda, & ſpecialiter dictum onus impoſuit ſuper infraſcriptis ejus bonis ſtabilibus adhuc indiviſis cum Chriſtophoro ejus fratre*.

Centum integris annis voluntas teſtatoris impleta eſt. Sacra in ea eccleſia celebrata ſunt, in qua ejus etiam conduntur oſſa. Verumtamen poſt tantum temporis, in mentem nunc venit *Petro Andreæ, & Carolo Dominico* fratribus *de Pedrettis* ſucceſſoribus, hunc priſtinum aprioribus ſancte cuſtoditum morem intervertere, & ſacra aliam in eccleſiam, locumque alium transferre, ut ſua bona liberent. Convenerunt itaque cum ſodalitio *ſacri Cordis Jeſu*, quod *Lugani* eſt, ut hoc onus acciperet, præſtita ſolutione *libr.* 1800. pro una vice.

Plus æquo curiam Comenſem facilem invenerunt, quæ votis annuit, contractum probavit; ac reclam ante *Petro Antonio*

tonio Giovanardi parocho *Sigrini*, quod actum antea fuerat ex Episcopi auctoritate, per solemnem sententiam confirmavit. De his omnibus querelæ sunt parochi, de quibus modo est pertractandum.

Impugnat primo acriter Episcopi in hujusmodi rebus potestatem. Excessisse illum suæ jurisdictionis, & curæ præsignatos fines. Infecta esse omnia, & irrita, & abroganda. Deinde testatorem designasse certam ecclesiam, in qua legatum impleretur. Agi de patria testatoris. Cogitasse eum de ecclesia, in qua quiesceret. Noluisse auferri ab ea ullo unquam tempore sacra, quæ pro sui expiatione celebranda reliquerat: noluisse, ut sua ecclesia hoc novum commodum unquam amitteret.

Incivile propterea esse, ut successores, qui bona ejus habent, & quidem ea ipsa huic oneri obnoxia, ejus inquietent ossa, ac legem datam abjiciant.

Nullam adfuisse, neque adesse translationis causam ex loco designato, ubi legatum commode impleri potest, quod propterea illinc amoveri non debet *Amostaz. de cauſ. piis cap.*50. *num.*14., *Bonacin. de ſacram. Eccleſ. diſp.*14.*quæſt.ult. punct.*7. *propoſit.* 3. *num.*7., *Monacell. tom.*2. *tit.* 13. *num.*60.. Maxime ab ecclesia, in qua testatoris cadaver conditum est. *Rot. coram Cavaler. dec.*494.*n.*3., *S. Congregatio in Neapolitana Capellaniarum* 16.*Junii* 1731., *& in Tyburtina celebrationis miſſarum* 12.*Maji* 1735.

Unicam habere causam *Pedrettos*, ut bonis testatoris gaudeant, iis potiantur libere, onus vero abjiciant, ac modica pecunia in alium tranferant. Causam hanc non minus inutilem ad obtinendam translationem, quam profecto audacem, imo absurdam esse.

Fratres Pedretti, licet vocati, ad suam causam nihil dederunt adhuc.

Profecto ad Episcopum non pertinuisse de ea translatione judicium, est certissimum in jure canonico. Supremas defunctorum voluntates commutare, est de legibus derogare communibus, in quarum tutela testamenta sunt, & quorum executionem religiose demandant. Summis imperantibus hoc jus relinquitur, quibus leges publicas mutare permissum nonnumquam est, & quidem, ex *juſta*, *& neceſſaria cauſa*, ac ita, ut minus quam fieri potest testamentorum jura lædantur, quæ adeo late per omnes gentes obtinent, ut licet a jure civili proficisci videantur secundum sententiam doctissimorum virorum, de qua plenissime habetur in dissertatione *de jure teſtandi anno* 1747. *Romæ edita*; attamen non defuerunt, nec desunt permulti, & quidem clarissimi viri, qui ea juris gentium esse affirmant.

Utcunque hoc sit, certe nonnisi ad supremos legum moderatores id pertinere interdum potest. J. C. dixit: *legatam municipio pecuniam, in aliam rem, quam defunctus voluit, conver-*

vertere, citra Principis auctoritatem non licet, l. legatam 5. ff. de adminiſ. rer. ad Civit. pertin.

De rebus itaque, quæ eccleſiæ queſitæ ſunt, non niſi ad Summum Pontificem hoc ſpectare exploratiſſimi apud omnes juris eſt. Clara eſt ſanctio canonica in Concilio generali edita, per omnem Eccleſiam perpetuo ſervata, ac recepta *in clem. quia contingit 2. de relig. domib. ea quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium ad illum debeant, non ad alium* (ſalva quidem Sedis Apoſtolicæ auctoritate) *converti*. Ad quam celebris *gloſſa* eſt in verbo *Sedis Apoſtolicæ*: *nota per hanc litteram ſolum Papam poſſe alterare uſum illorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta*.

Ad Epiſcopos referri poteſt, ut ſua cura, & auctoritate fidelium pias voluntates ſervari mandent, atque eas ſi negligantur, exequantur ipſi. Inſignis eſt textus Gregorii III. *in cap. nos quidem de teſtam. pervenit ad nos S. de hac luce migraſſe, & ſupremæ voluntatis elogio Monaſterium præcepiſſe fundari: cujus deſiderium a T. religioſa fœmina ejus hærede protrahitur. Quamobrem te hortamur, ut eam commoneas quatenus intra annum Monaſterium, quod juſſum eſt, debeat ordinare, & cuncta ſecundum voluntatem defuncti ſine alteratione conſtruere. Quod ſi intra prædictum tempus, ſive in loco, quo conſtitutum fuerat, ſeu ſi ibi non poteſt, & alibi placet ordinare tecum implere neglexerit; tunc per te ædificetur, & omnia per te loco ipſi ſine diminutione qualibet aſſignentur. Sic enim ſecundum piiſſimas leges dilatas defunctorum pias voluntates Epiſcopali decens eſt ſtudio adimpleri*.

Gregorius IX. *in cap. 17. eod. tit. Tua nobis intimavit, quod nonnulli tam religioſi, quam clerici ſeculares, & laici pecuniam, & alia bona, quæ per manus eorum ex teſtamento decedentium debent in uſus pios expendi non dubitant aliis uſibus applicare. Cum igitur in omnibus piis voluntatibus ſit per locorum Epiſcopos providendum, ut ſecundum defuncti voluntatem univerſa procedant, licet etiam a teſtatoribus id contingeret interdici; mandamus quatenus executores teſtamentorum hujuſmodi, ut bona ipſa fideliter, & plenarie in uſus prædictos expendunt, monitione præmiſſa compellas*.

Synodus Tridentina id ipſum ſtatuit, dum de commutationibus verba fecit *ſeſſ. 22. cap. 6. de reform.*: *in commutationibus ultimarum voluntatum, quæ nonniſi ex juſta, & neceſſaria cauſa fieri debent, Epiſcopi tanquam legati Sedis Apoſtolicæ ſummarie, & extrajudicialiter cognoſcant nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur.* Epiſcopis ergo in ea ſanctione legatam Sedis Apoſtolicæ nomine poteſtatem dat, qui ſuam non haberent, cognoſcendi de *tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate* in precibus, & quidem jam datis, prius quam commutationes, & quidem jam conceſſæ, executioni demandentur.

Ex

Ex non bene perpenſa, ſive non probe intellecta Concilii ſententia, variantes in eam rem aliquot opiniones prodierunt, quas doctiores canoniſtæ ex mente ejuſdem Concilii conſtantiſſime rejecerunt. *Auguſtinus Barboſa* dixit *de offic., & poteſt. Epiſc. part.3. alleg.* 83. *Soli Romano Pontifici pias defunctorum voluntates rationabili ex cauſa commutare licet Clement. quia contingit de relig. domib. Concil. Trid. ſeſs.22. de reformat. cap.6., ubi ſtatuitur hujuſmodi commutationes neque ab ipſa Apoſtolica Sede fieri debere niſi juſta, & neceſſaria cauſa.*

Plurimos addit hujuſce aſſertionis auctores, & vindices, inter quos *Molin. de inſtit. tract.2.* qui ſubdit *a Concilio Tridentino d. cap.9. ſancitum eſſe, ut quando commutatio alicujus ultimæ voluntatis a Sede Apoſtolica fuerit obtenta, non prius executioni mandetur, quam Epiſcopus loci tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus ſummarie, & extrajudicialiter cognoſcat, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum.*

Rem autem omnem confecit *Urbanus VIII.*, qui ad tollendas ambiguitates, tam de reducendis, ac moderandis, quam de commutandis legatis, conſtitutionem edidit *die* 22 *Sept.* 1625 *cum ſæpe*, in qua, *diſtricte prohibet, atque interdicit, ne Epiſcopi in diœceſana Synodo, aut generales in capitulis generalibus, vel alias quoquo modo reducant onera ulla miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, ac moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perſpecta id ſtatuet, quod magis in domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes hujuſmodi ſi quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, & inanes decernit: in Bullar.nov. tom.5.par.5.pag.335.* Omniaque poſtmodum approbavit, confirmavitque *die* 22. *Decembris* 1697. *conſtitut. nuper* Innocent.XII. *in Bullar.nov. tom.9. pag.* 467.

Sacra Congregatio perpetua ſua ſententia hanc doctrinam conſtabilivit. Commutationes voluntatum a Sede Apoſtolica non factas irritas declaravit ſemper, ac conſequenter qua ſcumque erectiones dignitatum, vel præbendarum, quibus bona aliarum eccleſiarum addicta fuerant, ut in una *Iſernien. 5. Septembris, & 14. Novembris* 1705. *decret. lib. 55. fol.*327.

In una *Nicoteren.* 10. *Julii* 1706. propoſito dubio: I. *an erectio ſex canonicatuum facta ab Epiſcopo Ribero capitalis ſcut. 800. ex fructibus debitis Seminario ſubſtineatur in caſu &c., & quatenus negative.* II. *an dictum capitale ſit reſtituendum Seminario.* III. *an poſita dicta nullitate erectionis ſit convalidanda erectio canonicatuum ſaltem Theologalis, & Pœnitentiarii applicando iiſdem ann. duc.* 40., *qui ſolvuntur a menſa epiſcopali tribus beneficiatis cum iiſdem oneribus. Ad* I. *reſpondit negative, ad* II. *affirma*

mative, *ad* III. *cenſuit*. *Uti poſſe jure ſuo ad formam Concilii lib. decret. 56. fol.225.*

In una *Murana diei* 12. *Decembris* 1711. propoſito dubio: *an erectio trium canonicatuum ſupra numerum eccleſiæ cathedralis de jurepatronatus laicorum familiæ Galellæ noviter facta ab Epiſcopo cum dote ſimplicis capellaniæ, quam erigi demandavit quondam Alexander Galella ſubſtineatur in caſu &c.* reſpondit *negative*, *lib. decret. 61. fol. 546.*

Eodem anno ad I. poſtulatum Emi Bellugæ tunc Carthaginenſis Epiſcopi ſcriptum fuerat: *reſpondentes autem Emi Patres poſtulatis, & primo an reditus exhuberantes divitum eccleſiarum applicari poſſint eccleſiis pauperioribus, cenſuerunt id fieri non poſſe abſque beneplacito Apoſtolico.*

In una *Savonen.*, in qua Epiſcopus certam partem redituum, quos pius teſtator reliquerat aræ maximæ eccleſiæ parochialis, aſſignavit pro dote ſeptem capellaniarum, quas inſtituit, adjecto onere perſolvendi divina officia in choro, propoſito dubio: *an ſubſtineatur erectio capellaniarum canonicatuum nuncupatarum, die* 23. *Martii* 1722. reſcriptum fuit *negative*.

Atque in una *Marturanen. erectionis Canonicatuum* 25. *Januarii* 1738., in qua Epiſcopus aſſignaverat aliquibus erectis præbendis reditus eccleſiæ S. Franciſci, & trium capellaniarum, propoſito dubio: *an erectio quatuor canonicatuum de quibus agitur ſubſtineatur*, reſcriptum fuit: *negative*, & *amplius*.

Reprobata hinc, uti debebat, tranſlatione per Epiſcopum facta, inquirendum eſt de ea, quæ ex integro proponitur tranſlatione facienda. Videndum primo an juſta, & neceſſaria cauſa translationis proponatur, ſupervacaneum etenim eſt de his commutationibus, ſine ea conditione non faciendis, differere. Satis, ſuperque de hoc actum eſt in *Panormit.* 27. *Auguſti* 1763. *Caſſanen.* 24. *Septembris eodem anno. Vicen.* 14. *Januarii*, *Peruſina* 12. *Maji*, *Aſſiſien. commutationis voluntatis* 12. *dicti*, & 21. *Julii*, *Santandrien. commutationis voluntatis* 21. *dicti*, *Fanen.* 15. *Septembris*, & *Amerina* 24. *Novembris*, & 15. *Decembris* 1764.

Quod autem ſpeciatim de his translationibus ſacrorum concedendis agitur, ſæpiſſime rejectæ ſunt. Videndæ reſolutiones *in Æſina legatorum* 21. *Auguſti* 1700. *in Ariminen. commutationis miſſæ* 14. *Maji* 1711., *in Mediolanen.*, *ſeu Ferentina Capellaniæ* 23. *Februarii* 1715. *in Regien.* 5. *Auguſti* 1719. *in Neapolitana Capellaniarum* 16. *Junii* 1731. *in Romana translationis oneru Miſſarum* 23. *Julii ejuſdem anni*, *in Ariminen. translationis Capellaniæ* 20. *Decembris* 1732. *in Neapolitana commutationis voluntatis* 7. *Februarii* 1733. *in Panormitana translationis oneris Miſſarum* 26. *Septembris* 1739. *in Taurinen. celebrationis Miſſæ quotidianæ* 20. *Maji* 1752., & *in Taurinen.* 18. *Maji proxime elapſi*.

Con-

Conceſſæ, ſed raro ſunt ex canonica cauſa; & maxime ſi teſtatorum cadavera in eccleſiis tumulata non fuerint, ut *in Neapolitana capellaniarum* 26. *Junii* 1731., *Uxentina celebrationis Miſſarum* 16. *Decembris* 1747., & 13. *Januarii* 1748. & *in Comen. translationis onerum Miſſarum* 24. *Novembris anni elapſi*. Declarandum eſt

An ſit locus translationi Miſſarum hebdomadalium ab Eccleſia Parochiali S. Andreæ Signini ad alteram Societatis Sñi Cordis Jeſu Lugani, in caſu &c.

AUXIMANA. Poſtquam capitulum collegiatæ eccleſiæ parochialis *Montisſani* ad reædificandam eccleſiam impetraverat *anno* 1751. ſuſpendi ſacra 1600. quolibet anno ad decennium; ut de ſimilibus in dies accidit, prorogationem ſuſpenſionis ad aliud decennium poſtulavit; ſed petitio *die* 27. *Auguſti* 1763. rejecta eſt. Non acquievit; hinc inſtauratæ preces *die* 15. *Septembris* 1764., quæ nihil profecerunt aliud, niſi, ut Epiſcopo reſcriberetur ad rem dilucidandam melius. *Seſſ.* 21. *cap.* 7. *de Reformat.*

Poſtea quam Epiſcopus denuo retulit, capitulum SANCTISSIMUM adiit; ſed unice, ut ad Sac. Congreg. negocium remitteretur, potuit obtinere. Propterea *die* 8. *Julii* currentis anni de cauſa actum eſt. Sac. Congregatio, indigeſtam rem eſſe videns, & uti ſuo more difficilis ad has concedendas ſacrorum intermiſſiones, quæ poſtrema malorum remedia unice eſſe poterunt, iterum ſcribendum Epiſcopo cenſuit, *ut melius, & diſtinctius referret ſuper pecuniis uſque adhuc erogatis in fabrica, & illarum diſtincta provenientia, & alia inſuper proponeret media, quibus ſumptus ad dictum uſum perficiendæ integræ fabricæ comparari poterunt. Interim cogeret ad ſubminiſtrandos neceſſarios ſumptus eos, qui ad formam S. Concilii Trid. de jure tenentur.*

Videndum eſt *folium diei* 18. *Maji* currentis anni, in quo late de cauſa pertractatum eſt.

Pervenerunt Epiſcopi nunc literæ, quæ ante oculos habendæ ſunt: *in primis, quod attinet ad pecunias uſque adhuc in eam fabricam erogatas, hæ quidem a die* 3. *Octobris* 1760. *ad diem* 23. *Januarii* 1764. *conficiunt ſummam ſcut.* 1908. 48. 3., *a die* 23. *Julii ejuſdem anni* 1764. *ad* 11. *Maji* 1765. *ſcut.* 333. 55., & *denique a die* 18. *Maji ad diem* 17. *Julii anni labentis ſc.* 113. 36. 2. *in totum ſcut.* 2375. 58. 0. *pro ut ex notulis dictum in libris rationum deſcriptis videre eſt.*

Harum diſtincta provenientia hæc eſt. Ex eleemoſyna miſſarum ſuſpenſarum die 20. *Novembris* 1751. *ad decennium jam elapſum ſcut.* 1600.. *Item ex inciſione arborum, per facultatem iſtius S. Congregationis diei* 7. *Aprilis* 1753., *pro parte in coquendis lateribus conſumptarum, & pro parte venditarum ſcut.* 505. 70.

nec non sc. 609. (in hac summa inclusis scut. 358. census nomine acceptis, ea tamen lege, ut rata extinguatur ex reditibus, qui ad canonicos spectant). Ex fructibus prædii nuncupat. di Mileto jam a Capitulo ad dictum effectum assignati sc. 40.: ex rubris quatuor frumenti ab eodem pariter traditi sc. 19.: ex pensionibus duarum domorum sc. 11.: ex locatione fornacis, & eleemosynis ad diem 23. Januarii 1764. sc. 98. 47. 4. nam eleemosyna postremi anni vix adauxit sc. 4. & alia sc. 6. ejusdem fornacis locatio. Hinc provenientia (ut loquimur) & respectiva erogatio conflant summam scutorum 2893. 17. 4., ex quibus liquido constat acceptum superare expensas in scut 517. 59. 3. quæ modo erogata reperiuntur, in emptionem cæmentorum, ut inferius dicam.

Media ad perficiendam integram fabricam proposita legent Emi Patres, postquam dixero de coactione illorum, qui ad formam Concilii de jure tenerentur. Alias equidem relatum est, canonicorum reditus insufficientes ad se se honeste, & congrue alendos. Item de Parochianorum paupertate, & communi, ut ita dicam, miseria. Hinc, ad evitandas lites, & odia, actusque judiciales, exhortationibus potius agendum censui, nec sine fructu; nam Magistratus, & Consiliarii collectam per æs, & libram imposuere: Populus opera manualia, & vecturas promisit, quod, præeunte Capitali Præposito, alacriter præstat: Canonici, & Rectores Beneficiorum pro qualitate loci, personarum, & temporis, contribuere jussi sunt juxta modum in adnexis foliis expletum, & ab EE. VV. approbandum. Denique Sodalitium S. Benvenuti superfluos reditus cessit, & propterea comparata reperiuntur ad opus constituendum hæc infrascripta. Cæmenta, ut supra empta scut. 517. 59. 3.. A Confraternitate S. Benvenuti sc. 500.. Ab alio Benefactore scut. 200. A præposito, & canonicis [præter fundum ut supra assignatum annui reditus scut. 20.) duo annua rubra frumenti, pensiones duarum domorum, & fornacis. A cæteris Pensionariis, & simplicium Beneficiorum Rectoribus anno quolibet scut. 76. 13. quæ per decem annos constituent summam scut. 761. 50.

Item per decem annos collecta per libram dabit scut. 200. & in aliis scutis 100. æstimantur manualia opera Populi, & bobum vecturæ.

Si denique huic summæ scut. 2279. 9. 1. adjungetur eleemosyna scut. 1600. expetitæ suspensionis missarum ad aliud decennium nedum habebitur tota summa scut. 3440. 9. juxta periti juratam depositionem ad fabricam Ecclesiæ perficiendam necessaria, sed ex scut. 439. 0. 3., quæ supererunt, consultum fiet ornamentis illis, quæ omnino requiri debent, ut ecclesia ipsa benedictionem Episcopalem mereatur, & divina officia in ea persolvantur; suspensis interim aliis, quæ decorem. & pulchritudinem illius respiciunt, & tractu temporis ab ipso Capitulo confici poterunt.

Item cum Patres conventus Servorum Mariæ ejusdem oppidi ex titulo oneroso teneantur annuatim persolvere mercedem scutor. 6. organistæ, hæc pariter auctoritate EE. VV. applicari posset fa-

fabricæ ex die, qua ceſſavit, & ad quem incipiet organi modulatio.

Ut autem celerius opus expleatur adjungendum cenſeo in bonis eccleſiæ imponi poſſe cenſum pro ſupra recenſita ſumma, deinde extinguendum pro ratis, quæ annuatim colligentur tum a beneficiorum rectoribus, tum a communi, tum etiam a ſuſpenſione miſſarum.

In hac vero ſuſpenſione, nedum teſtatorum voluntas interpretanda videretur, ut congrua redituum pars pro reſtauranda eccleſia aſſignari poſſit, ſed omnis boni, & æqui concurreret ratio, ita ut potius reductio, *quam* ſuſpenſio *cenſeatur. Etenim ex adjuncto folio litt. D. ſatis apparet, quamplura miſſarum onera, quibus eadem eccleſia gravata eſt, congrua dote, ſeu eleemoſyna carere, utpote diminuta ob reductionem fructuum cenſuum, antiquitus ad rationem ſeptem, & octo conſtitutorum, & modo ad tria, ſive quatuor in ſingula centena reddentium.*

En quarto itaque eadem petitio proponitur, quæ EE.PP. ſententiam expectat

An ſit locus prorogationi indulti ſuſpenſionis miſſarum.

Die Sabbati 14. *Decembris* 1765. *in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis, de jure reſolvenda.*

QUinque ante alias, quæ deſcriptæ ſunt cauſæ, a proxime habita Congregatione *die* 23. *Novembris*, ad hodiernam venerunt.

Seſs. 22. *decret. de obſer. & evit. in celebr. miſs.*

MEDIOLANEN.

An ſit locus reductioni miſſarum, in caſu &c.

Negative, & amplius.

Seſs. 21. *cap.* 4. *de Reform.*

NOVARIEN.

I. *An ſit locus approbationi concordiæ anni* 1761., *in caſu*, & quatenus negative,

II. *An admittenda ſit diſmembratio, ſeu ſeparatio ab Eccleſia parochiali loci Nunii, & erigenda nova Parochia in Caſtro Brolii.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative.

Seſs. 23. *cap.* 18. *de Reform.*

RAVENN. SUBSIDIORUM DOTALIUM.

I. *An applicatio ſubſidiorum dotalium, de quibus agitur, ſuſtineatur, in caſu &c.*, & quatenus negative,

II. *An ſit locus reſtitutioni ſummæ ſeminario jam ſolutæ, in caſu &c.*

Non propoſita, cum reliquis.

Seſs. 22. *cap.* 4. *de Reform.*

COMEN. TRANSLATIONIS.

An ſit locus translationi Miſſarum hebdomadalium ab Eccleſia Parochiali S. Andreæ Signini ad alteram Societatis Sñi Cordis Jeſu Lugani, in caſu &c.

AU-

AUXIMANA. *Sess.21. cap.7. de Reform.*

An sit locus prorogationi indulti suspensionis missarum.

FERRARIEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. *Jacobus Oltramarius* Ferrariensis *anno* 1645., finito usufructu *Luciæ* uxoris, post institutos suos, ac substitutos *Ignatii*, & *Propertii* fratrum descendentes, vocavit *il più prossimo ad esso testatore della sua famiglia*. Legatum vero fecit sex dotium, quibus in codicillis sequenti anno duas adjunxit, ex fructibus quartæ partis hæreditariæ: legemque dixit: *essi frutti si debbano erogare ogni anno in perpetuo senza prefinizione di tempo, in maritar sei donzelle di buona opinione, e fama.* *Sess.22. cap.6. de Reform.*

Addidit: *l'elezione si dovrà fare dal M. R. P. Rettore de' RR. PP. Gesuiti pro tempore, e dalli Signori Presidenti del S. Monte di Pietà, che saranno pro tempore, nel mese di Decembre ogni anno; volendo detto signor testatore, che detta elezione si faccia, e si debba fare ogni anno, come sopra, in detto mese di Decembre nel giorno festivo della SSma Natività di N. S., e che a caduna di dette donzelle da eleggersi si debba dare lire 200. moneta.*

Hæ dotes, quæ ad hanc diem secundum *Jacobi* voluntatem distributæ sunt, ob imminutos nunc *ll. mm.* fructus, duo de viginti sc. pro qualibet habent.

Julius Oltramarius a Jacobo seniore, avo testatoris, descendens, pro tribus, quas habet, filiabus, ac comes *Cæsar Gambetta* filius *Theresiæ Oltramariæ* ab eodem *Jacobo* seniore descendentis, pro una, quam habet, filia, supplicarunt SSmo, *acciò si degni ordinare, che in luogo dell'annua dotazione, ed assegnazione da farsi in avvenire alle accennate otto donzelle sia girato, e fatto deposito de' denari, e doti sudette in detto sagro Monte, per farne cumulo, ad effetto si possa formare almeno una dote di scudi 800. per caduna; e ritrovandosi avanzi in detto sagro Monte di ragione dell'eredità sudetta, questi vadano per formare il sudetto cumulo, da sborsarsi nell'atto del loro matrimonio spirituale, o temporale.*

Repugnant qui jus eligendi habent, *rector* nempe *Collegii S. J.*, & *præsides montis pietatis* Ferrariensis. Hæc disceptatio in causa est.

Julius, & *Cæsar* allegant suas filias testatori conjunctas esse, uti ab avo ejusdem, communi stipite, descendentes; ideoque uti conjunctas pauperes extraneis puellis ex præsumpta ipsius testatoris voluntate præferendas *Mantic. de conject. lib.8. tit.5. num.16. Amostaz. de caus. piis lib.4.cap.4. num.* 10. *Rot. decis.98.*, & 171. *per tot. cor. Duran.*

Hanc voluntatis defuncti interpretationem laudavisse semper, ac recepisse Sac. Congregationem, ut in *Romana appli-*

ca-

cationis legati 20. *Septembris* 1692. in *Romana dotium* 2. *Octobris* 1717., & 24. *Septembris* 1718., in *Nullius, ſeu Montis Caſini diſtributionis ſubſidiorum dotalium* 24. *Septembris* 1729. in *Piſtorien. ſubſidiorum dotalium* 22. *Septembris* 1730. in *Camerinen. ſubſidiorum dotalium* 8. *Auguſti* 1733., in *Panormitana ſubſidiorum dotalium* 20. *Auguſti* 1735.

Imo neque arctam conjunctionem aliquando quæſitam; cum ex æquitate quæcumque affines, & longiſſimo gradu conſanguineæ prælatæ fuerint, ut in *Firmana ſubſidiorum dotalium* 9. *Septembris* 1730., & in *Piſana ſubſidiorum dotalium* 3. & 14. *Auguſti* 1748.

Magis quia ad paupertatem ſanguinis nobilitas jungitur; quo caſu, non prælatio tantum pro iiſdem dotibus, quæ darentur aliis, ſed dotes congruæ multiplicatis fructibus ſunt dandæ, ut in *Romana Subſidiorum dotalium* 6. *Decembris* 1738., & 9. *Julii* 1746. in *Florentina commutationis voluntatis* 25. *Februarii*, & 8. *Martii* 1747. in *Veliterna ſubſidiorum dotalium* 1. *Martii* 1749. in *Romana* 21. *Maji* 1757. in *Peruſina legati dotis* 4. *Maji* 1758. & in *Romana, ſeu Sabinen. ſubſidiorum dotalium* 25. *Aprilis* 1761.

Conſuetam autem familiæ *Oltramariæ* dotem fuiſſe in ſc. 2250. quam *Barbara*, & *Suſanna* habuit, vel ſaltem ſcut. 2000. Se contentos eſſe, ut pro qualibet puellarum harum dentur ſcut. 800. Demum extraneas puellas incertas eſſe, nec quid querantur habere, præ nobilibus puellis hiſce e familia teſtatoris, quæ hac largitione aliis danda ſummopere indigent.

Contra vero *rector collegii*, & *præſides montis* ſervandam eſſe voluntatem teſtamenti contendunt *cap. inter dilectas de fid. inſtrum. Card. Petr. ad Conſt. Innoc. IV. tom.* 3. *ſect.* 1 *num.* 39. *Vrſaj. diſcept. eccleſ. tom.* 3. *part.* 2. *diſcept.* 2. *num.* 48.

Maxime cum per ſæculum, & ultra uſque ad præſens ſemper ſervata fuerit *cap.* 8. *de præſcript. Rot. deciſ.* 893. *num.* 10. *cor. Emerix. jun.*. Nullum uſque adhuc inventum inter tot familiæ *Oltramariæ* viciſſitudines, qui has dotes expectantibus puellis tentaſſet præripere. Cauſam ejuſmodi dotium præcipuam eſſe ſemper, ac reſpicere bonum publicum. Non licere ex aliena jactura contra domini voluntatem emolumentum excerpere.

Adjiciunt non hanc eſſe commutationem, ſed integræ voluntatis e radicibus everſionem. Oportere, ſi hoc concedatur, ut per duos ſupra viginti annos ſubſidia aliis auferantur, pro quatuor hiſce filiabus, quæ nunc petunt. Multam eſſe *Oltramariam* gentem; quinque jam eſſe eas familias in maſculis. Duas *Oltramarias fœminas* in aliis familiis nuptas, quæ filias habent. Admitti nunc non ſolum tres unius *Oltramarii* hominis filias, ſed etiam remotas deſcendentes ex fœminis, in filia *Cæſaris Gambetta*, quæ non matrem, ſed aviam *Oltramariam* habuit. Quod nunc exemplum non ha-

habet, pro legitimo exemplo futurum deinceps. Quis neget posthac, quod sine ullo exemplo nunc primum datur? Experientia compertum esse voluntatum piarum omnium perturbationem, ac secutam destructionem hæc initia habuisse. Primo obsistendum, ut deinde petere desistant cæteri.

Insuper nullam haberi præsumptionem voluntatis testatoris; imo contrariam voluntatem ostendi. Omnem *Jacobus* junior hæreditatem suis, & fratrum descendentibus reliquit. Ad eam post illos omnes, proximiores e familia vocavit. Quartam tantummodo partem ad dotandas puellas reliquit: hanc partem selegit unice; & quod advertendum, cum electionem duarum puellarum *Propertio* fratri, & ejus descendentibus reliquisset in testamento, in codicillis postea fratrem, & ejus progeniem etiam ab hoc jure excluſam voluit, ut majori ordine, ac rectius octo eligendis puellis succurreretur.

Rursus has conjunctas puellas, pro quibus petitur, in infantili ætate esse. Posse non vivere; posse eorum genitores hoc temporis spatio in meliorem fortunam venire. Cur in incertum nunc retardetur largitio, quam aliis rerum suarum arbiter, & moderator dominus destinavit? Non rara esse exempla, quibus in gravioris momenti circumstantiis hæ petitiones rejectæ sunt *Romana dotium* 24. *Septembris* 1718. *Pistorien. subsidiorum dotalium* 2. *Junii* 1742. *in Romana subsidiorum dotalium* 17. *Januarii* 1756., & *Pistorien.* 23. *Septembris*, & 2. *Decembris* 1758.

Sacra Congregatio persæpe prætulit consanguineas extraneis. Videndæ resolutiones *in Romana dotium* 2. *Octobris* 1717., & 24. *Septembris* 1718., in *Nullius seu Montis Casini distributionis subsidiorum dotalium* 24. *Septembris* 1729. in *Camerinen. subsidiorum dotalium* 8. *Augusti* 1733. *in Panormitana subsidiorum dotalium* 20. *Augusti* 1735., & in *Narnien. subsidiorum dotalium* 17. *Septembris* 1762.

Communis autem distinctio est, quod aut agitur de consanguineis expresse vocatis, seu ex justitia venientibus, & hoc casu consanguinitas definit in decimo gradu juxta regulas iuris civilis §. *finali inſtit. de ſucceſſ.*, *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 13., *Mantic. de conj. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 46., *Marin. reſol.* 131. *num.* 9. *lib.* 1., *Rot. in Forolivien. loci conſilii* 5. *Moji* 1704. *coram Molines*, & *coram Falconer. deciſ.* 10. *num.* 6. *tit.* 40.; niſi aliter conjecturæ suadeant, ac verba testatoris perpetuo agnationem, seu familiam respiciant *Cephal, conſ.* 137. *num.* 38., *Peregr. de fideic. artic.* 30. *num.* 4., *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 381. *num.* 7., & *Sac. Congregatio* in *Firmana ſubſidiorum dotalium* 9. *Septembris* 1736. nec ad certos gradus ea verba restricta sint *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 49. *S. Congregatio in Comen.* 27. *Februarii* 1706. *lib.* 56. *decret. fol.* 57.

Aut

Aut vero deeſt præcipua, & expreſſa conſanguinearum fæminarum vocatio, ſolaque naturalis caritas conſideratur; ac tunc hæc excedere non videtur quartum gradum ipſo jure civili computandum *Rot. deciſ.* 898. *num.* 3. *coram Emer. jun. Romana, ſeu Januen. legati* 5. *Maji* 1698. §. *Similiter coram Tremoille, & S. Congregatio* in *Romana ſubſidiorum dotalium* 12. *Decembris* 1761.

Verumtamen ubi hæc ſubſidia conſanguineis concedenda ſunt, non ſolum prælatio conceſſa eſt nonnunquam pro iiſdem dotibus, ſed ut eæ cumulentur ad dotem congruam conſtituendam, *ut* in *Romana applicationis legati* 20. *Septembris* 1692. in *Romana dotium* 2. *Octobris* 1717., & 24. *Septembris* 1718. in *Camerinen. ſuſidiorum dotalium* 8. *Auguſti* 1733. in *Panormitana ſubſidiorum dotalium* 15. *Januarii* 1735. in *Romana* 22. *Maji* 1757. *ad I'. dubium*, & in *Narnien. ſubſidiorum dotalium* 21. *Auguſti* 1762.

Iis vero caſibus quantitatem ipſa Congregatio ſtatuit, *ut* in *Romana ſeu Salinen. ſubſidiorum dotalium* 27. *Martii* 1762. in *Narnien. ſubſidiorum dotalium* 10. *Septembris* 1762. ; licet aliquando illam ad ipſius Ordinarii arbitrium rejecerit, *ut* in *Romana, ſeu Sabinen. ſubſidiorum dotalium* 24. *Aprilis* 1717. *lib.* 67. *decret. pag.* 149., & 4. *Decembris* 1723. *lib.* 73. *decret. pag.* 638.

In *Franciſco Oltramario*, & *Thereſia*, avo, & avia harum puellarum, quartus ſecundum jus canonicum conſanguinitatis gradus expiravit; hæ vero, ſecundum jus civile, cum teſtatore in octavo ſunt, ut ex arbore, quæ apud monumenta cauſæ habetur. Ad EE. PP. ſpectat decernere

An ſubſidia dotalia relicta a Jacobo Oltramari pro dotandis octo puellis ſint ſuſpendenda, & reſpective deponenda, donec cum iis conſtituatur dos ſcut. 800. *pro unaquaque ex tribus filiabus Julii Oltramari, & pro filia Com. Cæſaris Gambetta in caſu &c.*

Seſs. 21. *cap.* 4. *de Reform.*

DERTHONEN. DISMEMBRATIONIS. Parochia *Alpisplanæ* diœceſis *Derthonenſis*, duo inter ſuos fines comprehendit diſſita loca alia, *Vicum*, quem *ſuperiorem* appellant, & *Vicum medium*. In horum primo habebatur jam longo a tempore extructum oratorium, in quo tria etiam ſepulcra nunc extant. Capellanus inibi pro populi commoditate quotidie ſacrum agebat etiam diebus feſtis, quibus fidei rudimenta explicabat.

Veritus eſt tandem parochus, ne *Vici ſuperioris* populus, qui jam matrem eccleſiam pene deſeruerat, temporis novi ſucceſſu ad aliam novitatem ſpectaret. Hinc controverſia orta eſt, quam anno 1744. Epiſcopus compeſcuit ſuo decreto: *liceat celebrare in oratorio ſupradicto, etiam feſtis diebus, dummod*

modo ſacerdos celebrans teneatur ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, celebrare miſſam hora, qua maluerit parochus, & juxta hujus mandatum rudimenta fidei explicare, feſta, jejunia, edicta, reliquaſque omnes intimationes, quas parochus præſcripſerit, publicare, & in nihilo, neque quoad ſpiritualia, neque quoad temporalia liceat oratoribus jura parochialia lædere.

Non inde autem altercationum radices evulſæ ſunt, quæ tamen auctoritate Principis *ab Auria* locorum domini, propoſitis aliquot conditionibus, parumper proxime præteritis annis conquieſcere viſæ fuerant. Quamobrem ad coercendam illorum hominum licentiam, quam in dies augeri dicebant communitates *Alpis planæ*, & *Vici medii*, ſuis perturbatis rebus a Sacra Congregatione auxilium quæſiverunt. Audito Epiſcopo reſcriptum eſt ei *die* 20. *Januarii* 1759., ut *auctoritate etiam Sacræ Congregationis ſuper controverſiis, ac prætenſionibus, de quibus agitur, ſtatuat, atque decernat quidquid juris fuerit, juxta petita, & parere renuentes juris remediis ad obſervantiam cogat, atque compellat.*

Negocium dedit Epiſcopus ſuo Vicario, qui multa complectens capita decretum tulit:

I. *Quod Oratorium S. Joſeph ſitum in villa Vici ſuperioris neutiquam ampliari, aut extendi poſſit.*

II. *Nullum altare ibi adjungi, aut adaugeri queat.*

III. *Tabernaculum neque pro ſimplici altaris ornamento ibi valeat collocari, vel poſitum illico amoveatur, neve ulli profano uſui inſerviat, alicui vendendum eccleſiæ.*

IV. *In antedicto oratorio amplius celebrari non poſſit ſolemnioribus anni feſtis Nativitatis Chriſti Domini, Epiphaniæ, Paſchatis Reſurrectionis, & Aſcenſionis, Pentecoſtes, Sanctiſſimæ Trinitatis, Corporis Chriſti, Annunciationis, Aſſumptionis Beatæ Mariæ, SS. Apoſtolorum Petri (etiam velut parochialis eccleſiæ titularis) & Pauli, omniumque Sanctorum.*

V. *In reliquis diebus feſtis miſſa ibi cebrari non debeat, niſi præcelebrata, hora tamen opportuna, parochiali miſſa.*

VI. *Parochiales functiones nullatenus ibi impediantur, turbenturque.*

VII. *Homines dicti Vici ſuperioris eodem prorſus modo, quo cæteri parochiani jam ab immemorabili ſubjecti, obedienteſque ſunt matrici, alacres, promptique concurrant, contribuantque pro manutentionibus lampadis SS. Sacramenti, ſacrarum ſuppellectilium, ædium, tectorum, operibus reparationis, expenſiſque omnibus parochiali eccleſiæ neceſſariis.*

VIII. *Parochus ad prædictum oratorium accedens in feſto Sancti Patriarchæ Joſeph ejuſdem titularis celebraturus, teneatur quidem, quum in anteriori feſto ab altare ſequens denuntiat, populum de tali acceſſu admonere, minime vero alium ſacerdotem ad celebrandum pro ipſo in parochiali eccleſia ejus ſumptibus quæritare.*

IX. *Tandem cuncta hæc, & ſingula tamquam ſacroſancta*

Tridentinæ Synodo, ejuſque legitimæ Interpretis Sac. Congregat. deciſionibus, ſan. mem. Benedicti XIV. inſtructionibus, Mediolanen. Provinciæ conciliis, conſtitutionibus ſynodalibus plene conſona, a prædictis Vici ſuperioris hominibus, eorumque capellano immediate, inviolabiliter, inconcuſſe, adamuſſim, & exactiſſime obſerventur, exequanturque in, ac pro dicto oratorio, ſub reſpectiva eidem capellano ſuſpenſionis a divinis Reverendiſſimo D. Vicario reſervatæ, etiam in foro conſcientiæ; oratorio autem interdicti pœna, utrique tamen ipſo facto abſque alia quacumque declaratione, vel formalitate incurrenda &c.

Quas Epiſcopi providentiam extinxiſſe ſperandum erat, altius efferbuerunt lites ex parte *Vici ſuperioris*, qui nunc novam ſibi parochiam, ac peculiarem parochum petit; ſin minus vicarium curatum in ſua eccleſia; ac tandem ſibi, ut meliori, quo poſſit, modo, ſecundum neceſſitatem, ac canonum ſanctionem provideatur. De ejuſmodi petitione cognoſcendum nunc eſt.

Tridentinum Concilium, communitas *Vici ſuperioris* ait, ſatis provide ſanxiſſe: *in iis locis, in quibus ob locorum diſtantiam parochiani ſine magno incommodo ad percipienda ſacramenta, & divina officia audienda accedere non poſſunt novas parochias etiam invitis rectoribus conſtituere poſſint: ſeſs. 21. cap. 4. de refor.*

Hæc omnia in caſu eſſe. Ad alpes illas poſita loca impervia, rigentia nive, & gelu maxima anni parte, vias ſalebroſas, dimanantibus perpetuo ex monte aquis impeditas. Non oportere, ut ad hæc teſtimonia afferantur: ſitum locorum ipſum hanc miſeriam ferre. Loci diſtantiam ab *Alpeplana* ad duo milliaria jam probatam. Hinc difficillimum adire eccleſiam matrem, præſertim hiberno tempore; omnes, tot pueros, tot fœminas, ut una hora diebus ſolemnioribus pro audiendo ſacro ad non propinquum locum commigrent; domos ſuas, reſp[illegible] deſertas relinquant; dum redeunt alimenta non reperiant, quibus reficiantur.

Se uſque ad 450. incolas eſſe. Plures ſine ſacra[illegible]s, ac ſine auxilio parochi diſtantis, atque ad alia ejuſmodi perſæpe impediti, periiſſe. Latam curam relinqui v[illegible]teri parocho, qui etiam duo poſtmodum loca habeat. Quid magis miſerum, quam ut ſibi ipſis, ſua pecunia, ſi parochus impar ſit, & ſuo cenſu, pro fide, pro religione, pro moribus, pro pietate in Deum, cultuque conſulere prohibeantur?

Neceſſariam itaque omnino eſſe erectionem novæ parochiæ, ut etiam in minori diſtantia affirmant canoniſtæ *Fagnan. ad cap. ad audientiam 3. de eccleſ. ædific. num. 3.*, *Pignatell. conſult. canon. 230. num. 9. tom. 4.*, *Rot. coram Peutinger. deciſ. 39. num. 4.*; & ob difficultatem itineris docent *Fagnan. loc. cit. num. 19.*, *Rota coram Anſald. deciſ. 266. num. 20.*, atque ob interſectionem viæ a torrente, vel aquis *Anacl. t. lib. 3. dec. tit. 48. num. 13.*, *Leureu. dicto lib. 3. tit. 48. quæſt. 99. n. 2.*,

Bar-

Barbos. de offic. & potest. Episc. part.3. annot. 68. num. primo; & solum, quod possibilis decessus sit parochianorum sine sacramentis *Monacell. formul. reg. tit.2. form.3.num.3.*, *Gaudent.de visitat.tom.1.cap.3. dub.8. sect.4. num.31.*, & *Rot.coram Calcaguin. in Vasionen.augumenti servitii parochialis* 13. *Januarii* 1733. §. *Cæterum*.

Necessitatem hanc ipsos cognovisse decessores Antistites. A præterito sæculo extructum eorum permissu oratorium. Sexaginta, & ultra ab hinc annis omnibus anni diebus, etiam festis, ibi celebratum sacrum. Hunc hodiernum Episcopum, ut sacra agerentur, ut fidei rudimenta a capellano traderentur, demandasse. Sepulcra exturbare non tentavisse. Augeri magis, magisque suum populum, qui pro suis sacris habendis clamat.

In hisce rerum circumstantiis nunquam ex sententia S. Congregationis novæ parochiæ erectionem negatam, ut in *Januen. 16. Januarii* 1694. *lib.24. decret. pag.5.*, *in Puteolana erectionis parochiæ* 18. *Junii* 1701. *lib.35. decret. fol.* 340., *in Anglonen.* 15. *Novembris*, & 20. *Decembris* 1704., *in Lunen., seu Sarzanen. dismembrationis* 12. *Julii* 1712., *in Militen. dismembrationis* 29. *Januarii* 1735., *in Segobricen. dismembrationis* 30. *Januarii* 1740. *ad 1.dub.*, & *in Comen.dismembrationis* 5. *Decembris* 1750.

Se omnes subito paravisse ad dandum, si ex parochiæ reditibus non posset, novo parocho, unde sustentetur. Solemni cautione ad hæc, atque alia omnia pro nova parochiali erigenda se obligasse.

Quando autem, adjiciunt, suo malo fato hæc parochiæ divisio non placeat, non posse saltem denegari deputationem vicarii ex reditibus ecclesiæ parochialis, & in subsidium populi ejusdem *Vici superioris Concil. Trident. sess.* 20. *de reformat. cap.*4., *Corrad. in prax. benefic. lib.*4. *cap.*5. *num.*19., *Rot. in Cæsaraugustana menstruæ præstationis*, & *dismembrationis* 12. *Martii* 1731. §. 14. *coram Nunez*, & *in Æsina parochialis* 12. *Junii* 1751. §. 11. *coram Emo Elephantutio*.

Aut saltem, ut ipsi capellanum sibi eligant, qui pro sui populi commoditate missam qualibet die celebret, & confitentes audiat; ut fontem pro baptismate habeant, & sacrum oleum; ac sacrosanctam Eucharistiam asservent, & colant. Non invidenda hæc salutis æternæ subsidia infelicibus, qui ad suam salutem supplicant, suæ impensæ non parcunt, ac fidem, & benignitatem Sedis Apostolicæ implorant.

Communitas *Alpisplanæ* reponit divisionem ecclesiasticis legibus odiosam *Fagnan. in cap. ad audientiam num.* 4. *de eccles. ædific.*, *Barbos. ad Concil. Trident. sess.*21. *cap.*4. *num.* 10. *de reformat.*, *Amostaz. de causis piis lib.*5. *cap.*3. *num.*26., *Rotæ in Æsina parochialis* 12. *Junii* 1751. §. 5. *coram Eminentissimo Elephantutio*. Neque aliter permittendam, nisi duo simul

intercedant, nempe abſoluta neceſſitas, & utilitas, & quod nonnisi per diviſionem provideri valeat *Lotter. de re benefic. lib. prmo quæſt. 28. num. 30.*, *Corradin. in prax. benefic. lib. 3. cap. 2. num. 7.*, *Rot. coram Falconer. in Miſcellan. deciſ. 34. num. 11.*, *& in Eiſtetten. decimarum 14. Julii 1755. §. 5. coram Figueroa*.

Impugnat omnia, quæ ex parte *Vici ſuperioris* afferuntur. Diſtantiam talem non eſſe. Nullo torrenti interſecari viam, nullis impedimentis; periculum abeſſe omne. Haberi teſtimonium ipſius Epiſcopi, qui loca in re præſente perluſtravit. Non probari incommoda, & abſurda, quæ evenerint ob incolarum deceſſum ſine ſacramentis. Si id acciderit, negligentiæ conſanguineorum adſcribendum. Id quoque evenire aliquando poſſe in ipſis parochiis, quæ vicinam eccleſiam, & parochum præſentem habent. Nonnulla eſſe rerum humanarum incommoda, quæ humana providentia arceri omnia nequaquam poſſunt,

Cæterum communes has cauſas eſſe. Actum ita eſſe de antiquitus conſtitutis parochiis. Tota die permittendas diviſiones. Cunctos populos hanc ambitioſam pietatem præferre, ut eccleſiam matrem deſerant. Experimento ipſo hæc comprobari, cum tot diviſionum petitiones quotidie pullulent. Hanc æmulationem, & licentiam coercendam, ne creſcat, atque in invidiam, & populorum mutuum odium, ac bellum vertat. Expectandam nunc eſſe illico ſimilem querelam, ſimilem petitionem alterius oppidi *Vici medii*: novam certe litem ex hac conceſſione parari inopi ſuo parocho, qui vix *ſcut. ann. 56.* pro reditibus habet. Tametſi novus parochus a novis parochianis ſuſtentaretur integre, imminui tamen jura veteris parochiæ; imminui emolumenta; deficere inde congruam parochi nihil de hoc commeriti.

Demum ſine diviſione parochiæ, ac deputatione vicarii poſſe provideri aliter. Poſſe concedi facultatem capellano, uti conceſſa eſt, audiendi ſacramentales confeſſiones. Poſſe permitti retentionem ſacroſanctæ Euchariſtiæ, ſed pro infirmis tantum. Nihil neceſſe eſſe, ut vetera, quæ tot elapſis ſæculis placuerunt, nunc immutentur, nunc ſurſum, ac deorſum volvantur omnia. Reliqua ex ſcriptis.

Certe hæ diverſorum uniones locorum ſub una parochia, plerunque ab initio ortæ ſunt ex accolis, per agros intra parochiæ fines diſperſis, qui ſuo parocho ſuberant, & primum in familias, deinde in populos, inde in communitates hominum adoleverunt. Aut fortaſſe ex paupertate locorum, quos neceſſarium erat, ut communiter ſuum presbyterum unum alerent. De reliquo optandum eſſet, ut unuſquiſque populus, nedum unum, ſed plures, & moratos, & doctos haberet parochos, & dum commode ſine ullius offenſione fieri poſſet, nitendum eſſet, ut

id

id eveniat; vel ſaltem, quo melius poterit, providendum. Ante omnia ſalutis populi, & præſertim æternæ, potiſſimam curam habendam.

De parochiarum autem diviſione, & de vicariis deputandis, quæ fere perpetuam diſceptationum nunc meſſem præbent, ſæpiſſime actum eſt, & præſertim in *Lunen.*, *ſeu Sarzanen. diei* 14. *Aprilis*, *& Derthonen. diſmembrationis* 2. *Junii* 1764.

In *Novarien.* 23. *proxime elapſi Novembris* pleniſſime habetur quid edixerit Alexander III. *in cap. Eccleſiam de eccleſ. ædific.*; quid Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. *de raformat.*, quæ multis vicibus fuerit Sac. Congregationis providentia, ſive dum diviſiones admiſit, ac de congrua quæſivit primum, ſive dum denegavit, & vicarium dedit. Actum modo agere ad otium pertineret. Proponitur

I. *An ſit locus diſmembrationi parochiæ terræ Alpisplanæ, & erectioni novæ parochiæ in villa Vici ſuperioris*, & quatenus negative

II. *An parochus pro tempore dictæ terræ Alpisplanæ cogi debeat retinere Vicarium curatum in eccleſia Sancti Joſephi dictæ villæ Vici ſuperioris, ſeu potius quomodo ſit providendum, in caſu &c.*

SENOGALLIEN. PROCURATIONIS. *Franciſcus Feſtarinus* rector parochiæ *S. Mariæ Montis novi* anno 1758. Epiſcopo Senogallienſi in ſacra viſitatione integram ſummam *ſcut.* 25., quæ procurationis nomine debebatur, ſolvit, ſalvo ſibi jure repetendi ab aliis ejuſdem oppidi locis piis eam ratam, quam pro aliis affirmabat tribuere. Nunc id facit; atque in judicium vocat *priorem*, ſeu parochum *S. Severi*, *moniales*, *ſodalitia laicorum*, *poſſeſſores beneficiorum quorumcumque*, & *alios*, qui in loco Epiſcopi viſitationi ſubſunt; petitque declarari eos omnes ſuam partem contribuere debere. *Seſſ.* 24. *cap.* 3. *de Reformat.*

Allegat conſtantem Sac. Congregationis de hoc ſententiam juri ipſi, atque affirmationi omnium canoniſtarum conſentaneam. Ita deciſum fuiſſe in *Narnien. diei* 12. *Septembris* 1654. *lib. decret.* 19. *pag.* 399., in *Bojanen.* 14. *Novembris ejuſdem anni lib. decret.* 19. *pag.* 427., *&* in *Auximana procurationis* 15. *Martii* 1727.

Perperam contra afferri conſuetudinem ſolvendi a ſolo *rectore S. Mariæ*. Non probari conſuetudinem hanc: ſi vero probaretur non attendendam; tum quia *S. Mariæ rectores*, dum ſolverunt, ſua ſibi ſemper jura contra alios reſervarunt *Felin. in cap. illud num.* 7., *&* 8. *de præſcript. Rot. coram Coccin. deciſ.* 172. *num.* 6. *& coram Anſald. deciſ.* 439. *num.* 116. tum quia, uti aperte contraria Concilio, & Sac. Congregationis decretis, veluti *corruptela* ſpernenda eſſet *cap. cum jam du-*

dum

dum de præb. Rot. coram Ottobon. deciſ.4. num.36., coram Falcon. de off. ord. deciſ.21. num.5., & coram Tanario deciſ.160. num.10.

Epiſcopus de ea re interrogatus reſpondit: *in hac Diœceſi Epiſcopo ſacram viſitationem quolibet triennio peragente, fere ubique locorum, procuratio ſolvitur in pecunia, ſervata taxa jam pluribus ab hinc annis exigi ſolita, modica tamen, ac tenui, & impari omnino expenſis victualium, quæ pro Epiſcopo ipſo, ejuſque comitatu, & conviſitatoribus deberentur. Duo tamen parochi Oppidi Montis novi, ſcilicet Abbas S. Mariæ de Platea nuncupat., & prior S. Severi, ibi cuncta onera procurationis a tempore immemorabili ſuſtinent, primus quinque ſupra viginti ſcuta monetæ rom. contribuens pro victualibus; vecturas pro acceſſu, & viſitatione ruralium eccleſiarum ſubminiſtrans ſecundus: capellaniæ, beneficia, confraternitates, monaſterium ſanctimonialium, cætera loca pia dicti Oppidi a quacumque contributione ſe ſe eximunt, inhærendo ſcilicet conſuetudini, uti aſſeritur, ultra hominum memoriam, in qua quidem manuteneri adverſus Reſolutiones in adjunctis precibus ab oratore cumulatas, & nihil innovari contendunt. Proinde ipſi reſcribendum eſſe crederem, quod utatur jure ſuo.*

Ex parte alia nihil datum eſt adhuc. Expectandæ reſponſiones ſingulorum ſunt, qui pluries moniti non venerunt.

Præcipuum Epiſcoporum munus eſt diœceſim univerſam perluſtrare, ut oves ſuas noſcant, corrigenda quæ viderint, emendent, ac cuncta ſub oculis recte, atque ordine diſponant. Hanc a majoribus acceptam regulam Concilium Tridentinum conſtabilivit, ſanxitque, ut quolibet anno, vel ſaltem biennio, hæc diœceſis peragratio, & luſtratio fieret: *Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Epiſcopi propriam diœceſim per ſe ipſos, aut ſi legitime impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, aut Viſitatorem, ſi quotannis totam propter ejus latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem majorem ejus partem; ita tamen, ut tota biennio per ſe, vel Viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant ſeſſ. 24. cap.3. de reformat.*

Conveniens autem æquitati erat, ut Epiſcopi ſubſidium ab ipſis, quos viſitabant, pro victu haberent, *cap. cavendum 7. cap. inter 8. 10. quæſt.3. cap. cum ea off. de præſcript. cap.1., & 2. de cen., & exact. extrav. execrabilis 30. cap. 22. de cenſib. cap. conquerente de off. ordin. cap.11., & 16. de preſcript.*

Illud propterea, quod antea cautum erat, Concilium retinuit, modumque adjecit: *caveant ne inutilibus ſumptibus cuique graves, oneroſive ſint, neve ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam procurationis cauſa pro viſitatione etiam teſtamentorum ad pios uſus, præter id, quod ex relictis piis jure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcumque ſit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, non obſtante quacumque con-*

conſuetudine etiam immemorabili ; exceptis tamen victualibus, quæ ſibi , ac ſuis frugaliter , moderateque pro temporis tantum neceſſitate , & non ultra erunt miniſtranda . Sit tamen in optione eorum , qui viſitantur , ſi malint ſolvere id , quod erat ab ipſis ante ſolvi certa pecunia taxata conſuetum , an vero prædicta victualia ſubminiſtrare ; ſalvo item jure conventionum antiquarum cum monaſteriis , aliiſque piis locis , aut eccleſiis non parochialibus inito , quod illæſum permaneat : in iis vero locis , ſeu provinciis , ubi conſuetudo eſt , ut nec victualia , nec pecunia , nec quidquam aliud viſitatoribus accipiatur , ſed omnia gratis fiant , ibi id obſervetur .

Quod autem pro *viſitatione* datur , propterea quod procurationis , ſeu adminiſtrationis , quam Epiſcopus agit , portio eſt, communiter *procuratio* dicitur , cujus nomine veniunt omnia , dum qui viſitat in loco eſt, quæ ſub *victus* verbo continentur, nempe,*quæ eſui , potui, quæque ad vivendum homini ſunt neceſſaria*,ut *Ulpianus* dixit *l.* 43. & 44. *de verb. ſignific.*

Non veniunt tamen , quæ extra victum ſunt , veluti vecturæ ad veniendum , & ad remigrandum , ex decretis Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium *in Ventimilien.* 21. *Auguſti* 1606. , *in Cajacen.* 20. *Martii* 1713. , *& S. Congregatio in Larinen.* 12. *Aprilis* 1698. , *& in Amalphitana* 18. *Julii* 1699. ; niſi de Apoſtolico delegato ageretur , cui expenſas omnes dandas cenſuit Sac. congregatio *die* 10. *Julii* 1727.

Cum pecunia pro victu datur , non ea certe eſſe debet pro arbitrio accipientis , ſed ſecundum neceſſitatem moderanda,ut in *Potentina procurationis* 24. *Julii* 1705. *ad II. dubium*, & in *S. Marci viſitationis* 7. *Junii* 1708.

Ad procurationem certe præſtandam tenentur plane omnes eccleſiæ , & loca pia ſubjecta *cap. conquerente* 16. *de Præſc. cap. procu rationes* 23. *de cenſ.*

Sac. congreg atio in una *Narnien.* propoſito *dubio* : *an obtinentes beneficia ſimplicia in terra Garbii teneantur cum parochis , contribuere procurationi Epiſcopo viſitanti diœceſim præſtandæ* , reſcripſit *die* 12. *Septembris* 1654. : *hujuſmodi beneficiatos teneri lib.*19. *decret. pag.*399.

In una *Bojanen.* ad *IV. dub.* : *an obtinentes beneficia etiam ſimplicia , ſeu capellanias in titulum teneantur contribuere dictis victualibus*, reſcripſit *ſub die* 14. *Novembris* 1654: *teneri pro rata contribuere lib.*19. *decret. pag.*427.

In eadem *Bojanen.* ad . *V. dub.* : *an eiſdem victualibus teneantur contribuere confraternitates laicorum* . reſcripſit : *Confraternitates viſitatas teneri ad eamdem contributionem pro rata* .

In una *Juvenacen. ſeu nullius Terlitii viſitationis* ad *I. dub.* : *an procuratio ſit præſtanda a ſola collegiata Terlitii , vel per contributum ab omnibus aliis Eccleſiis, & locis piis viſitandis*, reſcripſit *ſub die* 23. *Jannarii* 1706. *negative ad I. partem , affirmative ad II. lib.*56. *decre t. pag.*25.

In

In una *Spoletina procurationis* 14. *Junii* 1710. cum quæreretur, *an confraternitates laicales terræ Hyſpelli, de quibus agitur, vel quæ, teneantur contribuere Epiſcopo procurationem occaſione viſitationis earumdem*, reſcripſit *ſub die* 14. *Junii* 1710. *affirmative pro rata temporis*.

In una *Auximana procurationis*, petitioni, *an procuratio ſit præſtanda per contributum ab omnibus parochis, beneficiatis, eccleſiis, & monaſteriis, & confraternitatibus Montis Philoptrani*, reſcriptum eſt *ſub die* 15. *Martii* 1727. *affirmative*.

Et demum in una *Civitatis Caſtellanæ procurationis*, *ad dub. an omnes beneficiati, confraternitates, & loca pia Galeſii teneantur ad procurationem ſolvendam Epiſcopo viſitanti juxta repartitionem ab eo approbatam*, reſpondit *ſub die* 9. *Januarii* 1734. *affirmative*.

Exemptionem, ut notiſſimum eſt, habent ſolum oratoria privata *cap. auctoritate de cenſ.* eccleſiæ, & beneficiati pauperes *cap. placuit* 1. *quæſt.* 2. *cap. cum inſtantia* 17. *de cenſ. ibique gloſs. verbo indebite pregravari*: hoſpitalia, aliaque loca pia pro pauperibus deſtinata, etiamſi ampliſſimos habeant reditus *clem. quia contingit de relig. dom. Fagnan. lib.* 3. *decret. cap. venerabil.* 24. *de cenſ. num.* 34.

Quemadmodum eccleſia cathedralis, & aliæ eccleſiæ, ſeu loca pia, & clerus civitatis, in qua Epiſcopus ſedem habet, *S. Congregatio in una Tarentina* 1573. *lib.* 2. *decret.*, *& in Aliphana* 18. *Julii* 1705.

Quibus addendi qui hoc ſingulari privilegio utuntur *cap. cum inſtantia* 17. *de cenſ.*, ut eccleſiæ ordinis Hieroſolymitani S. Congregatio *in Auguſtana* 14. *Decembris* 1630. *lib.* 14. *decret. pag.* 356. PP. Camaldulenſium *Brictinorien. procurationis* 27. *Auguſti* 1712., & eccleſiæ, & vicariæ Caſinenſium *Florentina* 7. *Junii* 1727.

Nec non ex benignitate Concilii, omnes qui legitimam conſuetudinem habent non ſolvendi, ut Concilium clariſſimis verbis dixit: *In iis vero locis, ſeu provinciis ubi conſuetudo eſt, ut victualia nec pecunia, nec quidquam aliud a viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſervetur*.

Ad rem quod propius accedit, ponderandum, an probetur conſuetudo non ſolvendi ab aliis. An conſuetudo, de qua loquitur Concilium, locum habeat tantummodo in caſu, quo nihil ſolvatur Epiſcopo, non vero in eo caſu, in quo qui Epiſcopo jam ſolvere cogitur, certat, ut alii conſortes debeant contribuere.

Sac. congregatio in *Signina* 2. *Auguſti* 1670. cum proponeretur: *nonnulli beneficiati ſimplices, & confraternitates terræ Vallis Montanæ conqueruntur, quod licet ab antiquo tempore procuratio Epiſcopo viſitanti ſolvi conſueverit capitulo, & canonicis dictæ terræ, abſque eo quod oratores aliquid contribuere gravati fuerint, nihilominus dictum capitulum illos reſpective taxavit pro hujuſmodi contributione: ideo ſupplicatur per Sac. Con-*

Congregationem declarari, an dictis beneficiatis, & confraternitatibus ſuffragetur aſſerta conſuetudo, quominus ad dictam contributionem minime cogendi ſint, cenſuit, *beneficiatos, & confraternitates terræ Vallis Montanæ teneri procurationem contribuere Epiſcopo viſitanti, nec illis ſuffragari aſſertam conſuetudinem, quod hujuſmodi procuratio ſolvi conſueverit a capitulo, & canonicis collegiatæ dictæ terræ lib. 26. decret. pag. 392.*

In *Civitatis Caſtellanæ procurationis diei 9. Januarii* 1734., poſtquam Sac. congregatio ad *I. dubium* edixerat: *teneri confraternitates, & loca pia Galeſii ad contributionem procurationis*, propoſito *II. dubio* his verbis: *an obſtet contraria conſuetudo*: reſcripſit *negative*.

Conſiderandum denique, qua rata æquabilis partitio ſit facienda. Sac. Congregatio in eadem *Juvenacen.* 23. *Januarii* 1706. propoſito *II. dubio*: *an, & a quo ſit facienda repartitio*, reſcripſit: *faciendam eſſe a capitulo, & in caſu controverſiæ ab Epiſcopo viſitante*, & in *Spoletina procurationis* 14. *Junii* 1710. reſcripſit: *teneri confraternitates, & ſodalitates laicales pro rata temporis*. Faciendam vero eſſe per *contributum* reſcripſit *in citat. Juvenacen.*, *ſeu Nullius Terlitii viſitationis* 23. *Januarii* 1706. *ad II. dubium*, *& in dicta Auximana procurationis* 15. *Martii* 1727. Dijudicandum eſt

An Epiſcopo Senogalienſi ſint præſtandæ procurationes per contributum ab Abbate S. Mariæ, Priore S. Severi, Monaſterio Monialium, Confraternitatibus laicalibus, Monte pietatis, & poſſeſſoribus beneficiorum etiam ſimpliciuin, aliiſque locis piis terræ Montisnovi, quæ ſubſunt viſitationi Epiſcopi in caſu &c.

CORDUBEN. Capitulum *Cordubenſe*, cui præcipuus honor eſt habere archidiaconum *Emum Joannem Conſtantium Card. Caracciolo e Sanctobono*, pleniſſimum eſt, ac ſumma pietate, & cultu eccleſiæ inſervit; quatuor menſes quolibet anno vacationis ante habebat, quos poſt Concilium ſua ſponte ad tres tantum menſes cohibuit; retinuit autem veterem morem vacandi dimidia parte diei, pro libitu cujuſque, qualibet anni hebdomada ad radendam barbam. Supplicat nunc, ut, hac dimidia diei parte in unum collata, menſis alius conſtituatur, quo vacent. SSmus negocium omne ad Sac. Congregationem remiſit. *Seſſ. 24. cap. 12. de Reformat.*

Habendæ ante oculos conſtitutiones capituli ſunt, conditæ anno 1577. auctoritate *Bernardi de Frexneda* tunc Epiſcopi Cordubenſis: *ſi tratta ſopra i giorni, che devono avere li prebendati per farſi la barba, ed in ciò ſi ha la pratica, che ogni ſettimana ſi concede mezza giornata per queſt' effetto, con condizione però, che il prebendato ſi preſenti in coro al puntatore, eccettuati*

alcuni giorni, che si gode questa licenza per l' istesso fine senza bisogno di presentarsi in coro, fol.19.

Et in fol.29.: *si ordina, che quantunque per il continuo, e laborioso servizio di quella santa chiesa, ed eccessivo caldo del paese avessero gli prebendati di essa, quattro mesi di ricreazione, o siano vacanze, si conformi colla disposizione del Sac. Concilio Tridentino, che ne riduſſe le sudette vacanze a soli tre mesi, che ne fanno novanta giorni, ma che questi gli possano prendere in qualsivoglia tempo dell'anno, o interpolatamente prendendo giornate intiere, o mezze giornate nella Città, o fuori di essa, e che per godere di detti tre mesi, deva il prebendato servire nove mesi ogni anno, e che non possi godere della vacanza la dòmenica se ha intervenuto in coro il sabbato antecedente la mattina, oppure al giorno, e nè manco possa godere di detta vacanza la mattina degli anniversarj trovandosi in Città.*

Ostentat primo capitulum hanc consuetudinem immemorabilem vacandi præter consuetos menses hac dimidia parte diei quacunque hebdomada: ante, & post Concilium ita servatum fuisse: apparere ex ipsis constitutionibus illo anno latis.

Consuetudinem vero hanc non exorbitare a jure *cap. ad audientiam de cler. non resident.*, *& cap. unico eod. tit. in 6.*. Uti vero immemorabilem, atque juri communi non contrariam, a Concilio Tridentino improbatam non existimari.

Adjicit adesse peculiares causas concedendi pro ecclesia Cordubensi; aerem æstate summe fervidum, hieme ad extremum usque rigidum, & insalubrem; capitulares nunc promoveri nonnisi provectæ ætatis homines, & cum ætate non bona valetudine utentes: ecclesiam ipsam prope mœnia ab habitatoribus civitatis distantem, male constructam, a cæli intemperie suapte natura, & situ indefensam. Has legitimas pro ejusmodi re causas esse *Fagnan. in cap. licet de p eb., & dign. num.*47., Sac.Congregatio *in Arianen.* 12. *Novembris* 1699., *& Isernien.* 26. *Junii* 1723.

Rursus ecclesiam Cordubensem continuum alioqui, & laboriosum servitium requirere: hoc præstari libentissime ab omnibus, ac diligentissime. Frequentissimum esse capituli, & ecclesiæ clerum. Solos canonicos cum dignitatibus, & præbendatis ad 58. esse. Pene alios centum varii ordinis sacerdotes, aliosque ecclesiæ ipsi assistere. Nihil certe detrahi cultui, nihil imminui ex hac concessione.

Concessionem hanc ad quatuor tantum dies redigi. De reliquo non concedi novam vacationem, sed commutationem vacandi, imo melius provideri servitio, & frequentiæ chori. Liberum nunc esse ejus diei quem vellent dimidiam partem excipere, posse nunc venire, ut eodem die illam excipiant omnes.

In Hispania plures adesse, & quidem insignes ecclesias, quæ ultra trium mensium vacationem habent, *Seguntinam*, *Pacen-*

censem, *Abulensem*, *Burgensem*; &, quod notandum est, post Concilium Tridentinum, *Caurien sem*, quæ quatuor mensibus gaudet ex concessione S. Pii V. *diei* 29. *Augusti* 1566., *& Hispalensem* ex auctoritate san mem. Sixti V., qui suis literis 29. *Maji* 1587. constitutiones ecclesiæ approbavit, in quibus quolibet mense duodecim dies vacationum dantur.

Accedere judicium Ordinarii, quod in similibus maximi momenti esse propugnat *Piton. discept. eccles.* 110. *num.* 22. *Rot. decis.* 467. *num.* 9. *coram Cerro, in rec. decis.* 39. *num.* 7. *part.* 15., *& decis.* 90, *num.* 16. *part.* 16.

Auditus Episcopus, justam in capitulo petendi causam esse, affirmat. Videnda ejus integra *relatio* est, quæ inter causæ monumenta circumferetur.

Quæ fuerit pristina omnium beneficiorum natura de onere residendi, qui fuerit postea generaliter receptus usus, ac diversa beneficiorum distinctio, satis superque a rei ecclesiasticæ scriptoribus tractatum est. Utcunque de aliis beneficiis fuerit, quod agitur de canonicis, aliisque cathedrali ecclesiæ addictis, certum est quotidianam operam, assiduitatem, & frequentiam præstitisse; imo canonicos apud ipsam ecclesiam habitasse in societate, & communione vitæ, quod optimum institutum, postquam intercidit, instaurare, licet eximia opera conati fuerint permulti ecclesiasticæ disciplinæ amatores, ac Summi Pontifices, verum tamen ob vicissitudines, & iniquitates temporum non potuerunt.

Immutatis itaque rebus, durum videre cæpit, ut qui jam non apud ecclesiam erant, ad eam quotidie accederent. Hinc aliquorum non infrequens absentia. Hinc cæptum certos aliquos designatis tantum diebus venire. Hinc interdum venire alternos. Hinc tota die, cum novæ præter ordinem vacandi causæ prætenderentur, cæptus modus aliquis saltem statui, vel per peculiares constitutiones ecclesiarum, vel per canonicas leges, quæ legitimas absentiæ causas definierunt.

Sacrosancta Tridentina synodus, ad doctrinam legis constabiliendam, & corruptelas exterminandas nata, miscuit severitati indulgentiam: intra tres menses vacationem, quæ tamen adesset, in ecclesiis toleravit; longiorem proscripsit; ac generalem legem edixit *obtinentibus in ecclesiis cathedralibus, aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab iisdem ecclesiis quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt sess.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* Omnes ita constitutiones, & consuetudines, quæ longiorem vacationem ultra tres menses dabant abrogavit. Eas retinuit, quæ longius servitii tempus requirebant.

De Sacra Congregatione, quod agitur, *Nicolaus Garcias* affirmavit: *si tamen constitutio, aut consuetudo ecclesiæ requirit servitium totius anni, tunc locum habet absentia trium mensium a Concilio permissa; est enim nimis dura residentia totius anni, oportetque maxime juxta fragilitatem humanam indulgeri aliquod tempus ad recreationem corporis, & animi. Et ita Sac. Congregatio Concilii censuit in una Asturicen. his verbis: decretum Concilii cap. 12. sess. 24. concedit canonicis licentiam trium mensium, si constitutiones ecclesiæ servitium totius anni requirunt: de benefi. part. 3. cap. 2. num. 311.*

Sed male *Garcias* interpretatur Concilii mentem, ac non veram Sacræ Congregationis sententiam suo errori subjecit. Quæ opinio, postquam *Garciam* decepit, ex ejus postea affirmatione fefellit non paucos, ut non pauci juristæ faciunt, qui se ipsos transcribunt quandoque, ac ex aliorum dictis suas postea opiniones celebrant, quæ non modicam confusionem in juris doctrina pariunt. Quamobrem sapienter feciſſe patet Sacram Congregationem, quæ *anno* 1621. *die* 24. *Maii*, san.mem. Pium IV. in constitutione *Benedictus Deus* secuta, atque approbante sa.mem. Gregorio XV. decrevit: *indici librorum prohibitorum adjiciendas esse omnes, & quascumque collectiones declarationum, decisionum, seu interpretationum Congregationis Concilii impressas, vel imprimendas*; ac nominatim nonnullas tunc temporis editas rejecit *lib. decret.* 12. *fol.* 70.. Neque minus prudenter decennio post, nempe *die* 2. *Augusti* 1631., eandem sanctionem renovavit; atque edito solemni decreto, omnibus resolutionibus Sacræ Congregationis, quæ authentica præscripta forma datæ non essent, fidem omnem ademit, jubente id, ac probante san.mem. Urbano VIII. *lib. decretor.* 14. *fol.* 473.

Sacra etenim Congregatio, quæ custos Concilio accubat, ejus mentis, & legum conservatrix perpetua, declaravit apertissime Concilium non indulsisse hanc trium mensium vacationem. In una *Mutinen.* anni 1575.: *quæritur in ecclesia Mutinen., quæ requirit servitium totius anni, & in qua nulla est consuetudo, vel privilegium alicujus intermissionis, an subjaceant pœnis ibidem a Concilio statutis, ut priventur dimidia parte fructuum canonici*: responsum est: *Sac. Congregatio Concilii censuit, trium mensium absentiam non concedi canonicis ex decreto Concilii sess. 24. cap. 12. si constitutionibus ecclesiæ servitium totius anni absque ulla intermissione requiritur, lib. 2. decretor. pag. 128.*

In una *Cremonensi die* 16. *Septembris* 1662.: *narravit capitulum collegiatæ ecclesiæ SS. Firmi, & Rustici oppidi Caravaggi se nulla intercedente vacatione perpetuum chori servitium præstare; quæritur: I. an prædictum capitulum teneatur perpetuum ecclesiæ suæ servitium absque ulla vacatione præstare. II. an saltem subsint rationabiles causæ indulgendi, ut quotannis trimestri vaca-*

tio-

tione gaudeat. Ad I. reſpondit *teneri*. Ad II. *attenta relatione Ordinarii cenſuit, ſubeſſe rationabiles cauſas indulgendi, ut ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placeat ſinguli canonici quotannis a ſervitio chori per duos menſes, amiſſis diſtributionibus quotidianis, vacare poſſint. Ita tamen ut hujuſmodi vacatione is tantum numerus canonicorum eodem tempore fruatur, quem Ordinarius habito reſpectu ad neceſſitatem ſervitii ejuſdem chori pro ſuo arbitrio, & conſcientia præſcribet, lib. 23. decr. pag. 298.*

Reque vera, cum ſupplicatum eſt pro iis eccleſiis, quæ continuum ſervitium requirebant, nonniſi perſpectis cauſis aliquam vacationem conceſſit. In una *Camerinen.* 22. *Martii* 1619. tantummodo benigne indulſit *canonicis oratoribus, ut accedente conſenſu Epiſcopi vacationibus duorum menſium ſingulo anno frui poſſint lib.* 14. *decret. fol.* 94. In una *Farfen.* 13. *Novembris* 1655. indulſit *canonicis collegiatæ eccleſiæ S. Victoriæ, ut per duos menſes a ſervitio eccleſiæ quotannis exempti eſſe poſſent arbitrio Cardinalis Abbatis lib.* 19. *decret. pag.* 582. Et in una *Atrien.* canonicis cathedralis eccleſiæ quotidianum ſervitium habentibus, & vacationem trium menſium poſtulantibus, reſpondit *die* 19. *Decembris* 1722. *pro gratia ad duos menſes*.

Quæ omnia confirmantur ex hoc ipſo, quod in iis quoque eccleſiis, quæ quotidianum ſervitium non habebunt, canonicas unice cauſas poſtulantium conſideravit; non vero indiſcriminatim trium menſium vacationem dedit, ut ipſe teſtatur *Fagnan. ad cap. licet de præbend. & dignit. n.* 48.

In una *Firmana diſtributionum*, cum canonici conſuevitſent uno tantum menſe quotannis vacare, propoſito dubio: *an præbendato Alexandro Fabritio, & cæteris præbendatis eccleſiæ Metropolitanæ Firmi licuerit, & liceat abeſſe a ſervitio eccleſiæ abſque licentia capituli per tres menſes quolibet anno a Sac. Concilio permiſſos, non obſtantibus aſſertis conſtitutionibus capitularibus*, reſcripſit *die* 2. *Decembris* 1723. *licere per menſem tantum, neque requiri licentiam capituli*.

In *Aſculana* autem 28. *Januarii* 1696. tantum ob neceſſarias cauſas mitius agendum cenſuit: *canonici cathedralis non habentes in toto anni curriculo, quam duos menſes vacationis, attenta tenuitate reddituum, & laboriaſiſſimo ſervitio, ſupplicant ſibi indulgeri vacationem alterius menſis, & ſic in totum trium menſium cujuslibet anni*: reſcriptum eſt: *attenta relatione Epiſcopi Aſculani benigne indulſit oratoribus, ut pro arbitrio, & conſcientia ejuſdem Ordinarii per tres menſes cujuslibet anni juxta modum a Sac. Conc. Trident. præſcriptum, & per tempus etiam veræ infirmitatis, jurata phiſicorum atteſtatione comprobandæ; dummodo in erectione contraria non adſit diſpoſitio, vacare, & interim omnes fructus, & diſtributiones quotidianas percipere poſſint, non ſecus ac ſi choro, & officiis divinis perſonaliter intereſſent; ita tamen ut eodem tempore duæ partes ipſorum ſemper inſerviant eccleſiæ: diebus exceptis ſolemnioribus, in quibus omnes*

in-

inſervire teneantur, lib.46.decr.pag.39.. Quamvis iterum propoſita cauſa, *die* 15. *Januar.* 1707. ad tria dubia I. *an ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die* 28. *Januarii* 1696.. II. *an abſentes tempore vacationis ultra fructus ſuarum præbendarum lucrentur etiam diſtributiones quotidianas* III. *an diſtributiones relictæ a Cardinali Bernerio de ſuo, & dandæ ſolis intereſſentibus matutino, debeantur infirmis*: reſponſum fuerit: *ad I. ſtetit in deciſis quoad conceſſionem tertii menſis vacationis*: *ad* II. reſpondit *negative*, *& hujuſmodi dubium amplius non proponi mandavit*. Ad III. *ſtetit in deciſis lib.* 57. *decretor. pag.* 1.

Sed, quod veriſſimum certe eſt, de longiori ultra tres menſes vacatione, ſine neceſſaria omnino cauſa non admittenda, Concilii rigorem ſervavit, & contrarios uſus improbavit, & coercuit ſemper. In una *Catacenſi diei* 29. *Novembris* 1698. cum ex conſuetudine canonici inſervirent ſinguli una ex ternis hebdomadis per totum annum, illam uti Concilio non conformem abrogavit, & quæſtioni: *an liceat capitularibus inſervire pro tertiarias*, reſpondit *negative*, *lib.* 48. *decret. pag.* 567.

In una *Leyrienſi* cum canonici, ultra octoginta dies vacationis, uterentur ex capitulari lege inita *anno* 1616. alternis hebdomadis dimidia parte diei ad radendam barbam in una, & in altèra vacatione horæ matutinæ animi cauſa, ac poſtulaſſent, ut ſaltem centum dies in annum concederentur: propoſito dubio, *an ſit concedendum indultum vacationis centum dierum a ſervitio eccleſiæ*; reſponſum eſt *negative*, *& ſervandam eſſe diſpoſitionem Sac. Concilii*, *lib.*54. *decr. pag.* 381. Quia vero neque capitulum, neque Epiſcopus, qui pro capitulo exorabat, aquieverant, & a prima petitione centum dierum recedentes, ſaltem trium menſium vacationem petiverunt, Sac. Congregatio primum rigorem inflexit, ac reſpondit: *audita relatione Epiſcopi Leyrienſis*, *eidem benigne commiſit, ut veris &c.*, *& ſublatis quibuſcumque aliis vacationibus*, *capitulo oratori gratis indulgeat*, *ut ex gratia vacatione trium dumtaxat menſium quolibet anno frui*, *& gaudere poſſit*, *& valeat lib.*55. *decret. pag.*23.

Nullam etenim rationem habuit quorumlibet *ſtatutorum*, ſi ea ab Apoſtolica Sede approbata non eſſent. In una *Elborenſi* cum canonici cathedralium, & collegiatarum, ſuum *ſtatutum* habere dicerent Apoſtolica auctoritate firmatum vacandi per centum dies, & fructus omnes, & diſtributiones percipiendi, ac poſtulaſſent declarationem non comprehendi in lege Concilii, reſpondit: *comprehendi*, *niſi quatenus legitime probaretur ejuſmodi ſtatuta fuiſſe confirmata a Sede Apoſtolica*; *talia enim non ſuſtuliſſe Concilium lib.* 2. *decretor. fol.* 7.

Similiter in una *Burgen.* 22. *Aprilis* 1624. cenſuit *hujuſmodi ſtatuta nullum plane*, *atque irritum eſſe*, *& barbæ tonſuram in*

id

id tempus rejici debere, quo divina officia in eccleſia non celebrantur, lib. 12. *decret. fol.*167. Et in una *Urgellen. Statuti*, cum ageretur de ſtatuto a capitulo facto, ut ex viginti canonicis ſex per *turnum* abeſſe poſſent, propoſito dubio *an ſit confirmandum ſtatutum*, reſcripſit die 8. Martii 1760. *negative*, *& amplius*.

Quemadmodum neque ullam de quibuſcunque conſuetudinibus rationem habendam cenſuit. In una *Vercellenſi*, cum propoſitum fuiſſet: *che avendo il Veſcovo di Vercelli cominciato a procedere in aſſenza contro alcuni canonici, che non han fatto la reſidenza degli nove meſi ſecondo la forma del Concilio di Trento ſeſs.*24. *cap.*12. *ſi fà dubbio, ſe ſotto quelle parole cujuslibet conſuetudinis, non ſi comprenda la conſuetudine immemorabile, che detti canonici hanno di non riſedere più di ſei meſi*, apertiſſimis verbis reſpondit: *comprehendi etiam conſuetudinem immemorabilem in eccleſiis cathedralibus, & collegiatis inſignibus lib.*2. *decret. fol.*96.

Videndus *Fagnanus*, qui de hoc Sacræ Congregationis tenaci more teſtatur ad *cap. cum omnes num.* 35., & ſpeciatim refert, *quod cum canonici cathedralis eccleſiæ Æſinæ ab immemorabili tempore conſuevisſent quatuor menſes quotannis ab eccleſia abeſſe, & eo tempore quotidianas diſtributiones percipere, eaque conſuetudo ab omnibus tolerata fuiſſet, & præſertim a ſan. mem. Paulo V., qui in minoribus eidem eccleſiæ præfuit; & ſupplicaſſent propterea, ut ſibi liceret pergere in eadem conſuetudine, Sac. Congregatio cenſuit non concedendum, ſed de cætero abſentiæ tempus tres menſes ad ſummum excedere non debere, & abſentes eo tempore percipere poſſe fructus præbendæ dumtaxat, amiſſis diſtributionibus quotidianis.*

Non autem, his ita ſe habentibus, prætermittendum hic loci eſt, Sacram Congregationem ipſam ex undique urgentibus cauſis, nempe ex tenuitate præbendarum, & diſtributionum, nimia rigiditate aeris, & intemperie, pleniſſimo canonicorum numero, gravi plurium ætate, & mala valetudine, neceſſitate ſcilicet ſuadente, & cogente, ſervitium per *tertiarias*, vel ut alternis choro adeſſent, admiſiſſe, ut in *Auximana* 12. *Julii* 1631. *lib* 14. *decret. pag.*467. In *Montis Regalis* 28. *Novembris* 1649. *lib.* 19. *decret. peg.*10. In *Farfen. die* 13. *Novembris* 1655. *lib.*19. *decret. pag.*582. In *Arianen.* 12. *Decembris* 1696. *lib.* 49. *decret. pag.*447. In *Ca acen. ſervitii chori* 5. *Septembris* 1699. *lib.*49. *decret. pag.*312. In *Iſernien.* 26. *Junii* 1723. In *S. Severinæ* 13. *Julii* 1725. Et in *Tranen.* 22. *Novembrir* 1738.

Licet ſemper juſtiſſimam certe, & convenientem, ſed non levem, quæ compenſaret, conditionem adjecerit, nempe conſuetas clauſulas: *ita tamen ut capitulares omnes, tempore adventus, & quadrageſimæ, omnibus diebus feſtis, & ſolemnioribus Nativitatis, & Reſurrectionis D.N. Jeſu Chriſti, Pentecoſtes, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & per totam octavam ejuſ-*

dem

dem, ac aliis temporibus Ordinario bene viſis intereſſe, & jugiter ſervire teneantur, ut plene vldere eſt in *in Tarraconenſi 23. Martii proxime elapſi.*

Quod ita perpetuo immotum voluit, ut in eadem *Tarraconenſi die 25. Martii* hujus anni *propoſito dubio, an moderandæ ſint clauſulæ appoſitæ in reſcripto, ſeu potius augendus ſit numerus capitularium, qui abeſſe poſſint*, reſcripſit: *Negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam pro ſex capitularibus tantum.*

Non abs re fortaſſe erat fere univerſam de his vacationibus rerum ante geſtarum ſeriem expoſuiſſe, ut inde pateat, quæ fuerit Sacræ Congregationis mens, quæ firmitas dum pro lege, ac diſciplina cavit, ne corrumperentur; dum moderandum rigorem duxit, quo temperamento uſa eſt; quas conditiones in petendo reſpexit, quas adjecit in concedendo. Atque inde ſit manifeſtum hanc omnem inveſtigationem ad ſpectandas rerum circumſtantias pertinere; ut ad augendam, intra tamen tres menſes, vacationem, ex cauſis cognitis, aliquando ſit locus benignitati; ad prorogandam vero ultra tres menſes, ideoque ad derogandum de aperta lege Concilii compellat neceſſitas. Quæ nunc proponuntur, eas EE. PP. accurate perpendent, ut ſua, qua late eminent, rerum eccleſiaſticarum peritia, juriſque ſacri univerſi doctrina, opportune, ſapienterque, perinde atque hactenus conſueverunt, reſpondeant

An indultum vacandi per quatuor menſes ſit concedendum, in caſu &c.

FINIS.

IN

INDEX
RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Cauſis in Sac. Congregatione Concilii propoſitis anno 1765.

A

Abbatiſſæ electioni etiàm abſque Capituli adjunctis recte aſſiſtere poteſt Decanus Capituli, qui ſuper Monaſterio delegatam habet juriſdictionem *in ſolidum Leodien. Viſitationis* 28. *Septemb. ad II. Dub. pag.* 154.

Abeſſendi indultum conceſſum eſt Canonico infirmo extra Civitatem degenti, cum perceptione omnium diſtributionum tam canonicalium, quam manualium. *Segobien. Jurium Canonicalium. 9. Febr. pag.* 20.

Etſi contrarium eſſet ſtatutum Eccleſiæ, *ibid.*

Abeſſendi indultum præſervans dies feſtos non excuſat a reſidentia illis feſtis, in quibus onus tantum eſt audiendi miſſam, licet opera ſervilia permiſſa ſint, *Terraconen.* 23. *Martii pag.* 42. *ad II. Dub.*

Abeſſendi indultum fuit conceſſum Præbendariis Eccleſiæ Parochialis Villæ de Rheus Tarraconen. Diœceſis pro ſex capitularibus per turnum, *Tarraconen.* 23. *Martii pag.* 42.

Abeſſendi indultis, quæ ſolent adjici clauſulæ, non eſſe moderandas reſcripſit S. Congregatio in *Tarraconen.* 23. *Martii p.* 42.

Abſens reputari non debet Canonicus aſſumptus ab Epiſcopo in ſui ſervitium, *Leodien.* 28. *Septembris pag.* 153.

Sed lucratur omnes fructus Præbendæ, & fruitur jure turni, *ibid.*

Etiamſi ſit Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ paſſivæ exemptæ ab Epiſcopi juriſdictione, *ibid.*

Abſens a reſidentia cum cauſa infirmitatis abeſſe contenderet, reſcriptum fuit *dilata, & conficiatur proceſſus Bononien.* 18. *Maji pag.* 75.

Ademptum cenſetur in codicillis legatum relictum in Teſtamento, ſi in codicillis parvum legatum legatario ſit relictum, & reliqua bona hæreditati fuerint incorporata, *Fulginaten.* 27. *Aprilis pag.* 60. *ad I. Dub.*

Ætas 55. annorum in viro non ſufficit ut uxor profeſſionem emittere valeat, relicto viro in ſeculum cum voto ſimplici continentiæ, *Barcinonen.* 23. *Octobris pag.* 161.

Adminiſtrationis cautio præſtanda non eſt a depoſitario honorario ſodalitii, *Ceſenaten. 9. Febr. pag.* 20. *ad X. Dub.*

Adminiſtrator, cujus redditio rationis pluries fuit ſolemniter approbata, non eſt amplius moleſtandus, *Vaden. redditionis rationis* 28. *Septembris pag.* 153.

Adminiſtrator ſodalitii poteſt ſimul adminiſtrare bona hoſpitalis annexi ſodalitio, *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad V. Dub.*

Non eſt tamen approbandus ab Epiſcopo, *ibid. ad VI. Dub.*

Sed tenetur præſtare cautionem de bene & fideliter adminiſtrando, *ibid.*

Altaria exiſtentia in Cathedrali Eccleſia, quæ impediunt Epiſcopales functiones poſſunt ab Epiſcopo ſupprimi, *Leopolien. 9. Febr. pag.* 21. *ad III. Dub.*

Antianitatis ordine non tenetur Parochus invitare Sacerdotes Parochianos in Eccleſiaſticis functionibus, *Ceſenaten. 9. Februarii pag.* 19. *ad II. Dub.*

Immo nec tenetur invitare Sacerdotes Parochianos prælative ad exteros, *ibid.*

Limita ſi contrarium cautum ſit Sinodali lege, *ibid.*

Applicari debent omnes miſſæ, quoties Teſtator celebrationem ſingulis diebus voluit, *Regien.* 3. *Aug. pag.* 125.

Etiamſi Fundator certos dies applicationis pro ſua anima, & ſuorum voluerit, & in reliquis ſolam celebrationem præſcripſerit, *ibid.*

Intellige quando Cappellania erecta eſt ex fructibus alterius Beneficii, *ibid.*

Quiâ applicatis miſſis præſcriptis pro anima Fundatoris, reliquæ ſunt applicandæ pro benefactoribus, *ibid.*

Applicatio Altaris ſuffragii, ejuſque bonorum erecti in Eccleſia S. Antonii Loci Pinnæ denegata fuit favore ſodalitii Mortis, & Orationis ejuſdem Oppidi, *Firmana* 2. *Martii pag.* 32.

Etiamſi ſodalitium Mortis tenues haberet reditus, & propriam Eccleſiam, *ibid.*

Applicatio fructuum duorum annorum cujuſlibet Canonicatus vacantis, & præbendæ favore Fabricæ Eccleſiæ, fuit etiam pro tertia vice ad aliud decennium prorogata

Leodien. prorogationis indulti 9. Februarii pag. 20.

Approbandam eſſe concordiam, qua diſmembratio ſub certis conditionibus conventa fuerat reſcripſit S. Congr. in *Novarien.* 14. *Decembris pag.* 188.

Approbandus non eſt ab Epiſcopo admniſtrator ſodalitatis Laicalis, *Senogallien.* 13. *Julii pagt* 109. *ad VI. Dub.*

Arbitrium Epiſcopo conceſſum diſponendi de exuberantibus redditibus Ven. Seminarii in beneviſos uſus pios fuit derogatum in *Vaden. Supellectilium* 28. *Septembris pag.* 153.

Et præſcriptum, quod omnes applicentur favore Seminarii, facto verbo cum Sanctiſſimo, *ibid.*

Argenta, jocalia, & pecuniæ repertæ in domo Teſtatoris, vel depoſitæ veniunt ſub legato *del denaro, argenti, gioje*; *Fulginaten.* 27. *Aprilis pag.* 66. *ad II. Dub.*

Augumentum diſtributionum cum peteretur a Capellanis habentibus onus reſidentiæ, reſcriptum fuit *dilata, & firmetur ſtatus Bononien.* 13. *Julii pag.* 110.

B

Baptiſmum non eſſe ſub conditione conferendum illi, qui inter Chriſtianos natus, educatuſque eſt, reſcripſit S. Congregatio in *Nullius Nonantulæ* 2. *Martii pag.* 33.

Etiamſi nulla haberentur monumenta collationis Baptiſmi, & ageretur de parentibus vagis, *ibid.*

Benedictina conſtitutio omnino ſervanda eſt in facienda taxa Seminarii, alias nova præſcribitur taxa ad ejus formam, *Tranen. taxæ Seminarii* 3. *Martii pag.* 42.

Beneficia incorporative unita Monaſterio Convictricium Sac Familiæ Civitatis Setinæ non tenentur ad ſolutionem Cathedratici, *Setina* 18. *Maji pag.* 75. *ad I. Dub.*

Nec ad ſolutionem taxæ Seminario, *ibid. ad II. Dub*

Beneficii titulo ordinatus ab Epiſcopo Beneficii, ſi Beneficium dimittit, tenetur ulteriores ordines ab Epiſcopo domicilii ſuſcipere *Amalphitana Ordinationis* 3. *Aug. pag.* 126.

Beneficiorum erigendorum quantitas, ut recte ſtatueretur, reſcriptum fuit *dilata, & firmetur ſtatus coram Ordinario citatis intereſſe habentibus, Fulginaten.* 27. *April. pag.* 60. *ad III. Dub.*

Bona deſtinata pro Capellaniis erigendis fuerunt aſſignata proximiori Teſtatoris titulo Capellaniæ, cum onere unius miſſæ quotidianæ, quia plurimas fecerat expenſas litis pro dictis bonis vindicandis, *Panormitana* 27. *April. pag.* 59.

Emilia tamen renunciatione in forma juris valida favore hereditatis omnium jurium pro expenſis factis, *ibid.*

Et aſſumpto onere ſolvendi omnes, & quaſcumque alias faciendas litium expenſas, *ibid.*

Cum onere poſt ejuſdem obitum Capellanias erigendi *ibid.*

Bona Parochialia colenda ſunt a Parocho ſuis ſumptibus *Spoletina congruæ* 23. *Novembris pag.* 169. *ad I. Dub.*

Sin vero Parochus colonos non invenerit, tunc communitas tenetur ad ſupplementum congruæ, quæ Parocho deficit *ibid. ad II. Dub.*

Bona Hoſpitalis annexi confraternitati non ſunt adminiſtranda per ſeparatum miniſtrum *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad V. Dub.*

Et adminiſtrator non eſt neceſſario approbandus ab Epiſcopo *ibid. ad VI. dub.*

Tenetur tamen cavere de bene, & fideliter adminiſtrando *ibid.*

C

Campanæ Eccleſiæ Parochialis pulſandæ non ſunt a Sacerdotibus pro celebratione miſſarum abſque Parochi licentia *Ceſenaten. 9. Febr. pag.* 19. *ad III. dub.*

Campanile Parochialis Eccleſiæ reaptandum eſt a Parocho *Caſenaten. 9. Febr. pag.* 19. *ad VI. dub.*

Candelæ diſtribuendæ ſunt in feſto Purificationis B. M. V. ſumptibus Parochi *Ceſenaten. 9. Febr. pag.* 19. *ad VII. dub.*

Et qu ad diſtributiones non factas reſcripſit S. Congr. ad mentem, & ad D. Secretarium cum SSmo *ibid. ad VIII. dub.*

Canonicatus jura, ac privilegia nec tolli nec imminui poſſunt per Capitula *Embriacen. jurium Canonicalium 9 Febr. pag.* 20. *ad I. dub.*

Unde quælibet ſtatuta, & ordinationes Capituli per quæ illius jura minuuntur, penitus nulla, & irrita ſunt *ibid.*

Et non obſtantibus dictis ſtatutis poteſt proviſus de Canonicatu gaudere jure turni, ac voce activa, & paſſiva, aliiſque prærogativis pro ut cæteri Canonici *ibid. ad II. dub.*

Canonicatus vacantis, & Præbendæ fructus fuerunt etiam pro tertia vice applicati favore fabricæ Eccleſiæ *Leodien. prorogationis indulti 9. Febr. pag.* 20.

Canonicus aſſumptus ab Epiſcopo in ſui ſervitium haberi debet pro præſente, & reſidente *Leodien.* 28 *Sept. pag.* 153.

Ita ut lucretur omnes fructus Præbendæ, & fruatur jure turni *ibid.*

Etiamſi ageretur de Canonico non Cathedralis, ſed collegiatæ Eccleſiæ *ibid.*

Et ageretur de Collegiata Eccleſia, quæ

quæ paſſive exempta eſſet ab Epiſcopi juriſdictione *ibid.*

Canonicus qui tenetur reſidere omnibus diebus feſtis, tenetur quoque in iis, quibus onus tantum eſt ſacrum audiendi, licet opera ſervilia permiſſa ſint *Tarraconen.* 23. *Martii pag.* 42. *ad* 10. *Dub.*

Canonicus infirmus licet extra Civitatem moretur, attamen percipit omnes diſtributiones tum Canonicales, tum manuales *Segobricen. jurium Canonicalium* 9. *Febr. pagin.* 20.

Etiamſi contrarium ſit ſtatutum Eccleſiæ *ibid.*

Exceptis tamen iis, de quibus contraria eſt Teſtatoris diſpoſitio *ibid.*

Canonicus Parochus occupatus in exercitio curæ animarum lucratur omnes diſtributiones quotidianas, licet a choro abſit *Embricen. jurium Canonicalium* 9. *Feb. pag.* 21 *ad IV. Dub.*

Canonicus penes quem reſidet cura actualis tenetur ad celebrationem miſſæ Parochialis *Embricen. jurium Canonicalium* 9. *Februar. pag.* 21. *ad III. Dub.*

Canonicus theologus cogi poteſt pro arbitrio Epiſcopi etiam per multas loco Sacræ Scripturæ legere caſus conſcientiæ, ſeu theologiam moralem *Pacen.* 28. *Sept. pag.* 154. *ad I. Dub.*

Intellige ſtante obſervantia legendi theologiam moralem loco Sacræ Scripturæ *ibid.*

Canonicus Magiſtralis tenetur per ſe ipſum concionari omnibus diebus præſcriptis in tabella ab Epiſcopo, & Capitulo præfigenda *Pacen.* 28. *Septemb. pag.* 154. *ad II. Dub.*

Capellania, quæ ſolemniter erecta eſt in eccleſiaſticam, pro eccleſiaſtica habenda eſt, etiamſi ſui natura mere laicalis fuerit *Æſina Capellaniæ* 18. *Maii pag.* 77. *ad I. Dub.*

Eademque Capellania non ſubiicitur oneris laicalibus, ſed tantumodo iis, quibus cætera beneficia eccleſiaſtica tenentur *ibid. ad II. Dub.*

Capellania, quæ a Teſtatore fuit volita mere laicalis, & non eccleſiaſtica, fuit judicata laicalis, etiamſi ordinarii auctoritate inde fuerit erecta *Viterbien. Capellaniæ* 23. *Novemb. pag.*

Et etiamſi plura concurrerent adminicula, & qualitates eccleſiaſticitatis *ibid.*

Capellaniam eccleſiaſticam non eſſe erigendam ex legato muſicæ reſcripſit S. Cong. in *Colonien.* 5. *Aug. pag.* 125.

Capellaniæ erigendæ fuerunt ſuſpenſæ, ut earumdem bona concederentur titulo capellaniæ proximiori Teſtatoris, qui plurimas fecerat expenſas litis pro dictis bonis vindicandis *Panormitana* 28. *Apr. pag.* 59.

Emiſſa tamen renunciatione in forma juris valida favore hæreditatis omnium jurium pro expenſis factis *ibid.*

Et aſſumpto onere ſolvendi omnes, & quaſcumque alias faciendas litium expenſas *ibid.*

Cum onere poſt ejuſdem obitum capellanias erigendi *ibid.*

Capellaniæ titulo ordinatus ab Epiſcopo loci capellaniæ, tenetur dimiſſa capellania ulteriores ordines ſuſcipere ab Epiſcopo domicilii *Amalphitana ordinationis* 3. *Aug. pag.* 126.

Capellaniæ reditus, quia fuerunt imminuti, reductio conceſſa eſt onerum miſſarum ad eleemoſinem manualem *Florentina* 8. *Junii pag.* 89. *ad II. Dub.*

Capellani tenentur aliquid ſolvere ſacriſtiæ eccleſiæ pro cera in miſſarum celebratione neceſſaria *Regien.* 3. *Aug. pag.* 125. *ad III. Dub.*

Etiamſi non conſtet, quod umquam pro hac cera, aliquid ſolutum, vel poſtulatum fuerit pro præterito *ibid.*

Capellani deputationem in eccleſia rurali factam ab Epiſcopo in viſitatione pro comodo agricolatum ſuſtineri reſcripſit S. Cong. in *Tuſculana* 8. *Junii pag.* 89. *ad I. Dub.*

Quoad vero ſalarium eidem præſtandum reſcriptum fuit dilata & firmetur ſtatus redituum Parochialium ſervatis ſerv. *cor. ordinario ibid. ad II. Dub.*

Capellas ſupprimere Epiſcopo permiſſum eſt *Leopolien* 9. *Febr. pag.* 21. *ad I. Dub.*

Et tranſferre imagines ibi exiſtentes ad altare alicujus eccleſiæ ſibi beneviſum *ibid. ad II. Dub.*

Capitulum non poteſt minuere jura & privilegia Canonicatuum *Embricen juriumCanonicalium* 9. *Febr. pag.* 21.

Unde non poteſt ſtatuere ut provi ſus de certo canonicatu non habeat jus turni, ac vocem activam, ac paſſivam, ac alias prærogativas, prout cæteri canonici *ibid. ad II. Dub.*

Caſus conſcientiæ explicandi ſunt a canonico theologo arbitrio Epiſcopi loco S. Scriptur. *Pacen.* 28. *Sept. pag.* 154. *ad I. Dub.*

Et etiam per multas ad id per Epiſcopum cogi poteſt *ibid.*

Intellige ſtante obſervantia legendi theologiam moralem loco Sacræ Scripturæ *ibid.*

Cathedraticum non eſt ſolvendum a convictricibus, ſeu oblatis Sac. Familiæ civitatis Setinæ pro beneficiis ſuo monaſterio unitis *Setina* 18. *Maii pag.* 75. *ad* 1. *Dub.*

Cautio de bene, & fideliter adminiſtrando præſtanda eſt per adminiſtratorem ſodalitii *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad VI. Dub.*

Cautio de fideliter adminiſtrando præſtanda non eſt a depoſitario honorario ſodalitii

Cesenaten 9. Februarii pagin. 20. ad X. Dub.

Celebratio missæ Parochialis habenda est a Canonico, penes quem residet cura actualis *Embricen. 3. Junii Canonicalium 9. Febr. pag. 21. ad III. Dub.*

Celebratio missæ a Sacerdotibus habenda non est absque Parochi licentia in ecclesia Parochiali *Cesenaten. 9. Febr. pag. 19. ad III. Dub.*

Celebratione volita singulis diebus, quoque censetur quotidiana sacrorum applicatio *Regien 3. Aug. pag. 125.*

Etiamsi Fundator applicationem certis diebus, & in reliquis tantum celebrationem præscripserit *ibid.*

Censuras non incurrit qui justa, ac probabili ductus ratione Episcopo non paruit *Salutiarum irregularitatis 13. Julii pag. 110.*

Civitatis nomine comprehenditur etiam Territorium, unde natus in Territorio civitatis fruitur vocatione facta favore oriundi in civitate *Eugubina 18. Maii pag. 76.*

Ad cautelam tamen rescriptum fuit pro sanatione nominationis favore oriundi ex territorio *ibid. ad II. Dub.*

Clausulas adiici solitas in indultis ab essendi non esse moderandas rescripsit S. Congr. in *Tarraconen. 13. Martii pag. 42.*

Sed potius augendum esse numerum Capitularium ab ellentium *ibid.*

Clericus ordinatus titulo Beneficii ab Episcopo Beneficii, tenetur dimisso Beneficio ulteriores ordines suscipere ab Episcopo domicilii *Amalphitana ordinationis 3. Augusti pag. 126.*

Codicillis censetur ademptum legatum antea in Testamento relictum, si in codicillis parvum legatum legatario est relictum, & reliqua bona fuerunt hereditati incorporata *Fulginaten. 27. April. pag. 60. ad I. Dub.*

Communitas non tenetur colere bona Parochialia *Spoletina congruæ 23. Nov. pag. 169. ad I. Dub.*

Sed a Parocho colenda sunt suis sumptibus *ibid.*

Communitatis querelæ contra extraneum præelectum ab Episcopo in concursu Parochialis, ad exclusionem terrigenæ eque in concursu approbati, rejectæ sunt in *Aquinaten Parochialis 19. Jan. pag. 1., & 18. Maii pag. 76.*

Communitatis contradictio, ne in concursu prælectus, & Parochiali provisus, ejusdem possessionem caperet, rejecta fuit in *Aquinaten. Parochialis 2. Martii pag. 32.*

Etiamsi Episcopus variando inde sententiam, favore exoptati a communitate votum suum aperiret *ibid.*

Comutatio legati musicæ in capellaniam ecclesiasticam fuit denegata *Colonien. 3. Augusti pag. 125.*

Comutatio eleemosinæ faciendæ pauperibus favore sacrarii ecclesiæ Cathedralis fuit denegata in *Perusina reductionis 27. Apr. pag. 59. ad 1. Dub.*

Conciones habendas esse a Canonico Magistrali omnibus diebus prescriptis in tabella ab Episcopo, & Capitulo prefigenda rescripsit Sac. Congr. in *Pacen. 28. Sept. pag. 154. ad II. Dub.*

Concordiam initam cum legittimo Procuratore servandam esse rescripsit S. Congr. in *Novarien 14. Dec. pag. 173.*

Concursu approbatum, & ab Episcopo præelectum, ad possessionem Parochialis admittendum esse spretis injustis communitatis querelis rescripsit Sacra Congregatio in *Aquinaten Parochialis 19. Jan. pag. 1., & 18. Maii pag. 76.*

Conditio incompatibilitatis cum aliis beneficiis a Testatore volita fuit deleta causa diminutionis redditum *Florentina 8. Junii pag. 89. ad I. Dub.*

Conditiones adjectæ in limine fundationis monasterii omnino sunt servandæ *Setina 18. Maii pag. 75. ad III. IV. & V. Dub.*

Et numquam censentur derogatæ per ampliſſimas clausulas, & exemptiones *ibid.*

Confraternitas ad quam hospitale spectat, impedire potest ne invitus Sacerdos præponatur *Senogallien. 13. Julii pag. 109. ad IV. Dub.*

Arbitrio tamen Episcopi relinquitur bene visum sibi Sacerdotem eligere *ibid.*

Confratornitas potest per suum ministrum administrare bona hospitalis sibi adnexi *Senogallien. 13. Julii pag. 109. ad VI. Dub.*

Confraternitas, quæ est heres simplex hospitalis, non potest facere inventarium bonorum ad hospitale spectantium, nisi absque prejudicio qualitatis hereditariæ prout de jure *Senogallien. 13. Julii pag. 109. ad VII. Dub.*

Confraternitatis translatio ad aliam ecclesiam cum applicatione unius altaris, ejusque bonis denegata fuit in *Firmana 2. Martii pag. 32.*

Etiamsi confraternitas tenues haberet redditus, & propriam ecclesiam colabescentem *ibid.*

Et altare esset liberum, ac Ordinarius assensum prestitisset *ibid.*

Confraternitates non possunt exigere cautionem de fideliter administrando a depositario honorario *Cæsenaten. 9. Febr. pag. 20. ad X. Dub.*

Confraternitates tenentur solvere taxam funeralem juxta solitum *Civitatis Castellanæ 3. Aug. pag. 126.*

Confraternitates teneri juxta solitum eligere priores, & depositarium rescripsit S. Congregat. in *Cæsenaten. 9. Febr. pag. 19. ad IX. Dub.*

Con-

Confraternitatis Laicalis adminiſtrator non eſt approbandus ab Epiſcopo *Senogallien. 13. Junii pag. 109. ad VI. Dub.*

Tenetur tamen preſtare cautionem de bene, & fideliter adminiſtrando *ibid.*

Confratres adſcribendi ſunt in albo ſodalium ad formam Synodalium conſtitutionum *Senogallien. 13. Junii pag. 109. ad VIII. Dub.*

Confratrum congregationes habendas eſſe in loco convento in tranſactione reſcripſit Sac. Congr. in *Senogallien. 13. Julii pag. 109. ad IX. Dub.*

Congregationes ſodalium habendas eſſe in loco convento in tranſactione cenſuit S. Congreg. in *Senogallien. 13. Julii pag. 109. ad IX. Dub.*

Conjugi denegata fuit facultas religionem ingrediendi, altero in ſeculo manente, quia non ſatis conſtitit matrimonium eſſe tantum ratum *Camerinen., ſeu Fabrianen. 28. Sept. pag. 154.*

Conſortialis reſidentiam negligens & ſub prætextu infirmitatis diſtributiones petens, reſcriptum fuit *dilata, & conficiatur proceſſus ſuper infirmitate Bononien 18. Maii pag. 75.*

Conſtitutio Benedictina omnino ſervanda in facienda taxa Seminarii *Tranen. taxæ ſeminarii 23. Martii pag. 42.*

Conſtitutiones Synodales ſervandæ ſunt quoad adſcriptionem confratrum in albo ſodalitii *Senogallien. 13. Julii pag. 109. ad VIII. Duo.*

Conſuetudo quæ refertur ad actum mere precarium, licet antiquiſſima non attenditur *Barchinonen. 3. Aug. pag. 126.*

Conſuetudinem, ſolvendi taxam funeralem a ſodalitiis ſervandam eſſe reſcripſit in *Civitatis Caſtellanæ 3. Aug. pag. 126.*

Etiamſi in diverſa quantitate ſolvatur, & prejudicium obveniat eccleſiæ Parochiali, & uni ex ſodalitiis *ibid.*

Continentiæ votum diſpenſandum non eſſe cauſa metus non ſatis probati reſcripſit S. Congr. in *Oſnabrugen diſpenſationis 19. Janu. pag. 1.*

Contractu debita eleemoſina non eſt alteranda, nec comutanda *Peruſina reductionis 25. Ap. pag 59.*

Idem dic de ſalario Ludimagiſtri ex contractu debito *ibid. ad II. Dub.*

Contradictio, & averſio Comunitatis rejecta fuit ad effectum impediendi, ne preelectus in concurſu obtineret Parochialem *Aquinaten. Parochialis 19. Janu. pag. 1. & 18. Maii pag. 76.*

Convictrices, ſeu oblatæ S. Familiæ Civitatis Setinæ non tenentur ſolvere cathedraticum pro beneficiis ſuo Monaſterio unitis *Setina 18. Maii pag. 75. ad I. Dub.*

Nec ad contributionem taxæ ſeminarii *ibid. ad II. Dub.*

—— Tenentur tamen ad formam tranſactionis anni 1718. recipere Sacramenta a Parocho, eidem quartam Canonicam, & decimas, ac alias annuales contributiones perſolvere *ibid. ad III. IV. & V. Dub.*

Cultura bonorum Parochialium ad Parochum non vero ad comunitatem ſpectat *Spoletina congruæ 23. Nov. pag. 166. ad 1. Dub.*

Sin vero Parochus colonos non invenerit, tunc comunitas tenetur ad ſupplementum congruæ quæ defecit Parocho *ibid. ad II. Dub.*

D

Decanus qui habet jurisdictionem ſuper hoſpitale in ſolidum, non tenetur cum adjunctis Capituli viſitare *Leodien. viſitationis 28. Sept. pag. 154.*

Sed poteſt aſſumere canonicos ſibi beneviſos *ibid.*

Item duobus Canonicis ſibi beneviſis poteſt aſſiſtere electioni ſuperioriſſæ *ibid.*

Decimæ repeti non poſſunt a Parocho domicilii, qui per octennium permiſit, ut Parochianus eaſdem perſolveret eccleſiæ Parochiali nativæ *Piſauren. 8. Junii pag. 89. ad I. Dub.*

Etiamſi clara eſſet ſinodalis lex, quod decimæ eſſent ſolvendæ Parocho domicilii *ibid.*

Decimas exigendas eſſe juxta menſuram preſcriptam a lege ſinodali reſcripſit Sacra Congregatio in *Cæſenaten 9. Febr. pag. 19. ad IV. Dub.*

Et quoad exceſſive perceptum reſcriptum fuit *dilata.*

Decretum S. Viſitationis pro deputatione Sacerdotis, ſeu Capellani in eccleſia rurali pro comodo agricolarum ſubſtineri, reſcripſit Sac. Congr. in *Tuſculana 8. Junii p. 89. ad I. Dub.*

Quoad vero ſalarium eidem preſtandum reſcriptum fuit dilata, & firmetur ſtatus redditum Parochialium fer. ſer. cor. Ordinario *ibid. ad II. Dub.*

Deliberatio bonorum deſtinatorum ad uſum pium permiſſa eſt arbitrio Epiſcopi poſt affixa edicta, favore majorum oblatorum *Auximana venditionis bonorum 2. Martii pag. 31.*

Demonſtrativum ſi eſt legatum, non eſt locus reductioni *Mediolanen 14. Dec. pag. 88.*

Depoſitarius honorarius ſodalitii non tenetur preſtare cautionem *Ceſenaten. 9. Feb. pag. 20 ad X. Dub.*

Depoſitarii ſodalitiorum electionem eſſe faciendam juxta ſolitum reſcripſit Sac. Congregat. in *Caſenaſen. 9. Febr. pag. 19. ad IX. Dub.*

Deputatio ſuperintendentis Hoſpitali facienda eſt ab Epiſcopo *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad IV. Dub.*

Etiamſi hoſpitale ad ſodalitium ſpectet *ibid.*

Deputationem Sacerdotis, ſeu Capellani in eccleſia rurali ab Epiſcopo in viſitatione facta pro comodo agricolatum ſuſtineri reſcripſit Sac. Cong. in *Tuſculana* 8. *Junii p.* 89. *ad I. Dub.*

Diœceſi Cefenaten permiſſum eſt Parocho exigere julium unum ſupra eleemoſinam aliorum ſacerdotum pro ſeptimis celebrandis in propria eccleſia *Ceſenaten.* 9. *Feb. pag.* 19. *ad I. Dub.*

Non vero in aliis officiis, & feſtivitatibus *ibid.*

Nec in aliis eccleſiis, & oratoriis poſitis intra limites ſuæ Pareciæ *ibid.*

Diſmembrationem eccleſiæ Parochialis juſtis concurrentibus cauſis permittendam eſſe cenſuit S. Cong. in *Novarien.* 14. *Decembr. pag.* 173. *ad II. Dub.*

Diſmembratio conventa per concordiam initam cum legittimo Procuratore ſervanda eſt *Novarien* 14. *Decembr. pag.* 173. *ad I. Dub.*

Diſpenſandum non eſſe Subdiaconum a voto continentiæ ob non ſatis probatum metum reſcripſit Sac. Cong. in *Oſnabrugen. diſpenſationis* 19. *Jan. pag.* 1.

Diſpenſandum eſſe ab irregularitate ad cautelam, qui juſta credulitate Epiſcopo non patuit, & bona fide præmature fuerat promotus ad Sac. Ordines reſcripſit Sac. Congr. in *Salutiarum irregularitatis* 13. *Julii pag.* 110.

Diſpenſatio irregularitatis contractæ ex homicidio rixa patrato etiam poſt lapſum 12. annorum fuit denegata in *Brixien. irregularitatis* 19. *Jan. pag.* 1.

Diſtributio candelarum feſto Purificationis B. M. V. facienda eſt ſumptibus Parochi *Ceſenaten.* 9. *Febr. pag.* 19. *ad VII. Dub.*

Diſtributionem eleemoſinæ faciendam in vim contractus non eſſe alterandam, nec commutandam reſcripſit S. Congr. in *Perufina reductionis* 27. *Apr. pag.* 59.

Diſtributiones quotidianæ debentur Canonico Parocho, qui eſt occupatus in exercitio curæ animarum *Embricen. jurium Canonicalium* 9. *Feb. pag.* 21. *ad IV. Dub.*

Diſtributiones in obulis 7., cum augeri peterentur ad obulos 10. a Capellanis habentibus onus reſidentiæ & ſacrorum celebrandorum, reſcriptum fuit *dilata, & firmetur ſtatus Bononien.* 13. *Julii pag.* 110.

Diſtributiones omnes tum canonicales, tum manuales debentur canonico infirmo licet extra civitatem moranti *Segobricen jurium Canonicalium* 9. *Feb. pag.* 20.

Etiamſi contrarium ſit ſtatutum eccleſiæ *ibid.*

Limita quoad diſtributiones de quibus expreſſe a Teſtatoribus aliter diſpoſitum ſit *ibid. D.*

Domicilia duo habens, ſepelliendus eſt in ea parochia, qua per majorem anni partem moratur *Piſauren.* 8. *Junii pag.* 89. *ad II. Dub.*

Donator ſi voluit opus pium eſſe perpetuum, & inde facultatem ſibi, ſuiſque hæredibus de eodem diſponendi reſervaverit, non cenſetur ſibi reſervaſſe facultatem idem opus revocandi *Colonien.* 3. *Aug. pag.* 125.

E

Eccleſia Cathedrali poteſt epiſcopus demolire ea altaria, quæ impediunt Epiſcopi functiones *Leopolien.* 9. *Febr. pag.* 21. *ad III. Dub.*

Et obligationes, & fundationes in demolitis altaribus erectæ ad alia altaria ſuo arbitrio transferre *ibid. ad IV. Dub.*

Limita ſi agatur de fundationibus juriſpatronatus, quæ nonniſi de conſenſu Patronorum transferri debent *ibid.*

Et ſuo arbitrio moderari ſcamna, removere arcas, ſcrinia, & aſſervatoria *Leopoliens* 9. *Febr. pag.* 21. *ad VI. Dub.*

Eccleſiæ ſtatuta, quod canonicus infirmus extra civitatem degens non lucretur diſtributiones quotidianas non attenduntur *Segobricen. jurium canonicalium* 9. *Februarii pag.* 20.

Eccleſia Parochiali proviſus admittendus eſt ad ejuſdem poſſeſſionem, etiamſi Populus aperte contradicat *Aquinaten. Parochialis* 2. *Martii pag.* 32.

Eccleſiæ Parochialis diſmembratio juſtis concurrentibus cauſis permiſſa fuit in *Novarien.* 14. *Dec. pag.* 173.

Eccleſiæ Parochiales cum eſſent unitæ ab Epiſcopo monaſterio, prepoſito dubio *an ſit conſulendum Sanctiſſimo pro earumdem unione* reſcriptum fuit *dilata. Gneſnen. unionis* 27. *Apr. pag.* 59.

Eccleſiæ Parochiali domicilii debentur integra emolumenta funeralia, etiamſi defunctus in eadem numquam ſacramenta perceperit *Piſauren.* 8. *Junii pagin.* 89. *ad II. Dub.*

Eccleſiæ fabricæ fuerunt etiam pro tertia vice applicati ad decennium fructus cujuslibet canonicatus vacantis, & Præbendæ *Leodien prorogationis indulti* 9. *Febr. pag.* 20.

Eccleſiis ſupreſſis poteſt epiſcopus earumdem imagines transferre ad alias ſibi benevi-ſas *Leopolien* 9. *Februarii pag.* 21. *ad I. Dub.*

Et ſuo arbitrio ibidam altare erigere, quo collocentur *ibid. ad II. Dub.*

Eccleſiæ rurali deputandus eſt Sacerdos, ſeu Capellanus, qui Parochos coadjuvet in exercitio curæ animarum, ſi Parochus per ſe preſto eſſe non poteſt *Tuſculana* 8. *Junii pag.* 89. *ad I. Dub.*

Quoad vero ſalarium eidem præſtandum injunctum eſt ut firmetur ſtatus redituum Parochialium ſervatis ſervandis *ibid. ad II. Dub.*

Eccleſiaſtica capellania habenda eſt, quæ Ordinarii auctoritate in eccleſiaſticam erecta eſt, licet ſui natura eſſet mere laicalis *Æſina Capellaniæ* 18. *Maii pag.* 77. *ad I. Dub.*

Eademque ſubditur non oneribus laicalibus, ſed tantumodo iis, quibus cætera beneficia Eccleſiaſtica ſubiiciuntur *ibid. ad II Dub.*

Edictis licitationis affixis, permiſſa eſt deliberatio bonorum ad uſum pium deſtinatorum favore majorum oblatorum *Auximana venditionis bonorum* 2. *Martii pag.* 31.

Electiones Priorum, & depoſitarii Sodalitiorum eſſe faciendam juxta ſolitum reſcripſit S. Congregatio in *Ceſenaten* 9. *Feb. pag.* 19. *ad IX. Dub.*

Electioni Superioriſſæ monaſterii recte aſſiſtere potuiſſe Decanum ſine adjunctis Capituli, cui delegata eſt juriſdictio in ſolidum reſcripſit Sacra Congregatio in *Leodien viſitationis* 28. *Sept. pag.* 154. *ad II. Dub.*

Eleemoſina major exigi nequit a Parocho in feſtivitatibus, & officiis, quam quæ exigitur a cæteris Sacerdotibus *Ceſenaten* 9. *Febr. pag.* 19. *ad I. Dub.*

Idque tum in propria eccleſia, tum in alia intra limites Parochiæ ſitis *ibid.*

Limita quando contrarium diſponit Sinodalis lex *ibid.*

Eleemoſinam diſtribuendam in vim contractus, non eſſe alterandam, nec comutandam reſcripſit S. Cong. in *Perufina reductionis* 27. *Apr. pag.* 59.

Eleemoſinarum a Populo ſubminiſtratarum non tenetur Parochus notulam juratam tradere, tum pro earumdem perceptione, tum erogatione *Cæſenaten* 9. *Feb. pag.* 20. *ad XI. Dub.*

Emolumenta Funeralia debentur Parocho domicilii, etiamſi ab hoc Parochianus numquam ſacramenta perceperit *Piſauren* 8. *Junii pag.* 89. *ad I. Dub.*

Epiſcopus poteſt aſſumere in ſui ſervitium Canonicum ſive Cathedralis, ſive Collegiatæ eccleſiæ *Leodien* 28. *Sept. pag.* 153.

Etiamſi retineret ſimul Canonicatum, & Scholaſteriam *ibid.*

Et agatur de eccleſia, quæ paſſive exempta ſit ab ordinarii juriſdictione *ibid.*

Idemque Canonicus aſſumptus ab epiſcopo in ſui ſervitium lucratur omnes fructus Præbendæ, & fruitur jure turni *ibid.*

Epiſcopus poteſt in eccleſia rurali deputare Sacerdotem, ſeu Capellanum qui Parochum coadiuvet in exercitio curæ animarum *Tuſculana* 8. *Jun. pag.* 89. *ad I. Dub.*

Quoad vero ſalarium eidem præſtandum injunctum eſt, ut firmetur ſtatus redituum. Parochialium ſervatis ſervandis *ibid. ad II. Dub.*

Epiſcopus poteſt ſupprimere altaria in cathedrali eccleſia erecta, quæ impediunt Epiſcopales functiones *Leopolien* 9. *Feb pag.* 21. *ad III. Dub.*

Et obligationes, & fundationes in demolitis altaribus erectæ, poſſunt ad alia altaria arbitrio Epiſcopi transferri *ibid. ad IV. Dub.*

Niſi agatur de obligationibus, & fundationibus juriſpatronatus, quæ ſine conſenſu Patronorum non debent transferri *ibid.*

Epiſcopus reiicere poteſt velut inidoneum præſentatum a Patrono Laico ad Parochialem eccleſiam *Aſculana Parochialis* 2. *Martii pag.* 32.

Epiſcopus cogere poteſt Canonicum Theologum ad legendos caſus conſcientiæ ſeu theologiam moralem loco S. Scripturæ *Pacen* 28. *Sept. pag.* 154. *ad I. Dub.*

Epiſcopi judicium circa præelectum in concurſu fuit rationabile declaratum, etiamſi comunitas loci Parochiæ aperte electioni contradiceret *Aquinaten Parochialis* 2. *Martii pag.* 32.

Immo etiamſi epiſcopus variando inde ſententiam, favore exoptati a communitate votum ſuum aperiret *ibid.*

Epiſcopi arbitrio præponendus eſt Sacerdos, qui præſit hoſpitali *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad IV. Dub.*

Etiamſi hoſpitale ſpectet ad confraternitatem, & erectum ſit in ædibus PP. S. Philippi Nerii *ibid.*

Nec tenetur Epiſcopus neceſſario præponere unum ex Patribus S. Philippi Nerii *ibid.*

Epiſcopo permiſſum eſt capellas ſupprimere & transferre imagines ibi exiſtentes ad unum ex altaribus cathedralis eccleſiæ *Leopolien.* 9. *Feb. pag.* 21. *ad I. Dub.*

Dato Epiſcopo arbitrio ſeligendi altare ad quod ſit facienda translatio *ibid. ad II. Dub.*

Epiſcopi arbitrio relictum eſt moderari ſcamna, removere arcas, ſcrinia, & aſſervatoria, quæ reperiuntur in eccleſia Cathedrali *Leopolien.* 9. *Feb. pag.* 21. *ad VI. Dub.*

Et obligationes, & fundationes in demolitis altaribus erectæ poſſunt ad alia altaria arbitrio Epiſcopi transferri *ibid. ad IV. Dub.*

Niſi agatur de obligationibus, & fun-

da-

dationibus juriſpatronatus, quæ ſine conſenſu Patronorum non debent transferri *ibid.*

Epiſcopi auctoritas efficit, ut capellania ſui natura laicalis, in eccleſiaſticam tranſeat *Æſina Capellaniæ* 17. *Maii pag.* 77.

Epiſcopus nequit erigere in eccleſiaſticam eam capellaniam, quam Teſtator mere laicalem voluit *Viterbien Capellaniæ* 23. *Novembris pag.* 161.

Etiamſi plura cnncurrant adminicula, & qualitates eccleſiaſticitatis *ibid.*

Epiſcopi approbatio non requiritur quoad adminiſtratorem confraternitatis laicalis *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad VI. Dub.*

Epiſcopo non parens juſta de cauſa cenſuras non incurrit *Salutiarum irregularitatis* 13. *Julii pag.* 110.

Epiſcopo invito clericum titulo Patrimonii ad ſactos ordines promovendum non eſſe cenſuit S. Congr. in *Amalphitana* 3. *Aug. pag.* 126.

Erectio Capellaniæ in eccleſiaſticam, quam Teſtator mere laicalem voluit fuit improbata *Viterbien. Capellaniæ* 23. *Novembris pag.* 161.

Etiamſi plura concurrerent adminicula, & qualitates eccleſiaſticitatis *ibid.*

Erectione duodecim beneficiorum, aut ſaltem decem volita, cum quæreretur in qua quantitate erigenda eſſent, reſcriptum fuit: *dilata & firmetur ſtatus coram ordinario citatis intereſſe habentibus Fulginaten* 27. *Apr. pag.* 60. *ad III. Dub.*

Erectione hoſpitalis volita, quo pauperes comorentur, recipiendi ſunt tum terrigeni, tum exteri, tum mulieres *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad III. Dub.*

Etiamſi Fundator unum tantum deſignaverit hoſpitalis cuſtodem *ibid.*

Ac retinendæ ſunt manſiones diſtinctæ pro terrigenis, exteris, & mulieribus *ibid.*

Exactio decimæ facienda eſt juxta menſuram præſcriptam a lege ſinodali *Cæſenaten. 9. Febr. pag.* 19. *ad IV. Dub.*

Exemplaribus inſtrumenti inter ſe diſcordantibus, reſcriptum fuit afferatur protocollum originale in *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad I. Dub.*, *& II.*

Exhibitio protocolli originalis demandata fuit, quia exemplaria inter ſe diſcordabant in *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad I. & II. Dub.*

Exhibitionem notulæ juratæ faciendam non eſſe a Parocho pro perceptione, & erogatione eleemoſinarum a populo ſubminiſtratarum reſcripſit S. Congr. in *Ceſenaten 9. Febr. pag.* 20. *ad XI. Dub.*

Expenſarum, & ſumptuum litis ſubminiſtratio cum peteretur reſcriptum fuit *dilata Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad X. Dub.*

Expenſis litium compenſandis conceſſa eſt ſuſpenſio erigendarum capellaniarum, ut earumdem bona aſſignarentur proximiori Teſtatoris, qui pro iis de bonis vindicandis expenſas tulerat *Panormitana* 27. *Apr. pag.* 59.

Emiſſa tamen renunciatione in forma juris valida favore hæreditatis omnium jurium pro expenſis factis *ibid.*

Et aſſumpto onere ſolvendi omnes, & quaſcumque alias faciendas litium expenſas *ibid.*

Cum onere poſt ejuſdem obitum capellanias erigendi *ibid.*

Exteri ſi recipiuntur in hoſpitali, retinendi ſunt in manſione diſtincta a terrigenis, & mulieribus *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad III. Dub.*

F

FAbrica eccleſiæ, ut perficeretur denegata fuit prorogatio indulti ſuſpenſionis miſſarum ad aliud decennium *Auximana* 8. *Junii pag.* 89.

Sed injunctum ut Epiſcopus quos de jure cogeret *ibid.*

Fabricæ eccleſiæ applicati fuerunt ad decennium etiam pro tertia vice fructus duorum annorum cujuslibet canonicatus vacantis & Præbendæ *Leodien prerogationis indulti 9. Febr. pag.* 20.

Facultatem revocandi opus pium Muſicæ eſſe mere perſonalem, & non ad hæredes in perpetuum tranſitoriam cenſuit S. Congreg. in *Colonien.* 3. *Aug. pag.* 125.

Feſtivitatibus, & aliis officiis nequit Parochus exigere majorem eleemoſinam, quam quæ exigitur a cæteris Sacerdotibus *Ceſenaten. 9. Febr. pag.* 19. *ad I. Dub.*

Idque intellige in quibuslibet eccleſiis, & oratoriis ſitis in propria Parochia *ibid.*

Limita ſi contra cautum ſit ſinodali lege, ut in Diæceſi Ceſenaten quoad ſeptimas in eccleſia Parochiali celebrandas *ibid.*

Feſto Purificationis B. M. V. tenetur proprio ære Parochus diſtribuere Populo candelas *Caſenaten 9. Febr. pag.* 19. *ad VII. Dub.*

Et quoad diſtributiones non factas reſcripſit S. Congr. *ad mentem, & ad Dominum Secretarium cum Sanctiſſimo ibid ad VIII. Dub.*

Feſtorum nomine, comprehenduntur etiam illi dies, in quibus onus eſt audiendi miſſam, licet opera ſervilia permiſſa ſint *Tarraconen* 23. *Martii pag.* 42. *ad II. Dub.*

Firmatio ſtatus reddituum Parochialium demandata eſt, ut inde ſtatueretur, an Parochus teneatur ad præſtandam congruam capellano in loco rurali pro neceſſitate Pa-

ro-

rochianorum deputato *Tuſculana* 8. *Junii pag.* 89. *ad I. Dub.*

Firmatio ſtatus coram Ordinario citatis intereſſe habentibus præſcripta eſt, antequam numerus Beneficiorum erigendorum ſtatueretur *Fulginaten* 27. *April. pag.* 60. *ad II. Dub.*

Firmatio ſtatus injuncta fuit ut dignoſceretur, an locus eſſe poſſet augumentc diſtributionum quotidianarum *Bononien.* 13. *Julii pag.* 110.

Fructus Præbendæ lucratur canonicus aſſumptus ab epiſcopo in ſui ſervitium *Leodien.* 28. *Sept. pag.* 153.

Etiamſi ageretur de Canonico collegiatæ eccleſiæ paſſive exemptæ *ibid.*

Fructus duorum annorum cujuslibet canonicatus vacantis, & Præbendæ fuerunt etiam pro tertia vice ad decennium applicati favore Fabricæ eccleſiæ *Leodien prorogationis indulti* 9. *Febr. pag.* 20.

Functionibus eccleſiaſticis non tenetur Parochus invitare ordine antianitatis Sacerdotes Parochianos *Cæſenat.* 9 *Febr. pag.* 19. *ad II. Dub.*

Immo nec cogitur eoſdem invitare prælative ad exteros Sacerdotes *ibid.*

Fundatione Monaſterii ſi quæ patta, & conditiones adjectæ ſunt, eædem numquam cenſentur derogatæ per ampliſſimas clauſulas, & exemptiones *Setina* 18. *Maii pag.* 75. *ad III. IV. & V. Dub.*

Funeralia emolumenta debentur Parocho domicilii, etiamſi Parochianus duas haberet Parochias alteram nativam, alteram domicilii *Piſauren* 8. *Junii pag.* 89. *ad I. Dub.*

Et etiamſi numquam ſacramenta perceperit in Parochia domicilii, ſed ſemper in altera nativa *ibid.*

Funeralis taxa ſolvenda eſt a confraternitatibus juxta ſolitum *Civitatis Caſtellanæ* 3. *Aug. pag.* 126.

Etiamſi in diverſa quantitate ſolvatur, & præjudicium obveniat eccleſiæ Parochiali, nec non uni ex ſodalitiis *ibid.*

G

GRatia aſſignationis medietatis redituum relictorum favore ſodalitii permiſſa eſt favore neptis Teſtatoris, ut nuberet, accedente ſodalitii conſenſu *Eſroſempronien* 23. *Marti. pag.* 42.

H

HÆres ſimplex admittendus non eſt ad confectionem inventarii, niſi abſque præjudicio qualitatis hæreditariæ prout de jure *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad VIII. Dub.*

Homicidium licet eſſet rixa patratum, attamen diſpenſatio irregularitatis etiam poſt lapſum 12. annorum fuit denegata *Brixien. irregularitatis* 19 *Jan. pag.* 1.

Hoſpitale exemptum p teſt viſitari a Decano Capituli etiam abſque adjunctis capituli, quando quoad loca exempta data eſt Decano juriſdictio in ſolidum *Leodien viſitationis* 28. *Sept. pag.* 154. *ad I. Dub.*

Hoſpitalis bona annexi ſodalitio adminiſtrari poſſunt per eumdem miniſtrum ſodalitii *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad V. Dub.*

Hoſpitali ſpectante ad confratres non eſt præponendus Præpoſitus oratorii S. Philippi Nerii *Senogallien* 13. *Julii pag.* 109. *ad IV. Dub.*

Etiamſi hoſpitale erectum ſit in ædibus PP. oratorii S. Philippi *ibid.*

Sed deputatio facienda eſt arbitrio Epiſcopi de conſenſu confraternitatis *ibid.*

Hoſpitali retinendas eſſe manſiones diſtinctas, & ſeparatas pro terrigenis, exteris, & mulieribus reſcripſit S. Congr. in *Senogalien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad III. Dub.*

Hoſpitali hærede inſtitnto, primum erogari debent in alimoniam pauperum antiqui hoſpitalis reditus, & in ſubſidium reditus hereditatis *Albinganen.* 28. *Sept. pag* 154.

Et ſuperextantes fructus hereditatis erogari debent juxta voluntatem Teſtatoris *ibid.*

I

IMagines transferri poſſunt ab Epiſcopo ab eccleſiis ſuppreſſis ad alias ſibi beneviſas *Leopolien.* 9. *Febr. pag.* 21. *ad I. Dub.*

Et ſuo arbitrio ibidem altare ſeligere, quo collocentur *ibid. ad II. Dub.*

Incompatibilitatis conditio adiecta a Teſtatore Beneficio, fuit deleta cauſa diminutionis redituum *Florentina* 8. *Junii pag.* 89. *ad I. Dub.*

Indultum applicandi favore Fabricæ eccleſiæ fructus duorum annorum cujuslibet Canonicatus vacantis, & præbendæ fuit pro tertia vice ad aliud decennium prorogatum *Leodien prerogationis indulti* 9. *Feb. pag.* 20.

Indultum ſuſpenſionis oneris miſſarum ad aliud decennium non fuit prorogatum in *Auximana* 8. *Jun. pag.* 89.

Indultum abeſſendi præſervans dies feſtos, non eximit a reſidentia illis feſtis, in quibus onus tantum eſt audiendi miſſam, licet operæ ſervilia permiſſa ſint *Tarraconen* 23. *Martii pag* 42. *ad II. Dub.*

Indultum abeſſendi conceſſum eſt Canonico infirmo extra civitatem degenti cum perceptione omnium diſtributionum tam canonicalium, quam manualium *Srgobricen jurium Canonicalium* 9 *Febr. pag.* 20.

etiamſi contrarium eſſet Statutum *Eccleſiæ ibi l.*

Indultum abeſſendi fuit conceſſum Prębendariis Eccleſiæ Parochialis Villæ de Reus Tarraconen. Diœceſis, pro ſex capitularibus per turnum *Tarraconen.* 23. *Martii pag.* 42.

Indultis abeſſendi, quæ ſolent adjici clauſulę, numquam ſunt moderandæ *Tarraconen.* 23. *Martii pag.* 42.

Infirmitatis cauſa ſe excuſans conſortialis a neglecta reſidentia reſcriptum fuit *dilata, & conficiatur proceſſus ſuper infirmitate Bononien.* 18. *Maii pag.* 75.

Inidoneus preſentatus a Patrono Laico ad Parochialem Eccleſiam recte poteſt ab Epiſcopo rejici *Aſculana Parochialis* 2. *Martii pag.* 32.

Inſtrumenti exemplaribus inter ſe diſcordantibus reſcriptum fuit *afferatur protocollum originale* in *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad I. & II. Dub.*

Inventarium faciendum eſt mobilium, & rerum ad hoſpitale ſpectantium a Confraternitate hęrede ſimplici Fundatoris abſque tamen prejudicio qualitatis hęreditariæ prout de jure *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad I. II. Dub.*

Invitari ordine antianitatis neceſſario non debent Sacerdotes Parochiani in functionibus Eccleſiaſticis *Cæſenaten.* 9. *Februarii pag.* 19 *ad II. Dub.*

Immo poteſt Parochus eoſdem etiam poſtponere Sacerdotibus exteris *ibid.*

Jocalia reperta in domo Teſtatoris, vel depoſita veniunt ſub legato *del denaro, argenti, e gioje, Fulginaten.* 27. *April. p.* 60. *ad II. Dub.*

Irregularitas cum controverſa eſſet reſcriptum fuit: *pro diſpenſatione ad cautelam Salutiarum irregularitatis* 13. *Julii pag.* 110.

Irregularitatis diſpenſatio ex homicidio contractæ etiam poſt lapſum duodecim annorum fuit denegata *Brixien. irregularitatis* 19. *Janu pag.* 1.

Judicium Epiſcopi in prceligendo extraneo ad excluſionem terrigenæ, etiamſi ambo ab examinatoribus fuerint æqualiter approbati confirmavit S. Cong. in *Aquinaten. Parochialis* 19. *Januar. pag.* 1. & 18. *Maii pag.* 76.

Etiamſi Communitas aperte contradiceret extraneo, et optaret ſuum concivem *ibid.*

Jura Canonicalia nequeunt imminui, aut tolli per ſtatuta, vel ordinationes Capitulare. *Embricen. jurium Canonicalium* 9. *Februar. pag.* 21. *ad I. Dub.*

Juriſdictio data Decano Capituli viſitandi loca exempta in ſolidum, efficit ut Decanus etiam abſque adjunctis Capituli poſſit loca exempta viſitare *Leodien. viſitationis* 28. *Septembris pag.* 154. *ad I. Dubium.*

L

Laicus licet uxoratus admiſſus fuit ad conſecutionem Prioratus mere laicalis *Forolivien.* 19. *Jan. pag.* 1.

Legatum in Teſtamento relictum, cenſetur in codicillis ademptum, ſi univerſa bona fuerint in his alteri relicta, parvo legato primo legatario relicto *Fulginaten.* 27. *April. pag.* 60. *ad I. Dub.*

Legatum dicitur demonſtrative relictum, quando in codicillis incipit ab onere, & inde ad emolumentum proſequitur *Mediolanen.* 14. *Decembris pag.* 169.

Vel quoties aliæ conjecturæ, & argumenta concurrunt, ex quibus demonſtrative fuiſſe quatitatem relictam evincitur *ibid.*

Idque procedit etiamſi idem Legatum fuerit taxative in Teſtamento relictum *ibid.*

Legatum *del denaro, argenti, e gioje* comprehendit omnia argenta, jocalia & pecunias repertas in Domo Teſtatoris de tempore obitus, vel depoſitas *Fulginaten.* 27. *April. pag.* 60. *ad II. Dub.*

Legatum relictum in Codicillis diverſum eſſe ab eo quod alteri perſonæ in Teſtamento fuerat relictum reſcripſit S. Cong. in *Mediolanen.* 14. *Decemb. pag.* 169.

Etiamſi eadem fuiſſet quantitas legata, idemque onus impoſitum *ibid.*

Licentia a Parocho petenda eſt tam pro celebratione Miſſarum, quam pro ſonitu campanarum *Cæſenaten.* 9. *Febr. pag.* 9. *ad III. Dub.*

Litis expenſarum, & ſumptuum ſubminiſtratio cum peteretur reſcriptum fuit *dilata Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad X. Dub.*

Litium cauſa concella eſt ſuſpenſio erigendarum Capellaniarum, ut earumdem bona aſſignarentur proximiori Teſtatoris, qui pluriumas fecerat expenſas litis pro diſtis bonis vindicandis *Panormitana* 27. *April. pag.* 59.

Emiſſa tamen renunciatione in forma juris valida favore hæreditatis omnium jurium pro expenſis factis *ibid.*

Et aſſumpto onere ſolvendi omnes, & quaſcumque alias faciendas litium expenſas *ibid.*

Cum onere poſt ejuſdem obitum Capellanias erigendi *ibid.*

Ludimagistri ſalarium debitum ex contractu non eſſe minuendum reſcripſit S. Congreg. in *Peruſina reductionis* 27. *April. pag.* 59. *ad II. Dub.*

M

MAgiſtralis Canonicus tenetur per ſe ipſum concionari omnibus diebus præſcriptis in tabella ab Epiſcopo, & Capitulo præfigenda *Lucen.* 28. *Sept. pag.* 174. *ad II. Dub.*

Manſiones diſtinctæ retinendæ ſunt in hoſpitalibus pro terrigenis, exteris, & mulieribus *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad III. Dub.*

Etiamſi fundator unum tantum deſignaverit cuſtodem *ibid.*

Matrimonium, quia non ſatis probatum eſt, eſſe tantum ratum, denegata fuit uni ex conjugibus profeſſio Regularis altero in ſeculo remanente *Camerinen.*, *ſeu Fabrianen.* 28. *Sept. pag.* 154.

Matrimonii cauſa conceſſa eſt favore neptis Teſtatoris medietas redituum relictorum ſodalitio ad pauperes ſubveniendos *Foroſempronien.* 23. *Martii pag.* 42.

Accedente tamen conſenſu Sodalitii *ibid.*

Menſuram decimæ eſſe ſervandam juxta quantitatem præſcriptam a lege Sinodali reſcripſit S. Congr. in *Cæſenaten.* 9. *Febr. pag.* 19. *ad IV. Dub.*

Milites præſidiarii Arcis S. Angeli ſepelliendi ſunt in Parochiali Eccleſia S. Mariæ Tranſpontinæ *Romana Funerum* 2. *Martii p.* 31.

Etiamſi caſu extra arcem moriantur *ibid.*

Intellige tamen ſi diu, noctuque in arce morentur *ibid.*

Secus vero ſi extra arcem morentur, domum apertam, ac domicilium contraxerint *ibid.*

Miſſæ omnes applicandæ ſunt, quando Teſtator ſingulis diebus applicationem voluit *Regien.* 3. *Aug. pag.* 125.

Etiamſi Fundator certos dies applicationis pro ſua anima, & ſuorum voluerit, & in reliquis ſolam celebrationem præſcripſerit *ibid.*

Intellige quando Capellania erecta eſt fructibus alterius Beneficii *ibid.*

Quia applicatis Miſſis præſcriptis a fundatore pro ſua anima, reliquæ ſunt applicandæ pro benefactoribus *ibid.*

Miſſa celebranda non eſt in Eccleſia Parochiali abſque Parochi licentia *Cæſenaten. 9. Februarii pag.* 19. *ad III. Dub.*

Miſſarum quantitas reducenda non eſt ob impares reditus, ſi hi fuerint demonſtrative aſſignati *Mediolanen.* 14. *Decemb. pag.* 169.

Sed hæredes de proprio ſupplere tenentur, ut injunctus numerus Miſſarum impleri queat *ibid.*

Miſſarum onera ob redituum diminutionem reducta fuerunt ad ratam manualis Eleemoſinæ *Florentina* 8. *Junii pag.* 89. *ad II. Dub.*

Miſſarum onera certo Altari implenda, nequeunt abſque Patronorum conſenſu ad aliud Altare transferri *Leopolien. 9. Febr. pag.* 21. *ad IV. Dub.*

Miſſarum translatio ab Eccleſia rurali ad Eccleſiam Parochialem contra Teſtatoris præceptum fuit denegata *Taurinen.* 18. *Maii pag.* 76.

Miſſarum ſuſpenſio denegata fuit ad Fabricam Eccleſiæ perficiendam, ſed injunctum fuit Epiſcopo, ut cogeret quos de jure *Auximana* 8. *Junii pag.* 89.

Miſſarum reductio permiſſa eſt *arbitrio Epiſcopi durante neceſſitate*, quia nemo Sacerdos inveniebatur, qui ſtatuta eelemoſina vellet onera injuncta implere *Albintimilien. reductionis Miſſarum* 2. *Martii pag.* 31.

Miſſa Parochialis celebranda eſt a Canonico, penes quem reſidet cura actualis *Embricen. Jurium Canonicalium 9. Febr. pag.* 21. *ad III. Dub.*

Miſſarum onera reducenda non ſunt, niſi in ſubſidium poſt reducta cætera onera *Florentina* 8. *Junii pag.* 89. *ad II. Dub.*

Monaſterii fundatione ſi quæ pacta, & conditiones adjectæ ſunt, eædem numquam cenſentur derogatæ per ampliſſimas clauſulas, & exemptiones *Setina* 18. *Maii pag.* 75. *ad III. IV. & V. Dub.*

Monaſterio non fuit permiſſa unio Eccleſiarum Parochialium ſecularium licet de jurepatronatus ejuſdem Monaſterii, ſed reſcriptum fuit *dilata Gneſnen. unionis* 27. *April. pag.* 59.

Monaſteriis beneficia unita non tenentur ad ſolutionem cathedratici *Setina* 18. *Maii pag.* 75. *ad I. Dub.*

Nec ad contributionem Taxæ ſeminarii *ibid. ad II. Dub.*

Mulieres recipiendæ etiam ſunt in hoſpitali generaliter erecto favore pauperum *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad III. Dub.*

Etiamſi fundator unum tantum cuſtodem deſignaverit *ibid.*

Retinendæ tamen ſunt in manſione diſtincta, ac ſeparata ab hominibus *ibid.*

Muſicæ legatum non fuit commutatum in Capellaniam Eccleſiaſticam *Colonien.* 3. *Aug. pag.* 125.

N

NAtus in Territorio civitatis, fruitur privilegiis oriundi in civitate, & comprehenditur ſub vocatione oriundi in civitate *Eugubina* 18. *Maii pag.* 76.

Ad cautelam tamen reſcriptum fuit *conſulendum SSmo pro ſanatione ibid. ad II. Dub.*

Nepti Teſtatoris conceſſa eſt matrimonii cauſa medietas reddituum relictorum Sodalitio ad pauperes ſubveniendos *Foroſempronien.* 23. *Martii pag.* 42.

Accedente tamen conſenſu Sodalitii, & attenta paupertate d. neptis *ibid.*

Notulam juratam exhibendam non eſſe a Parocho pro perceptione, & erogatione eleemoſinarum a populo ſubminiſtratarum reſcripſit S. Congreg. in *Cæſenaten. 9. Febr. pag.* 20. *ad XI. Dub.*

O

OBlatæ Sac. Familiæ Civitatis Setinæ non tenentur ſolvere cathedraticum pro beneficiis ſuo Monaſterio unitis *Setina* 18. *Maii pag.*75. *ad I. Dub.*

Nec ad contributionem taxæ ſeminarii *ibid. ad II. Dub.*

Tenentur tamen ad formam tranſactionis anni 1718. recipere ſacramenta a Parocho, eidem quartam Canonicam, decimas, ac alias annuales contributiones perſolvere *ibid. ad III. IV. & V. Dub.*

Onera certo Altari infixa poſſunt ab Epiſcopo de uno in aliud Altare transferri *Leopolien. 9. Febr. pag.*21. *ad IV. Dub.*

Limita ſi ſint juriſpatronatus *ibid.*

Onera Laicalia ſubeunda non ſunt a Capellaniis Eccleſiaſticis *Æſina Capellaniæ* 18. *Maii pag.*77. *ad II. Dub.*

Onera quæcumque minuenda ſunt, antequam fiat reductio ſacrorum *Florentina* 8. *Junii pag.* 89. *ad II. Dub.*

Oppidano proximiore vocato, remotior Oppido ex eodem præfertur proximiori ex alio Oppido *Æſina Capellaniæ* 23. *Martii pag.* 46.

Opus pium volitum in perpetuum non poteſt revocari ex ſimplici reſervata facultate libere de eodem diſponendi *Colonien.* 3. *Aug. pag.* 125.

Ordinationes Capitulares, per quas jura, & privilegia Canonicatus lęduntur penitus nulla, & irrita ſunt *Embricen. jurium Canonicalium 9. Febr. pag.*21. *ad I. Dub.*

Ordinatus titulo Beneficii ab Epiſcopo Beneficii, tenetur dimiſſo Beneficio ulteriores ordines ab Epiſcopo domicilii ſuſcipere *Amalphitana ordinationis* 3. *Aug. pag.* 126.

Ordinatus ad ordines ſacros ante legitimam ætatem, hic ad cautelam diſpenſatus ab irregularitate *Salutiarum irregularitatis* 13. *Julii pag.*110.

Ordines Sacros non eſſe conferendos Clerico invito Epiſcopo reſcripſit S. Congreg. in *Amalphitana ordinationis* 3. *Aug. pag.*126.

Sed arbitrio ſui Epiſcopi tamquam ordinarii remittendum eſſe *ibid.*

Oriundus dicitur in Civitate non tam qui in ipſa Civitate natus eſt, ſed etiam qui in ejus territorio *Eugubina* 18. *Maii pag.*76.

P

PArochialis Eccleſiæ conſtructioni cogendi ſunt quos de jure, antequam locus fiat indulto prorogationis ſuſpenſionis Miſſarum *Auximana* 8. *Junii pag.*89.

Parochialem Eccleſiam juſtis ex cauſis diſmembrandam eſſe cenſuit S. Cong. in *Novarien.* 14. *Novembris pag.*173.

Parochias duas habens alteram nativam, alteram domicilii, ſepelliendus eſt in Eccleſia Parochiali domicilii *Piſauren.* 8. *Junii pag.*89. *ad I. Dub.*

Parochus non poteſt exigere majorem eleemoſinam pro officiis, & feſtivitatibus, quam quæ ab aliis Sacerdotibus exigitur *Cæſenaten. 9. Febr. pag.*19. *ad I. Dub.*

Idque intellige in quibuslibet Eccleſiis, & Oratoriis ſitis in propria Parochia *ibid.*

Limita vero ſi contra cautum ſit Sinodali lege *ibid.*

Parochus ære proprio tenetur ad reaptationem fornicis campanilis ſuæ Parochialis Eccleſiæ *Cæſenaten. 9. Febr. pag.* 19. *ad VI. Dub.*

Et proprio ære diſtribuere populo candelas die Purificationis B. M. V. *ibid. ad VII. Dub.*

Et quoad diſtributiones candelarum non factas reſcriptum fuit *ad mentem*, & *ad* D. *Secretarium cum SSmo ibid. ad VIII. Dub.*

Parochus domicilii, qui per octennium permiſit, ut Parochianus alteri Eccleſiæ nativæ decimas perſolveret, & velut ejuſdem Parochianus haberetur, excluſus fuit a petitione decimarum *Piſauren.* 8. *Junii pag.*89. *ad I. Dub.*

Non tamen a conſignatione emolumentorum funeralium, etiamſi numquam in ſua domiciliari Parochia Sacramenta perceperit *ibid. ad II. Dub.*

Parochus non tenetur invitare Sacerdotes Parochianos ordine antianitatis, vel vicinitatis *Cæſenaten. 9. Februarii pag.* 19. *ad II. Dub.*

Nec eoſdem invitare prælative ad Sacerdotes exteros in quibuſcumque functionibus Eccleſiaſticis *ibid.*

Limita ſi contrarium cautum ſit Sinodali lege *ibid.*

Parochus tenetur ſuis ſumptibus bona Parochialia colere, non vero Communitas *Spoletina congrue* 23. *Novembris pag.* 166. *ad I. Dub.*

Sin vero Parochus colonos non invenerit, tunc Communitas tenetur ad ſupplementum congruæ *ibid. ad II. Dub.*

Parochus debet eſſe idoneus in ſcientia, & non ſuſpectus de pravis moribus *Aſculana Parochialis* 2. *Martii pag.*32.

Parochi præjudicium ſpectandum non eſt, ut diverſa, quę ſolvitur a Sodalitiis, taxa funeralis varietur *Civitatis Caſtellanæ* 3. *Aug. pag.* 126.

Parocho jus eſt deferendi SSmum Sacramentum in proceſſione, quæ fit die Dominica infra octavam Corporis Chriſti de Parochiali Eccleſia *Barchinonen.* 3. *Aug. p.*126.

Etiamſi inveterata fuerit conſuetudo idem deferendi per PP. Capucinos *ibi.*

Parochus qui eſt ſimul Canonicus lucratur diſtributiones quotidianas, dum abſens eſt cauſa exercitii curæ animarum *Embricen. jurium Canonicalium* 9. *Febr. pag.* 21. *ad IV. Dub.*

Parochus non tenetur ad exhibitionem notulæ juratæ pro perceptione, & erogatione eleemoſinarum a populo ſubminiſtratarum reſcripſit S. Cong. in *Cæſenaten.* 9. *Febr. p.*20. *ad XI. Dub.*

Parochus poteſt exercere jura ſua Parochialia in iis Monaſteriis, in quorum fundatione expreſſe præſervata ſunt *Setina* 18. *Maii pag* 75. *ad III. ad V. Dub.*

Etiamſi inde eadem Monaſteria ampliſſimam obtinuerint exemptionem a quocumque jure Parochiali, & fuerint exempta ab ordinarii juriſdictione *ibid.*

Parochi licentia petenda eſt a Sacerdotibus pro celebratione Miſſarum *Cæſenaten.* 9. *Februarii pag.*19. *ad III. Dub.*

Et pro ſonitu campanarum *ibid.*

Patroni conſenſus requiritur, ut obligationes juriſpatronatus in uno Altari erectæ ad aliud tranſferantur *Leopolien.* 9. *Februarii pag.*21. *ad IV. Dub.*

Nec poteſt Epiſcopus ſine eorumdem Patronorum conſenſu illas transferre *ibid.*

Patronus Laicus nequit præſentare inidoneum ad Parochialem Eccleſiam, alias præſentatus ab Epiſcopo rejici poteſt *Aſculana Parochialis* 2. *Martii pag.* 32.

Pauperes non ſunt privandi legato ſibi relicto, ut Seminario proſpiciatur *Vicen.* 3. *Aug. pag.* 125.

Immo ſi reditus aſſignati pauperibus exuberantes ſunt determinato numero pauperum, potius numerus pauperum augendus eſt, quam Seminario applicandi *ibid.*

Pecuniæ repertæ in Domo Teſtatoris, vel depoſitæ veniunt ſub legato *del denaro, argenti, e gioje Fulginaten.* 27 *April. pag.*60. *ad II. Dub.*

Præbendariis Eccleſiæ Parochialis Villæ de Reus fuit conceſſum Indultum abeſſendi pro ſex capitularibus per turnum *Tarraconen.* 23. *Martii pag.*41.

Præbendæ fructus lucratur Canonicus aſſumptus ab Epiſcopo in ſui ſervitium *Leodien.* 28 *Sept. pag.*153.

Prælatio debetur oriundo ex Oppido ad excluſionem exterorum licet proximiorum, quando Teſtator ad Oppidanos ſe reſtrinxit *Æſina Capellaniæ* 23. *Martii pag* 46.

Prælationem dandam eſſe præſentato a medietate Patronorum habente requiſitas a Teſtatore qualitates reſcripſit S. Coegreg. in *Nepeſina Capellaniæ* 27. *April. pag* 60.

Presbiteri Parochiani non ſunt invitandi in Eccleſiaſticis functionibus ordine antianitatis, nec prælative ad exteros Sacerdotes *Cæſenaten.* 9. *Febr. pag.*19. *ad II. Dub.*

Præſentatus a Patrono Laico ad Parochialem Eccleſiam fuit rejectus ob inidoneitatem in ſcientia, & pravorum morum ſuſpicionem *Aſculana Parochialis* 2. *Martii p.* 32.

Præſentatum a medietate Patronorum habentem requiſitas a Teſtatore qualitates præferendum eſſe S. Cong. *in Nepeſina Capellaniæ* 27. *April. pag.* 60.

Prioratus mere Laicalis fuit conceſſus homini uxorato in *Forolivien.* 19. *Jan. pag.*1.

Priorum electionem eſſe faciendam juxta ſolitum reſcripſit S. Congreg. in *Cæſenaten.* 5. *Febr. pag.*19. *ad IX. Dub.*

Privatio Canonicatus cum velut facta contra formam Concilii Tridentini impugnaretur reſcriptum fuit *dilata, & ſcribatur per duos Canoniſtas Spiren.*14. *Auguſt.pag.*132.

Proceſſione, quæ fit de Parochiali Eccleſia in die Dominica infra octavam, SSmum Sacramentum deferendum eſt per Parochum *Barchinonen* 3. *Aug. pag.*126.

Etiamſi inveterata fuerit conſuetudo idem deferendi per PP. Capucinos *ibid.*

Profeſſionis emiſſio denegata fuit uxori, relicto Viro ætatis annorum 53 in ſeculo cum Voto ſimplici continentiæ *Barcinonen.* 23. *Novemb. pag.*

Profeſſio denegata eſt uni ex conjugibus, altero libere in ſeculo manente, quia non ſatis probatum fuit matrimonium fuiſſe tantum ratum *Camerinen., ſeu Fabrianen.* 28. *Sept. pag.*9.

Prorogatione petita indulti ſuſpenſionis Miſſarum prò perficienda Parochiali Eccleſia, reſcriptum fuit *dilata, & ſcribatur Epiſcopo juxta inſtructionem, ut nempe ratio redderetur de eleemoſinis Miſſarum jam ſuſpenſarum, aliiſque perceptis, utque cogeret quod de jure Auximana* 8. *Junii p* 89.

Prorogatio ad decennium fuit conceſſa Indulti applicationis fructuum duorum annorum cujuslibet Canonicatus, & Præbendæ vacantis favore Fabricæ Eccleſiæ *Leodien. prorogationis Indulti* 9. *Feuruarii pag.* 20.

Protocollum originale exhibendum eſſe reſcripſit Sac. Congregatio, quia allata exemplaria inter ſe diſcordabant *Senogallien.*

lien. 13. *Julii pag.* 109. *ad I.*, & *II. Dub.*

Provisus de Parochiali Ecclesia ob præelectionem habitam in concursu, non est repellendus, eo quod Communitas injuste contradicat *Aquinaten. Parochialis* 19. *Janu. pag.* 1., & 18. *Maji pag.* 76.

Proximiore vocato ex aliquo certo Oppido, qui de Oppido est licet remotior præfertur proximiori ex alio Oppido *Æsina Capellaniæ* 23. *Martii pag.* 46.

Q

QUalitates requisitas à Testatore habens præferendus est in concursu alterius eisdem non habentis *Nepesina Capellaniæ* 27. *April pag.* 60.

R

REaptandam esse fornicem Campanilis Parochialis Ecclesiæ sumptibus Parochi censuit S. Congr. in *Cæsenat.* 9. *Feb. pag.* 19. *ad VI. Dub.*

Redditio rationis eleemosinæ Missarum jam suspensarum petenda est, antequam nova suspensio concedatur *Auximana* 8. *Iunii pag.* 89.

Redditionem rationis pluries approbatam, esse legitimam, & administratorem non esse amplius molestandum rescripsit S. Congregat. in *Vaden. redditionis rationis* 28. *Sept. pag.* 153.

Reditibus Capellaniarum imminutis permissa est reductio onerum Missarum ad eleemosinam manualem in *Florentina* 8. *Iunii p.* 89. *ad II. Dub.*

Reditus relicti favore Sodalitii ad pauperes subveniendos, fuerunt pro medietate applicati nepti Testatoris, ut honeste nuberet *Forosempronien.* 23. *Martii pag.* 42.

Reditus Seminarii exuberantes, quæ ex lege Transactionis erogari debent *a favor della Sagristia, o ad altro uso pio ad arbitrio del Vescovo* erogandos primo esse pro indigentiis Sacrarii rescripsit S. Cong. in *Vaden. Jupellectilium* 28. *Septembr. pag.* 153.

Et quatenus Sacrarium non indigeat, applicandos esse in perpetuum favore Seminarii ejusdem, facto verbo cum SSmo *ibid.*

Ablato sic quolibet arbitrio Episcopi de iisdem disponendi *ibid.*

Reditus favore pauperum destinati non esse erogandos favore Seminarii rescripsit Sac. Congr. in *Vicen.* 3. *Aug. pag.* 125.

Sed potius pauperum numerum augendum esse *ibid.*

Etiamsi Testator certum numerum pauperum determinavisset *ibid.*

Reducenda sunt onera quæcumque antequam fiat reductio sacrorum *Florentina* 8. *Junii pag.* 89. *ad II. Dub.*

Reductio Missarum permissa est arbitrio Episcopi durante necessitate, quia nemo Sacerdos inveniebatur, qui statuta eleemosina vellet onera injuncta implere *Albintimilien. reductionis Missarum* 2. *Martii pag.* 31.

Reductionis Sacrorum locus non est, quando emolumentum datum stat demonstrative *Mediolanen.* 14. *Decembris pag.* 169.

An & quibus argumentis probetur stare demonstrative vide *ibid.*

Reducta fuerunt ob redituum tenuitatem onera quæcumque Capellaniç annexa ultra celebrationem missarum *Florentina* 23. *Novemb. pag.* 161.

Unice præservato onere assistendi divinis officiis in diebus festis, & Dominicis, ac nocte Nativitatis D.N.J.C. *ibid.*

Reductione petita tum oneris sacrorum, tum aliorum onerum Capellaniæ causa diminutionis redituum rescriptum fuit, quoad missas pro reductione ad manualem, in reliquis scribatur Episcopo juxta instructionem *Florentina* 8. *Junii pag.* 89. *ad II. Dub.*

Religionis ingressus denegatus fuit uxori relicto viro ætatis annorum 55. in seculo cum simplici continentiæ voto *Barcinonen.* 23. *Novemb. pag.* 161.

Religionem ingredi denegatum est uni ex conjugibus, altero in seculo manente, quia non satis constitit matrimonium esse tantum ratum *Camerinen. seu Fabrianen.* 28. *Septemb. pag.* 154.

Reparatio fornicis Campanilis Ecclesiæ Parochialis ad Parochum spectat *Cæsenaten.* 9. *Febr. ad VI. Dub. pag.* 19.

Residentiam negligens, cum causa infirmitatis abesse contenderet rescriptum fuit *dilata, & conficiatur processus super infirmitate Bononien.* 18. *Maii pag.* 75.

Residere obligatus omnibus diebus festis, tenetur quoque in illis residere, in quibus onus est audiendi sacrum, licet opera servilia permissa sint *Tarraconen.* 23. *Martii pag.* 42. *ad II. Dub.*

Restitui non debent Parocho domicilii illæ decimæ, quæ per octennium pacifice Parochianus solvit suæ nativæ Parochiali Ecclesiæ *Pisauren.* 8. *Jun. pag.* 89. *ad I. Dub.*

Etiamsi clara esset Sinodalis lex, quod decimæ sint solvendæ Parocho domicilii *ibid.*

Revocandi facultas non inducitur ex reservata facultate libere disponendi, quando demandatum opus volitum fuit perpetuum *Colonien.* 3. *Augusti pag.* 125.

S

SAcerdotes Parochiani non debent neceſſario invitari ordine antianitatis *Cæſenaten. 9. Febr. pag. 19. ad II. Dub.*

Nec neceſſario debent invitari prælative ad Sacerdotes exteros *ibid.*

Sacerdotes tenentur petere licentiam a Parocho tam pro celebratione miſſarum, quam pro ſonitu campanarum *Cæſenaten. 9. Febr. pag. 19. ad III. Dub.*

Sacramentum Baptiſmi nequit ſub conditione conferri illi, qui natus, educatuſque eſt inter Chriſtianos *Nullius Nonantulæ 2. Martii pag. 33.*

Etiamſi nulla haberentur monumenta collationis Baptiſmi, & nageretur de Parentibus vagis *ibid.*

Sacramentum in proceſſione, quæ fit de Parochiali Eccleſia in die Dominico infra octavam corporis Chriſti deferendum eſt per Parochum *Barchinonen. 3. Aug. pag. 126.*

Etiamſi inveterata fuerit conſuetudo idem deferendi per PP. Capucinos *ibid.*

Sacramentorum perceptio ſpectanda non eſt, ſed ſimplex habitatio, adhoc ut Parochianus in Parochia domicilii ſepelliatur *Piſaurien. 8. Julii pag. 89. ad II. Dub.*

Sacristiæ Eccleſiæ aliquid ſolvendum eſt a Capellanis pro cera in celebratione miſſarum *Regien. 3. Aug. pag 125. ad III. Dub.*

Etiamſi nihil unquam ſolutum, vel poſtulatum fuerit *ibid.*

Sacrario applicandos eſſe reditus exuberantes, qui ex lege tranſactionis erogandi erant *a favor della Sacriſtia, o ad altro uſo pio ad arbitrio del Vescovo Vaden. ſupellectilium 28. Septemb. pag. 153.*

Unde arbitrium Epiſcopi non debet exerceri, niſi poſt ſuppletas indigentias Sacrarii *ibid.*

Salarium Ludimagiſtri debitum ex contractu non eſſe minuendum in *Peruſina reductionis 27. April. pag. 59. ad II. Dub.*

Scamna in Cathedrali Eccleſia exiſtentia poſſunt Epiſcopi arbitrio moderari *Leopolien. 9. Febr. pag. 21. ad VI. Dub.*

Scholaſticus Canonicus aſſumptus ab Epiſcopo in ſui ſervitium habere debet pro præſente, & reſidente *Lucan. 28. Sept. p. 153.*

Et lucratur fructus ſcholaſteriæ, & fruitur jure turni *ibid.*

Etiamſi ſcholaſteria eſſet erecta in Eccleſia paſſive exempta ab Epiſcopi juriſdictione *ibid.*

Seminarii taxam non factam ad formam Benedictinæ conſtitutionis reformandam eſſe reſcripſit S Congr. in *Tranen. taxæ 25. Martii pag. 42.*

Seminarii taxa non eſt ſolvenda a convictricibus Sac. Familiæ civitatis Setinæ pro beneficio ſuo monaſterio unitis *Verona 18. Maji pag. 75. ad II. Dub.*

Seminario licet pauperi non eſſe applicandos reditus diſtribuendos pauperibus reſcripſit S.Cong. in *Vicen. 3. Aug. pag. 125.*

Sed potius pauperum numerum augendum eſſe *ibid.*

Etiamſi teſtator certum numerum pauperum, & certam eleemoſinam eiſdem dandam determinaverit, & fructus eſſent exuberantes *ibid.*

Seminario applicati ſunt in perpetuum omnes ejuſdem fructus licet exuberantes, etiamſi in eorumdem conceſſione cautum eſſet, quod exhuberantes reditus arbitrio Epiſcopi in uſus benevisos pios erogari poſſent *Vaden. Supellectilium 28. Sept. pag. 193.*

Sepelliendi ſunt in Parochiali Eccleſia S Mariæ Tranſpontinæ omnes milites Præſidiarii arcis S. Angeli *Romana Funerum 2. Martii pag. 31.*

Etiamſi caſu extra arcem obierint *ibid.*

Intellige tamen ſi diu noctuque in arce morentur *ibid.*

Secus vero ſi extra arcem morentur, ac domum apertum, & domicilium contraxerint *ibid.*

Sepeliendus quilibet eſt in Eccleſia Parochiali domicilii, etiamſi in eadem numquam Sacramenta perceperit *Piſaurien. 8. Junii pag. 89. ad II. Dub.*

Septimæ dum celebrantur in Parochiali Eccleſia, poteſt Parochus exigere julium unum ſupra eleemoſinam aliorum Sacerdotum *Cæſenaten. 9. Feb. pag. 19. ad I. Dub.*

Sodalitia teneri eligere juxta ſolitum Priores, & depoſitarium reſcripſit S. Congr. in *Cæſenaten. 9. Febr. pag. 29. IX. Dub.*

Sodales adſcribendi ſunt in albo ſodalium ad formam Sinodalium conſtitutionum *Senogallien. 12. Julii pag. 109. ad VIII. Dub.*

Statuta capitularia, per quæ jura, & privilegia canonicatus vacantis fuerant ſublata, declarata fuerunt nulla *Embricen. jurium Canonicalium 9. Feb. pag. 21. ad I. Dub.*

Et non obſtantibus dd. ſtatutis poteſt provisus de d. Canonicatu gaudere jure turni, ac voce activa, & paſſiva, aliiſque prærogativis, prout cæteri Canonici *ibid.* ad *II. Dub.*

Statutum Eccleſiæ, quod Canonicus infirmus extra civitatem degens non lucretur diſtributiones, non attenditur *Segobricen. jurium Canonicalium 9. Febr. pag. 20.*

Subdiaconum non eſſe diſpenſandum a voto continentiæ reſcripſit S.Cong. in *Oſnabrugen. diſpenſationis 19. Janu. pag 1.*

Subminiſtratio expenſarum, & ſumptuum litis cum pereretur, reſcriptum ſuit *dilata Senogallien. 13 Julii pag. 109. ad X. Dub.*

Synodales conſtitutiones ſervandę ſunt quoad adſcriptionem contratrum in albo Sodalium *Senogallien. 13. Julii pag. 109. ad VIII. Dub.*

Taxa

T

TAxa funeralis ſolvenda eſt a Confraternitatibus juxta ſolitum *Civitatis Caſtellana* 3. *Aug. pag.* 126.

Etiamſi in diverſa quantitate ſolvatur, & præjudicium eveniat Eccleſiæ Parochiali, nec non uni ex Sodalitiis *ibid.*

Taxam Seminarii non factam ad formam Benedictinæ Conſtitutionis reformandam eſſe reſcripſit S. Congr. in *Tranen. taxæ ſeminarii* 23. *Martii pag.* 42.

Taxa ſeminarii, non eſt ſolvenda a convictricibus Sac. Familiæ Civitatis Sctinæ pro beneficiis ſuo monaſterio unitis *Setina* 18. *Maji pag.* 75. *ad I. Dub.*

Teſtator, qui ad certos uſus diſpoſuit de exuberantibus fructibus ſuæ hæreditatis relictę Hoſpitali pauperum infirmorum, eo animo cenſetur, ut fructus ſuæ hæreditatis nonniſi inſubſidium teneantur ad alimenta pauperum poſt nempe conſumptos antiquos ejuſdem hoſpitalis reditus *Albinganen.* 28. *Septembr. pag* 152.

Teſtator prohibere poteſt ne Capellania Laicalis in Eccleſiaſticam erigatur *Viterbien. Capellaniæ* 23. *Novembr pag.* 161.

Theologus Canonicus cogi poteſt pro arbitrio Epiſcopi etiam per multas loco S. Scripturæ legere caſus conſcientiæ, ſeu Theologiam moralem *Pacen.* 28. *Sept. pag.* 154: *ad I. Dub.*

Intellige ſtante obſervantia legendi Theologiam moralem loco S. Scripturæ *ibid.*

Titulus non oritur ex conſuetudine licet antiquiſſima, quando originem habet ex actu precario *Barchinonen.* 3. *Aug. p.* 126.

Tranſactio inita cum legitimo Procuratore, qua diſmembratio conventa fuit ſervanda eſt *Novarien.* 14. *Decembr. pag.*

Translatio confraternitatis ad aliam Eccleſiam cum applicatione unius altaris, ejuſque bonorum denegata fuit in *Firmana* 2. *Martii pag.* 32.

Etiamſi confraternitas tenues haberet reditus, & propriam Eccleſiam colabeſcentem *ibid.*

Translatio onerum de uno ad aliud altare permiſſa eſt Epiſcopo *Leopolien.* 9. *Februar. pag.* 21. *ad IV. Dub.*

Limita ſi ſint juriſpatronatus, nam tunc ſine conſenſu Patronorum non debent transferri *ibid.*

Translatio imaginis fieri poteſt per Epiſcopum ab Eccleſiis ſuppreſſis, ad alias Eccleſias *Leopolien.* 9. *Febr. p.* 21. *ad I. Dub.*

Dato Epiſcopo arbitrio eligendi altare, ad quod fit facienda translatio *ibid. ad II. Dub.*

Et Suppreſſio Capellarum permiſſa eſt Epiſcopo *Leopolien.* 9 *Febr. p.* 21. *ad I. Dub.*

Translatio oneris miſſarum ab Eccleſia rurali ad proximam Eccleſiam Parochialem contra Teſtatoris voluntatem, fuit denegata *Taurinen.* 18. *Maji pag.* 76.

Turni jure fruitur Canonicus, qui aſſumptus eſt ab Epiſcopo in ſui ſervitium *Leodien.* 28. *Sept. pag.* 153.

Etiamſi agatur de Canonico Collegiatæ Eccleſiæ paſſive exemptæ *ibid.*

Turni jus canonicatui annexum nequit tolli per ſtatuta, & ordinationes Capitulares. *Embricen. jurium Canonicalium* 9. *Febr. pag.* 21. *ad II. Dub.*

V

VEnditio bonorum deſtinatorum ad uſum pium permiſſa eſt favore majorum oblatorum *Auximana* 2. *Martii pag.* 31.

Viri recipiendi non ſunt in hoſpitalibus in manſione mulierum, ſed pro utriſque diſtincta, ac ſeparata manſio habenda eſt *Senogallien.* 13. *Julii pag.* 109. *ad III. Dub.*

Viſitatio in loco exempto non eſt facienda a Decano ordinariam juriſdictionem habente una cum deputatis a Capitulo, quando quoad loca exempta data eſt Decano juriſdictio *inſoliti um Leodien. viſitationis* 28. *Septembr. pag.* 154. *ad I. Dub.*

Sed poteſt Decanus aſſumere Canonicos ſibi beneviſos *ibid.*

Unio Parochialium Eccleſiarum favore Monaſterii cum peteretur, reſcriptum fuit *dilata Gneſnen. unionis* 27. *April pag.* 59.

Vocato oriundo ex civitate, cenſetur quoque vocatus, qui natus eſt in ejus territorio *Eugubina* 18. *Maji pag.* 76.

Ad cautelam tamen reſcriptum fuit pro ſanatione nominationis favore oriundi ex territorio *ibid.*

Voti continentiæ diſpenſationi locum non eſſe ob non ſatis probatum metum reſcripſit S. Congreg. in *Oſnabrugen. diſpenſationis* 19. *Januarii pag.* 1.

Votum ſimplex continentiæ in ſeculo permittendum non eſſe viro ætatis ann. 53., data facultate uxori religionem ingrediendi reſcriptum fuit in *Barcinonen.* 23. *Novembris pag.* 161.

Vox activa, & paſſiva Canonicatui annexa nequit tolli per ſtatuta, & ordinationes Capitulares *Embricen. jurium Canonicalium* 9. *Febr. pag.* 21. *ad II. Dub.*

Uxoratum laicum recte eligi poſſe ad Prioratum mere laicalem reſcripſit S. Congr. in *Forolivien.* 19. *Janu. pag.* 1.

Uxori denegata fuit facultas religionem ingrediendi relicto viro ætat. ann. 55. in ſeculo cum voto caſtitatis *Barcinonen.* 23. *Novembr. pag.* 161.

FINIS.

IN-

INDEX CONCLUSIONUM

Quæ adnotatæ fuerunt in foliis Cauſarum anni 1765.

A

ABbatia ſi eſt vere exempta, non ſunt attendendæ litteræ citatoriæ Epiſcopales *pag.* 101. §. *etenim*.

Sin vero controverſia pendet ſuper exemptione, Abbatialis poteſt eaſdem impune ſpernere *ibid.*

Abeſſendi indultum conceſſum Canonico infirmo ſuffragatur etiam pro laudemiis, quindenniis, capitulis, aliiſque capitularibus, anniverſariis, feſtivitatibus, proceſſionibus, & pro quibuslibet functionibus *pag.* 11. §. *Sacra*.

Ita ut lucretur omnia emolumenta cujuſvis generis, & ſpeciei, communia nuncupata, ac etiam manualia, & candelas *ibid.*

Unice exceptis anniverſariis, aliiſque obventionibus non fixis, de quibus diverſimode fuit a teſtatore diſpoſitum *ibid.*

Abeſſendi indultum ultra tempus ſtatutum ab Eccleſiæ conſtitutionibus concedi non ſolet, niſi urgentibus legitimis cauſis *pagin.* 203. §. *ſacra & pag.* 207. §. *non autem*.

Etiamſi Eccleſiæ conſtitutiones requirant ſervitium ultra novem menſes anni *ibid.*

Nec habentibus reſidentiam continuam, aut vacationem minorem trium menſium, ſolet Sac. Congregatio ſemper vacationem trium menſium concedere *ibid.*

Sed tantummodo juxta qualitatem cauſarum modo majorem, modo minorem intra tres menſes, vacationem concedit *ibid.* §. *revera*.

Nec indultum vacandi ultra tres menſes unquam ſine neceſſaria cauſa conceſſit *pagin.* 206 §. *ſed quod*.

Reprobatis omnibus Eccleſiæ ſtatutis, aut conſuetudinibus longiorem vacationem inducentibus *pag.* 207. §. *ſed quæ*.

Niſi res eſſet de ſtatutis ſpecifice a Sede Apoſtolica approbatis *ibid.*

Hinc urgente neceſſitate vacationem ultra tres menſes conceſſit Eccleſiæ cathedrali Arianen. *pag.* 44. §. *ſacra*.

Item Capitulo Seguntino, Pacenſi, Abulenſi, Burgenſi, Caurienſi, & Hiſpalenſi *pag.* 202. §. *in Hiſpania*.

Item capitulo Cathedralis Iſernien., Eccleſiæ metropolitanæ S. Severini, & Eccleſiæ collegiatæ S. Mariæ Baruli *pag.* 44. §. *ſacra*.

Conditione tamen ſemper adjecta, quod *capitulares omnes tempore adventus, & quadrageſimæ, omnibus diebus feſtis, & ſolemnioribus Nativitatis, & Reſurrectionis D. N. J. C., Pentecoſtes, & SSmi Corporis Chriſti, & per totam octavam ejuſdem, ac aliis temporibus Ordinario beneviſis intereſſe & jugiter ſervire teneantur pag.* 44. §. *ſacra, pag.* 207. §. *licet*.

Et potius permiſit augeri numerum abeſſentium, quam deleri has clauſulas *p.* 208. §. *quod*.

Abſens a choro, & divinis officiis cauſa infirmitatis habet jus accreſcendi earum diſtributionum & communium, quæ ob abſentiam, & vacationem canonicorum intereſſentibus accreſcunt *pag.* 11 §. *ſacra*.

Item lucratur omnes diſtributiones quotidianas *pag.* 12. §. *præterea*.

Etiamſi contrarium eſſet ſtatutum Eccleſiæ, quia velut irrationabile, & contra bonum eccleſiæ ſemper a S. Congregatione rejicitur *ibid.*

Abſens reputari nequit canonicus aſſumptus ab Epiſcopo in ſui ſervitium *pag.* 137. §. *celebres*.

Iſque integre lucratur omnes fructus præbendæ *ibid.*, *pag.* 133. §. *pro Scholaſtico & pag.* 137. §. *ſacra*.

Etiamſi caveant conſtitutiones, & leges capituli, ut nonniſi reſidens fructus lucretur, eædemque fuerint a canonico juramento acceptatæ *pag.* 135. §. *pro Scholaſtico*.

Non tamen lucratur diſtributiones quotidianas *pag.* 137. §. *celebres*, & §. *ſacra*.

Sique omnes fructus diſtributionibus conſtant, tunc percipit duas tertias illarum partes, amiſſa tertia, quæ inſervientibus accreſcit *ibid.*

Abſens ſine legitima cauſa privatur diſtributionibus quotidianis, improbata quavis colluſione, aut remiſſione *pag.* 11. §. *Concilium*.

Acceptatio legum, & conditionum facta per proviſum de beneficio, impedit, ne eaſdem

impugnare poſſit *pag.* 17. §. *Ponderandum.*

Niſi conditiones eſſent iniquæ, & contrariæ naturæ beneficii *pag.* 16. §. *quod ſi.*

Quæcumque tamen acceptatio facta per anteceſſores non impedit, quominus ſucceſſores illas impugnare poſſint *pag.* 17. §. *Ponderandum.*

Actio congruæ Parochialis ceſſat, ſi Parochus ex bonis Parochiæ alimenta ſufficientia habuit *pag.*167. §. *de II.*

Actio damni non habet locum, ſi damnum abfuit *pag.*167. §. *de II.*

Adminiſtrator ſemel reddita ratione liber eſt *pag.*128. §. *adjicit 5 & §. imperatores.*

Nec cogi poteſt ad novam tranſacti muneris diſcuſſionem *ibid.*

Niſi de errore calculi apertiſſime doceatur *ibid.* §. *certiſſima, & ſeq.*

Adminiſtrator, ſi negligens eſt in opere pio implendo intra tempus a Teſtatore ſtatutum, poteſt removeri ab Epiſcopo *pag.*95. §. *jus Epiſcoporum.*

Idque intellige de quacumque ædificatione Eccleſiarum, hoſpitalium, gerunt ocomiorum, orphanotrophorum, Pœcotrocophorum, noſocomiorum, redemptione captivorum, & quacumque alia ædificatione pia a teſtatore ordinata *ibid.*

Ætas 25. annorum requiritur, ut quis ad Sacerdotium promoveri poſſit *pag.* 101. §. *de alio.*

Et promotus ante legitimam ætatem jure veteri ſuſpenſionem incurrebat, ſed non ipſo facto *pag.*101. §. *de II. pœna.*

Sed ex conſtitutione Pii II. ipſo jure ſuſpenſionem incurrit *ibid.*

Siquæ durante ſuſpenſione, in ordinibus miniſtrare præſumpſerit, eo ipſo irregularitatem incurrit *ibid.*

Intellige tamen ſi dolo, & ſcienter ante legitimam ætatem fuit promotus, ſecus vero ſi ignoranter, vel ductus juſta credulitate *ibid.* §. *haud, & §. de alio.*

Unde ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, poteſt exercere, dum in ætate eſt *pag.*102. §. *de exercitio.*

Alimenta ex bonis Capellaniæ præſtanda ſunt proximiori teſtatoris familiaribus anguſtiis preſſo *pag.*54. §. *eſſe.*

Alimentorum nomine veniunt etiam medelæ, aliaque ad victum neceſſaria *p.* 94 §. *ad II.*

Altaria ut deſtruantur, vel tranſferantur, quæ neceſſaria cauſa concurrere debeat *pag.* 18. §. *de Eccleſiis.*

Animus acquirendi domicilium præſumitur, ubi quis alio ſe tranſferens, ibique domum ædificat, & majori anni parte cum ſua familia moratur *pag.*84. §. *dubitari.*

Applicatio ſacrorum ſuapte natura annexa eſt Capellaniis perpetuis *pag* 112. §. *Sacra.*

Etiamſi de ſola miſſarum celebratione, non autem de applicatione lex data fuerit *ibid.*

Limita ſi ex urgentibus conjecturis conſtet teſtatorem contrarium voluiſſe *ibid.*

Puta ſi celebrationem injunxit pro commodo populi, aut monialium in certa Eccleſia *pag.* 88. §. *quæ unicam, & pag.* 113. §. *ſed ſacra.*

Vel ſi certum numerum miſſarum pro ſuæ animæ expiatione injunxit, & de aliis nihil dixit, vel arbitrium omne capellano reliquit *ibid.* §. *vel ſi.*

Item ſi in aliquibus applicationem, in aliis vero onus *orandi* injunxit *pag.* 113. §. *ſed ſacra.*

Quia verbum *orare* juxta ſuam nativam, & propriam ſignificationem ab applicatione diſtinctum eſt *ibid.* §. *verum.*

Applicatio favore Fabricæ eccleſiæ aliquando permiſſa eſt ſubſidiorum dotalium *pag.* 83. §. *ad neceſſariam.*

Aliquando fructuum duorum annorum cujuſlibet canonicatus, & præbendæ vacantis *ibid.*, & *pag.*12. §. *Leodien.*, & *p.*13. §. *parochianos.*

Apoſtolicum privilegium præſumitur poſt lapſum 100. annorum *pag.* 16. §. *deinde.*

Aquigranæ civitas an exempta ſit a juriſdictione ordinarii Leodienſis vide *pag.* 136. §. *nec dubitari.*

Argumentum deſumptum ex ipſa diſcretiva loquendi eſt validiſſimum *pag.*48. §. *contra.*

Averſio populi an ſatis ſit, ut præelectus in concurſu repellatur vide *pag.* 4. §. *ad rem.*

B

BAptiſma eſt janua vitæ ſpiritualis, & per ipſum efficimur membra Chriſti, & de corpore eccleſiæ *pag.*34. §. *fin.*

Unde ſine baptiſmo cætera ſacramenta recipi nequeunt, nec poteſt matrimonium contrahi *ibid.* & *pag.*35. §. *ſacra & ſeq.*

Nam baptiſmus eſt generatio ſpiritualis, & qui non eſt genitus in Eccleſia, non poteſt cum aliis fidelibus ad ſpiritualia concurrere *ibid.*

Baptiſma autem ſemel ſuſceptum iterari non potest *pag.* 34. §. *certiſſimum.*

Sin vero dubium eſt, an baptiſmum quis ſuſceperit, nec ne, tunc agendum eſt, ut baptizentur, ne manifeſte pereant *ibid.* §. *queri.*

Non enim videtur iteratum, quod jam collatum non probatur, nec temeritas intervenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis *ibid.*

Idque dicendum etiamſi agatur de infantibus in Chriſtianorum regionibus natis ex parentibus Chriſtianis *ibid.* §. *extat.*

Sed Alexander III. voluit, ut de quibus dubium eſt, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmiſſis, *non te rebaptizo*

ptizo, ſed ſi nundum baptizatus es, ego te baptizo ibid. §. clariſſima.

Unde ſub hac conditione baptizandam eſſe puellam, quæ ſexto poſt nativitatem die ab homine ignoto tradita fuerat cuidam fœminæ, & certo non conſtabat fuiſſe baptizatam reſcripſit S. Congregatio *pag. 35. §. ſacra.*

Etiamſi ſemper fuerit addicta ſervitio chriſtianæ matronæ, & per 30. annos ſemper chriſtiane vixerit *ibid.*

Item baptizandam eſſe ſub conditione puellam, quæ ſemper catholice vixerat, & ab ignoto tantum homine teſtificatum fuerat fuiſſe baptizatam *ibid. §. in una.*

Item aliam puellam, cujus baptiſmi certa deerant documenta, etiamſi ex regionibus chriſtianis oriunda eſſet, & catholice vixiſſet *pag. 36. §. in una Ripana.*

Et generaliter quoties haberi non poſſunt tales probationes, quibus inniti poſſit moralis certitudo de ſuſcepto baptiſmate *ibid.*

Hac tamen conditionali forma utendum eſt prudenter, & ubi re diligenter perveſtigata, probabilis ſubeſt dubitatio infantem non fuiſſe baptizatum *pag. 34. §. clariſſima.*

Beneficiatus nequit impugnare eas leges, & conditiones, quas tempore captæ poſſeſſionis acceptavit *pag. 17. §. Ponderandum.*

Etiamſi eſſent conditiones, & leges iniquæ, & contrariæ naturæ beneficii *ibid. & pag. 16. §. quod ſi.*

Quælibet tamen anteceſſorum acceptatio non impedit, quominus eaſdem ſucceſſor impugnare poſſit *ibid.*

Beneficiorum natura immutari nequit abſque expreſſa S. Pontificis approbatione *pag. 17. §. perpendendum.*

Quia mutatio ad eccleſiam ipſam pertinet, & ſedis Apoſtolicæ intereſt, ne ea inconſulta eccleſiarum ſtatus mutetur *ibid. §. ratio.*

Beneficia etiam ſimplicia tenentur ad contributionem Procurationis ſolvendæ Epiſcopo tempore viſitationis *pag. 197. §. allegat.*

Etiamſi contraria adſit conſuetudo, ut eadem Procuratio ab uno tantum ſolvatur *ibid. §. perperam.*

Beneficiorum reditus firmatione, an ſint detrahenda onera miſſarum Vide *pag. 62. §. de numero.*

Beneficio erecto, an nova onera inde poſſint injungi a Patronis, vel fundatore *pag. 87. §. de novis.*

Beneficii titulo, ut quis ad ſacros ordines promoveri poſſit, oportet ut illud pacifice poſſideat, & ſufficiat ad vitæ ſuſtentationem *pag. 124. §. Concilium.*

Beneplacitum Apoſtolicum requiritur ad hoc ut Capitulum poſſit juri ſuo renunciare *pag. 147. §. de cauſa.*

Bona parochialia tenetur communitas colere, ſi Parochus colonos non invenit *pag. 168. §. atq. & ſeq.*

C

CAmpanæ inſtitutæ ſunt non ſolum ad convocandum populum, ſed ad alios uſus eccleſiæ, cujus reditus Parochus percipit *pag. 7. §. de VI.*

Candelarum diſtributio in die Purificationis B.M.V. inducta eſt ex conſuetudine *pag. 8. §. de VII.*

Sed ex perpetuo uſu Italiæ neceſſario eſt ſervanda *ibid.*

Canonicus infirmus abſens a choro, & divinis officiis lucratur omnes beneficii fructus, & diſtributiones quotidianas *pag. 14. §. preterea, & pag. 69. §. nec.*

Etiamſi contrarium diſponat ſtatutum Capituli *ibid.*

Quia hoc ſtatutum velut irrationabile, & contra bonum eccleſiæ ſemper fuit a Sac. Congregatione rejectum *ibid.*

Idque procedit ſive infirmus intra, ſive extra civitatem moretur *pag. 9. §. veteri.*

Item canonicus infirmus lucratur laudemia, quindennia, emolumenta capitulorum, capitularium, anniverſariorum, feſtivitatum, proceſſionum, & aliarum quarumcumque functionum *pag. 11. §. ſacra.*

Habetque jus accreſcendi earum diſtributionum, & communium, quæ ob abſentiam canonicorum intereſſentibus accreſcunt *ibid.*

Et generaliter lucratur omnia emolumenta cujuſvis generis, & ſpeciei *communia* nuncupata, ac etiam victualia, & candelas *ibid.*

Unice exceptis anniverſariis, aliiſque obventionibus non fixis, & in quibus diverſimode eſt a teſtatoribus diſpoſitum *ibid.*

Sin autem infirmitas habitualis controvertatur a capitulo, an, & quomodo ſit futuro providendum *pag. 70. §. partes.*

Canonici ex primæva eorum inſtitutione quotidianam operam, & aſſiduitatem, & frequentiam præſtabant *pag. 203. §. quæ fuerit.*

Immo apud ipſam eccleſiam in ſocietate vivebant *ibid.*

Et licet SS. Pontifices curaverint ex poſt idem vivendi genus reducere, attamen ob temporum viciſſitudines id conſequi non potuerunt *ibid.*

Canonici duo ab Epiſcopo aſſumi poſſunt in ſui ſervitium *pag. 137. §. celebres.*

Sive ſint Cathedralis, ſive Collegiatæ Eccleſiæ *pag. 135. §. pro ſcholaſtico.*

Etiamſi res ſit de cathedrali, vel collegiata eccleſia exempta paſſive ab Epiſcopi juriſdictione *ibid.*

Iidemque canonici velut præſentes habentur, & integre lucrantur fructus ſuarum præbendarum *ibid.*, & *pagin.* 137. §. *celebres*.

Unice amiſſis diſtributionibus, & victualibus, quæ non conſueverunt abſentibus exhiberi *ibid.*

Idque procedit, etiamſi Capitulum diſſentiat *pag.* 135. §. *pro ſcholaſtico*.

Et adſint peculiares leges Capituli de reſidendo Apoſtolica auctoritate, & jurejurando canonicorum firmatæ *ibid.*

Quia Epiſcopo inſervientes Eccleſiæ inſervire videntur *pag.* 137. §. *celebres*.

Canonici Cathedralium, aut Collegiatarum eccleſiarum, nequeunt vigore cujuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis ultra tres menſes a ſuis Eccleſiis abeſſe *pag.*203. §. *ſacroſancta*.

Salvis tamen earum eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſervitii tempus requirunt *ibid.*

Unde abrogatæ ſunt omnes conſtitutiones, & conſuetudines, quæ longiorem vacationem ultra tres menſes dabant *ibid.*

Eę vero retentæ, quæ longius ſervitii tempus requirunt *ibid.*

Falſo autem cenſuit Garzias, concedi per Concilium, abſentiam trium menſium, ſi quotidianum eccleſiæ ſervitium conſtitutiones expoſcant *pag.*204. §. *de ſacra*.

Contrarium enim pluries declaravit Sac. Congregatio, & nonniſi perſpectis cauſis aliquam vacationem conceſſit *pag.* 205. §. *req. vera*.

Et tantum gravioribus urgentibus cauſis, habentibus minorem vacationem trium menſium, tres menſes conceſſit *ibid.* §. *in una Firmana*.

Numquam tamen ſine neceſſaria cauſa longiorem vacationem trium menſium conceſſit *pag.*206. § *ſed quod*, & *p.*207. §. *Non*.

Immo reprobavit omnia Eccleſiæ ſtatuta, & conſuetudines immemorabiles longiorem vacationem habentes *p.*207. *quemadmodum*.

Unde ad augendam intra tres menſes vacationem ex cauſis cognitis aliquando fit locus benignitati *pag.*208. §. *non abs re*.

Ad prorogandam vero ultra tres menſes compellere debet neceſſitas *ibid.*

Quibus autem capitulis, & cum quibus clauſulis conceſſa fuerit vacatio ultra tres menſes Vide *pag.* 44. §. *ſacra*, *pag.* 207. §. *non autem*.

Canonici, qui tenentur omnibus diebus feſtis choro intereſſe, tenentur quoque intervenire illis feſtis particularibus, quibus onus tantum eſt audiendi miſſam, licet opera ſervilia permiſſa ſint *pag.*45. §. *ad II. Dub.*

Canonicus non reſidens tenetur reſtituere diſtributiones perceptas *pag.*11. §. *Bonifacius*.

Sique ultra triennium neglexerit reſidentiam, poteſt canonicatu privari *pag.* 49. §. *advertii*.

Niſi infirmitas, ſeu juſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut evidens eccleſiæ utilitas excuſet *pag.*11. §. *Bonifacius*.

Privatio tamen debet fieri juxta formam præſcriptam a Concilio Tridentino *ſeſſ.*24. *cap.* 12. *de Reſ. pag.*49. §. *notiſſima*, & *pag.*68. §. *ait*.

Alias privatio nulla eſt, & ſpoliato ſuccurrendum eſt ope reſtitutionis in integrum *ibid.*

An autem fructuum ſubtractiones ad dimittendos creditores, non ad privationem comminandam ſufficiant, ut forma concilii ſervata dicatur Vide *pag.*49. §. *notiſſima*.

Canonici non ſunt privandi ſua congrua ſuſtentatione, ut fabrica Eccleſiæ reparetur *dag.*13. §. *reparandas*.

Aliquando tamen Fabricæ Eccleſiæ applicati ſunt fructus duorum annorum cujuſlibet canonicatus, & præbendæ vacantis *pag.* 83. §. *ad neceſſariam*.

Canonicatus Magiſtralis erectus eſt in Regnis Hiſpaniæ a Sixto IV., & Leone X. *pag.*143. §. *Hæc de*.

Canonicus theologus cogi poteſt ab Epiſcopo etiam per ſubſtractionem fructuum, ut S. Scripturæ expoſitionem, & interpretationem habeat *pag.*144. §. *concilium*.

Sin vero inidoneus fuerit, tenetur per idoneum ſubſtitutum ab Ordinario approbandum onus ſibi imminens adimplere *ibid.*

Idque *ne cæleſtis ille ſacrorum librorum theſaurus, quem S. Spiritus hominibus tradidit, neglectus jaceat ibid.*

Remittitur autem arbitrio Epiſcopi tempus, hora, modus, & materia a canonico legenda *pag.*142. §. *affirmat*, *pag* 144. §. *ſacra*, & 145. §. *in una*.

Non eſt tamen contra Concilium, quod canonicus theologus loco Sac. Scripturæ theologiam moralem exponat *pag.* 142. §. *affirmat*.

Quia licet Concilium principio ad Sac. Scripturam tantummodo reſpexerit, poſtea tamen indiſcriminatim de Sacra Scriptura, ac de theologia loquitur *ibid.*

Hinc in canonicum theologum electus eſt alumnus ex collegio Illirico, tametſi is caſus conſcientiæ tantum eſſet explicaturus *pag.* 144. §. *de eo*.

Et ſufficit, ut quis ſit licentiatus in utroque jure, alias idoneus ad docendam theologiam moralem *ibid.* §. *Anno*.

Unde injunctum fuit Epiſcopo, ut diſpenſaret perſonam idoneam docendi theologiam moralem, & explicandi S. Scripturam, ut gradum Doctoris in jure canonico ſuſcipere poſſet *ibid.*

Qui gradus ſic ſuſceptus, eidem ſuffragatur, perinde ac ſi in S. theologia graduatus eſſet *ibid.*

Qua-

Quare in Sinodo Montisfaliſci cautum eſt, quod canonicus theologus poſſit loco S. Scripturæ ſubrogare theologi am moralem, ſi id e re magis eſſe videbitur, *p.* 145. §. *revera*.

Lectioni autem faciendæ per canonicum theologum tenentur intervenire omnes Canonici, & cæteri Eccleſiæ Presbiteri *pagin.* 146. §. *advertendum*.

Et eoſdem Epiſcopus canonicis remediis cogere poteſt *ibid.*

Canonicatus theologalis erectio fieri debet ab Epiſcopo in qualibet Cathedrali etiam per aſſignationem fructuum capituli *p.* 144. §. *concilium*.

Ita tamen ut quæcumque aliæ lectiones, vel conſuetudines quavis alia ratione inſtitutæ minime prætermittantur *ibid.*

Capellania an, & quando Eccleſiaſtica, vel laicalis reputanda ſit Vide *pag.*80. §. *quod*.

Capellania poteſt eſſe ſimul eccleſiaſtica, & amovibilis, & etiam cum cura animarum *ibid.*

Et habere etiam juſpatronatus adeo laicale, ut nullum jus ſuper eo Ordinario competat *pag.*165. §. *Capellani*.

Laicalis autem cenſetur ex pluries nominata qualitate laicali *pag.* 163. §. *nullum*.

Ex defectu mentionis dotis, & inſtitutionis *ibid.*

Ex nullibi requiſito Ordinarii conſenſu, & fortius ex ejuſdem expreſſa excluſione *ibid.* §. *ex his*, & *pag.*79. §. *mente*.

Et demum quoties inſpecta teſtamenti littera nihil eſt, quod ad capellaniam Eccleſiaſticam, vel beneficium referatur *pag.* 79. §. *inſpecta*.

In dubio autem ſemper laicalis eſt judicanda *pag.* 163. §. *Nunc*, & *pag.* 165. §. *quæſtio*.

Capellania laicalis effici poteſt Eccleſiaſtica ordinarii auctoritate, ſi ex ultima voluntate, non ex contractu conſtituta ſit *pag.*165. §. *non dubium*.

Intellige petente Patrono, vel hærede fundatoris, & dummodo teſtator alienus non fuerit a capellaniæ eccleſiaſticæ qualitate *pag.*80. §. *Ponderandum*, & *pag.* 165. §. *non dubium*.

Alienus dicitur, ſi defunctus excluſerit ordinarium ab inſtitutione capellanorum *ibid.* §. *alienus*, & §. *Teſtator*.

Vel ſi bona non capellaniæ, ſed capellanis reliquerit *ibid.*

Vel ſi ea reliquerit capellaniæ, ſed expreſſo titulo ſtipendii, & ſalarii capellanorum *ibid.*

Non vero cenſetur alienus, ſi defunctus fuit Eccleſiaſticus *pag.*165. §. *non alienus*.

Vel ſi erectionem capellaniæ demandaverit in certa eccleſia *ibid.*

Vel ſi dotem conſtituerit, & capellaniam pluries beneficium appellaverit *ibid.*

Hæc tamen omnia locum habent in teſtatore, qui intellexerit qualitatem capellaniæ eccleſiaſticæ, ſecus in ruſtico, muliere, & ſimilibus *pag.*80. §. *non*, & *pag.*165. §. *non alienus*.

Capellaniæ titulo poteſt quis ordinari ad ordines ſacros, quatenus illius reditus ſufficiant pro patrimonio ſacro *pag.*121. §. *facti*.

Et dimiſſa capellania, cujus titulo quis tonſuram ſuſcepit, ordinatio ſpectat ad Epiſcopum domicilii cum litteris teſtimonialibus Epiſcopi capellaniæ *ibid.* §. *deniq.*

Capellaniis perpetuis applicatio ſacrorum ſuapte natura annexa eſt *pag.* 113. §. *ſacra*.

Etiamſi de ſola miſſarum celebratione, non autem de applicatione lex data fuerit *ibid.*

Vide *applicatio*.

Capellaniæ bona nequeunt ab Epiſcopo erogari in erectionem canonicatus *pag.* 184. §. *in una Murana*, & §. *in una Maturanen.*

Nec item Epiſcopus poteſt capellanias erigere ex reditibus deſtinatis favore eccleſiæ *ibid.* §. *in una Savonen.*

Capellanus non poteſt pro eodem ſacro eleemoſinam perpetuæ habere, & aliam eleemoſinam pro applicatione favore alterius quærere *pag.* 114. §. *verum*.

Capellanus curatus deputandus eſt, quando parochiani non ſine magno incommodo accedere poſſunt ad eccleſiam parochialem *pag* 176. §. *Alexander*.

Vel quando populus ita numeroſus eſt, ut unus Rector non ſufficiat pro ſacramentis adminiſtrandis *pag.* 91. §. *clariſſima*.

Illique portio aſſignanda eſt arbitrio Epiſcopi ex fructibus ad eccleſiam matricem quomodolibet pertinentibus *ibid.*, & *p.* 176. §. *Alexander*.

Reſervato matrici competenti honore, & facultate rectori eccleſiæ majoris eumdem præſentandi *ibid.*

Sique reditus parochiales non ſufficiunt, compellendus eſt populus ad congruam illi ſubminiſtrandam *pag.*91. §. *clariſſima*.

Capitulum ſine Beneplacito Apoſtolico nequit juri ſuo renunciare *pag.*147. §. *de cauſa*.

Nec poteſt ſuis ſtatutis immutare naturam canonicatuum, & beneficiorum *p.* 15. §. *his itaq.*

Unde talia ſtatuta nulla ſunt, etiamſi ab antiquiſſimo fuerint ſervata *pag.* 16. §. *nec vim*.

Capitulum an teneantur ad celebrationem miſſæ paroehialis, vel potius ejuſdem Vicarius curatus Vide *pag.* 17. §. *de ſacro*.

Et quid ſi capitulum decimas, & oblationes percipiat, & functiones parochiales exerceat *pag.*16. §. *de eo*.

Capitulum tenetur ad contributionem taxæ Seminarii *pag.*37. §. *contra*.

Ce-

Capitulum poteſt facere partitionem contributionis procurationis Epiſcopo ſolvendæ *pag.* 201. §. *conſiderandum*.

Et in caſu controverſiæ, eadem facienda eſt ab Epiſcopo viſitante *ibid.*

Captivi detenti, ac defuncti in arce caſtri S. Angeli ſepelliendi ſunt in eccleſia S. Mariæ Tranſpontinæ *pag.* 23. §. *allegat.*

Caſtitatis votum emittendum eſt a conjuge relicto in ſeculo, adhoc ut alter religionem profiteri valeat *pag.* 319. §. *concilium*.

Intellige ſi ſenex ſit, & omnis incontinentiæ ſuſpicio deſit *ibid.*

Cathedraticum debetur Epiſcopo in honorem Cathedræ Epiſcopalis *pag.* 66. §. *cathedraticum*.

Etiam Epiſcopalis menſa dives ſit *ibid.*

Et jus cathedratici nequit præſcribi, nec remitti ab Epiſcopis *ibid.*

An autem ſolvendum etiam ſit pro beneficiis ſubjective, & cum tituli extinctione monaſterio, vel alteri loco pio unitis Vide *pag.* 66. §. *momentum*.

Celebratio miſſæ injuncta capellaniis perpetuis annexam habet applicationem *pag.* 88. §. *de reductione*, & *pag.* 113. §. *ſacra*, & §. *verum*.

Niſi ex urgentibus conjecturis conſtet contrariam eſſe teſtatoris voluntatem, puta ſi mandata fuerit celebratio pro commodo populi, aut monialium in certa Eccleſia *ibid.*

Vel ſi certum numerum miſſarum pro ſuæ animæ expiatione injunxerit, de aliis vero nihil dixerit, vel arbitrium omne capellano reliquerit *ibid.* §. *vel ſi*.

Vel in cæteris tantum onus orandi pro ſuæ anima injunxerit *pag.* 113. §. *verum*.

Celebratio miſſæ parochialis an capitulo, vel Vicario curato immineat Vide *pag.* 17. §. *de ſacro*.

Tenetur autem Vicarius, ſi percipit omnia emolumenta parochialia tum certa, tum incerta, *pag.* 17. §. *de eo*.

Tenetur vero capitulum, ſi decimas, & oblationes percipit, & functiones parochiales exercet *pag.* 16. §. *de eo*.

Celebratio miſſæ pro populo, ſi ab antiquiſſimo ſemper fuit facta a capitulo, ad eamdem non tenentur Vicarii *pag.* 17. §. *advertendum*.

Celebratio miſſæ primario cenſetur volita, & non ſervitium Chori, quando teſtator dixit: *hi vero Capellani teneantur quotidie celebrare, & canere in choro pag.* 99. §. *non adeo*.

Cenſus impoſitio permitti ſolet pro eccleſia reparanda *pag.* 12. §. *Leodien.*

Cenſuras non incurrit, qui legitime impeditus, Epiſcopali præcepto non paruit *pag.* 101 §. *de I*

Vel ſi vulgaris opinio eum excuſat *ibid.*

Centenaria præſumit quodcumque privilegium exemptionis a juriſdictione Ordinarii *pag.* 94. §. *ad VI*.

Et vincit quodcumque jus ſcriptum, vel juris repugnantiam *pag.* 115. §. *de cætero*.

Civitatis nomine veniunt etiam, qui in territorio, ejuſque vicis, & pagis ſunt *pag.* 72. §. *inquit*.

Maxime ſi teſtator appellavit nomen civitatis verb. gr. *di Gubbio*, nam tunc certum eſt, eos quoque venire, qui e territorio ſunt *ibid.* §. *multo*.

Civis præferendus eſt in concurſu Parochialis, dum de ſui populi cura agitur *pag.* 2. §. *ſecundinus*.

Clauſula *ſupportatis ſingulis, & omnibus oneribus Beneficii* adjici ſolet in unione beneficiorum favore monaſterii, aut alterius locii pii *pag.* 64. §. *contra vero*.

Clericus paſſive vocatus habens omnes qualitates requiſitas a teſtatore non indiget Patroni nominatione *pag.* 47. §. *allegat*.

Et præferri debet quibuſcumque aliis præſcriptas qualitates non habentibus *ibid.*

Etiamſi gradu remotior ſit, & alii ſint proximiores *ibid.* §. *nihil*.

Clericus licet alias rejectus poteſt ex conſtanti, & probata emendatione vitæ admitti ad ordines, & Eccleſiaſtica beneficia *pag.* 123. §. *non autem*.

Quia ad meliora converſum numquam prior vita commaculat *ibid.*

Clericus ſecularis ad ſacros ordines promoveri non debet, niſi conſtet beneficium Eccleſiaſticum pacifice poſſidere ad victum honeſte ſufficiens *pag.* 124. §. *concilium*.

Etiamſi alias ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate *ibid.*

Patrimonii autem titulo nonniſi ii promoveri poſſunt, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate, & commoditate ſuarum eccleſiarum *pag.* 124. §. *concilium*.

Et niſi prius perſpecto, quod patrimonium illud, vel penſio vere ab eis obtineatur, & talia ſint, quæ ad vitam ſuſtentandam ſufficiant *ibid.*

Unde ſi Epiſcopus renuit quempiam patrimonii titulo ordinare, nullus eſt appellationi locus *ibid.*

Clericus criminoſus notorius, & incorrigibilis poteſt privari beneficio *pag.* 49. §. *ſpeciatim*.

Clerus civitatis tenetur ad contributionem taxæ ſeminarii *pag.* 37. §. *contra*.

Communitas tenetur præſtare congruam parocho pro tempore, quo ex ejuſdem communitatis culpa fructus percipere ex bonis parochialibus non potuit *pag.* 168. §. *atq.*

Itemque tenetur refarcire omnia damna propria culpa bonis parochialibus illata *ibid.*

Communitatis contradictio non impedit, quominus præelectus in concursu in possessionem Parochialis immittatur *p.4. §. ad rem*.

Commutationes ultimarum voluntatum non debent fieri, nisi ex justa, & necessaria causa *pag.* 181. *§. profecto*, & *pag.* 182. *§. synodus*.

Et tantum summis imperantibus hoc jus est, quibus leges publicas mutare datum est *ibid.*

Unde solus Pontifex potest commutare ea, quæ Ecclesiis, vel locis piis quæsita sunt *pag.* 182 *§. de rebus*.

Et ad Episcopos tantum spectat earumdem commutationum exequtio *pag.* 182. *§. synodus*.

Hinc Episcopus non potest bona aliarum ecclesiarum addicere pro erigendis Dignitatibus, & præbendis *pag.* 183. *§. sacra*.

Nec ex fructibus debitis Seminario erigere canonicatus *ibid. §. in una*.

Nec ex dote simplicis capellaniæ erigere canonicatus *pag.* 184 *§. in una Murana*.

Nec reditus exuberantes divitum ecclesiarum applicare ecclesiis pauperibus *ibid. §. eodem anno*.

Nec ex reditibus destinatis pro ecclesia parochiali erigere capellanias *ibid. §. in una Savonen.*

Nec canonicatus erigere ex reditibus alicujus ecclesiæ, vel capellaniæ *ibid. §. in una Marturanen.*

Episcopi autem consilium in commutationibus ultimarum voluntatum maxime a Sac. Congregatione attenditur *pag.* 107. *§. quod autem*.

Commutatio denegata est eleemosinæ panis pauperibus relicti pro erigendo præbendariorum collegio *pag.* 60. *§. primum*.

Maxime eleemosinæ pauperum ex contractu promissæ *pag.* 150. *§. Perusina & seq.*

Concordia cum legitimo procuratore, & re matura perpensa inita, exequenda est *p.* 174. *§ communitas*.

Concursu peracto examine, ab examinatoribus renuncietur quotquot idonei visi fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem ecclesiam regendam opportunis *pag.* 4. *§. Synodus*.

Et ex his eum Episcopus eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit *ibid.*

Et illi, & non alteri collatio ecclesiæ ab eo facta, ad quem pertat eam conferre *ibid.*

Nisi clarissime probetur error, fraus, aut dolus *pag.* 2. *§. episcopi*.

Præferendus autem est populo acceptus, velut utilior futurus *pag.* 3. *§. addit*.

Non tamen in prælatione attendi meretur qualitas municipalis *pag.* 2. *§. Grissium*.

Sed indiscriminatim aptior est eligendus *ibid.*

Confessio prior non jurata, non solemnis postponenda est posteriori judiciali, ac jurata *pag.* 139. *§. neque*.

Confraternitates etiam Laicales tenentur ad contributionem procurationis *pagin.* 199. *§. in una Bojanen. ad V. Dub.*

Confraternitatum statuta non possunt aliis confraternitatibus communicari, nisi prius ab Episcopo examinata, & pro ratione loci approbata fuerint *pag.* 121. *§. constitutio*.

Et licet semel approbata, semper tamen subsunt Episcopi decretis, moderationi, & reformationi *ibid.*

Confraternitati beneficæ quilibet potest suum nomen dare *pag.* 119. *§. nec momenti*.

Nec curandum quid alteri inde damni extrinsecus accidat *ibid.*

Congruæ actio favore parochi cessat, si ex bonis parochiæ alimenta sufficientia habuit *pag.* 163. *§. de II.*

Congrua merces assignanda est iis, qui assiduam in choro præstant assistentiam *pag.* 98. *§. inquiunt*.

An autem, & quando sit locus augumento statutæ mercedis Vide *ibid.*

Conjux unus ut religionem profiteri valeat, altero in seculo manente, quatuor conditiones requiruntur *pag.* 156. *§. regula*.

Primo Consensus manentis in seculo? II. ejus senilis ætas: III. ut periculum incontinentiæ desit: IV. ut perpetuum continentiæ votum emittat *ibid.*

Intellige quando matrimonium est consummatum, & unum idemque corpus conjugii copulatione est factum *pag.* 156 *§ regula*.

Secus vero si est tantum ratum, nam tunc solvitur per solemnem professionem religionis alterius conjugis *pag.* 139. *§. concilium*.

Nec necessarius est consensus alterius conjugis *ibid.*

Vide *Matrimonium*.

Conjugum jurato testimonio satis evincitur matrimonium esse tantum ratum, non consummatum *pag.* 139. *§. ambigi*.

Consanguineæ testatoris in distributionibus subsidiorum dotalium præferendæ sunt extraneis *p.* 40. *§. eas nunc*, & *p* 191 *§. sacra*.

Idque ob præsumptam defuncti voluntatem, præsertim dum nobilitate, & paupertate præfulgent *ibid.*

Verum aut agitur de expressa consanguineorum vocatione, & testatoris præsumpta affectio, desinit in decime grada jure civili computando *pag.* 191 *§. communis*.

Nisi aliter conjecturæ suadeant, & verba testatoris perpetuo agnationem, vel familiam respiciant *ibid.*

Aut deest expressa vocatio, solaque naturalis caritas consideratur, & hæc non excedit quartum gradum jure civili computandum *ibid. §. aut vero*.

Ubi autem consanguineis subsidia conceduntur, non solum prælatio datur pro iisdem

iisdem dotibus, sed etiam, ut ea cumulentur ad congruam dotem constituendam *ibid. §. verumtamen.*

Vide *Dotalia subsidia.*

Consensus Patronorum requiritur in quocumque actu voluntario eorumdem interesse involvente *pag. 26. §. de consensu.*

Secus vero in actu necessario *ibid.*

Consensus omnium de capitulo requiritur, quando agitur de jure singulorum canonicorum, & de notorio capituli præjudicio *pag. 147. §. de causa.*

Consuetudo diù servata mutari non debet *pag. 111. §. de onerib.*

Tametsi in melius cessura sit *pag. 119. §. certant.*

Consuetudo centenaria omni jure servanda est *pag. 115. §. consuetudinem.*

Consuetudo immemorabilis præsumit meliorem titulum de mundo *pag. 118. §. ajunt.*

Non tamen attenditur, si non sit probata cum requisitis *glossæ in cap. 1. verbo memoria de præscriptionib. pag. 116. §. contrariam.*

Vel si non sit probata in contradictorio judicio *ibid.*

Vel si ex actibus voluntariis, & facultativis antecedentium Rectorum oriatur *ibid.*

Hinc precario titulo inducta, etiam precario continuata dicenda est, nec præscriptionem inducit *pag. 117. §. Ponderandum.*

Sed constito de initio, ac vero titulo, an locus sit præsumptioni melioris tituli de mundo *ibid. & seq.*

Et an allegatus titulus taxative probatus dici debeat, ita ut locus amplius non sit allegationi præsumpti tituli *ibid. §. maxime & §. ob eam.*

Generaliter tamen sive in linea præscriptiva, sive interpretativa maximi est ponderis *pag. 16. §. accedere.*

Consuetudo maximi est momenti ad dignoscendam qualitatem capellaniæ *pag. 79. §. pro Ecclesiastica.*

Consuetudo vacandi a choro ob corporis necessitatem non est aliena a juris dispositione *pag. 202. §. consuetudidem.*

Consuetudo non contribuendi Procurationi solvendæ Episcopo non attenditur *pag. 200. §. fac. Congr. & seq.*

Intellige si ab aliquo tantum Procuratio solvatur, secus vero si consuetudo sit, ut nihil Episcopo solvatur *ibid. §. nec non.*

Item improbatur quælibet consuetudo irrationabilis, vel quæ alteri damnosa est *pag. 121. §. de consuetudine.*

Consuetudo excluditur, si solvens expresse sibi servet jura agendi contra quos de jure *pag. 197. §. allegat.*

Contradictio unius de Capitulo sufficit, quando agitur de jure singulorum canonicorum, & de notorio Capituli præjudicio *pag. 147. §. de causa.*

Controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, nequæ tractari, neque exquiri veritas potest, quam inspectis, & cognitis testamenti verbis *pag. 61. §. certa.*

Convictrices degentes in Monasterio tenentur sacramenta a Parocho recipere *pag. 65. §. alia ex.*

Itemque in parochiali Ecclesia sunt tumulandæ *ibid. ad IV.*

D

DAmni actio cessat, si damnum defuit *pagin. 167. §. de II.*

Et damna ab ea sarcienda sunt, qui eorumdem fuit auctor *pag. 167. §. de III.*

Non autem attenditur damnum alteri obveniens, ex quo quis jure suo utatur *pag. 119. §. nec momenti.*

Decimæ sacramentales debentur Parocho in compensationem laboris administrationis sacramentorum *pag. 84. preterea.*

Unde solvendæ sunt parochiali ecclesiæ, a qua sacramenta percipiuntur *p. 85. §. juris.*

Vel illi Parocho, intra cujus parochiæ limites assidua, diuturnaque mora trahitur *pag. 84. §. præterea.*

Nec potest parochianus pro suo libito jura decimarum Parocho auferre *pag. 85. §. nullius.*

Declaratio prior non jurata, nec solemnis postponenda est posteriori judiciali, ac solemni *pag. 139. §. neque.*

Decretum Episcopi nec rite, nec recte factum, abrogandum est *pag. 118. §. suum.*

Editum tamen in sacra visitatione, pro lege totius diœcesis habetur *pag. 168. §. contra.*

Et obligat omnes, & singulos in Diœcesi existentes *ibid.*

Delegato Apostolico Sacram visitationem Diœcesis habenti debentur omnes expensæ victus, vecturæ, & similia *pag. 159. §. non veniunt.*

Demonstrativum censetur legatum, quando incipit ab onere, & inde sequitur assignatio fundi, vel quantitatis *pag. 171. §. demonstrative.*

An & quando taxativum, vel demonstrativum dicatur Vide *pag. 173. §. videri.*

Vide *Legatum.*

Dies festi alii sunt universæ ecclesiæ communes, alii singulares, qui ex pietate populorum aliquibus in locis inducti sunt *pag. 43. §. distinguendum.*

Dismembratio ecclesiarum est ecclesiasticis legibus odiosa *pag. 195. §. communitas.*

Nec permittenda, nisi simul concurrat necessitas, & utilitas, & quod nonnisi per divisionem provideri valeat *ibid.*

Hinc fit locus, quando parochiani non sine

ſine magno incommodo accedere poſſunt ad Eccleſiam parochialem *pag.* 176. §. *Synodus.*

Puta ob diſtantiam locorum, etiamſi minor ſit duorum milliarium *pag.* 194 §. *neceſſariam.*

Ob difficultatem itineris, & interſectionem viæ a torrente, vel aquis *ibid.*

Et quoties poſſibilis eſt deceſſus parochianorum ſine ſacramentis *ibid.*

Et generaliter quoties neceſſitas, vel animarum utilitas urget *ibid.* §. *in hiſce p.* 174. §. *neceſſariam, & pag.* 175. §. *addunt.*

Novo autem Paracho congrua aſſignanda eſt ex fructibus ad eccleſiam matricem pertinentibus *pag.* 176. §. *Synodus.*

Sique reditus parochiales impares ſint, tunc compellendi ſunt parochiani *ibid.*

Diſmembrationes eccleſiarum aliquando a S. Congregatione permiſſæ ſunt *pag.* 176. §. *ſacra.*

Sed ſemper primo quæſivit de congruæ quantitate *ibid. de congrua.*

Nec non de perpetua obligatione populi ad eam congruam omni caſu ſupplendam *ibid.*

Denegavit aliquando, & præſertim ſi neceſſitati ſatis conſultum ſit cum capellano coadjutore *ibid.* §. *denegavit.*

Etiamſi populus ſtipendium novi parochi ſponte offerat *ibid.*

Diſpenſatio conceſſa eſt viro ſuſcipiendi Ordines ſacros de conſenſu uxoris, verificata viri ætate annorum 62. & ætate uxoris 58. *pag.* 159. §. *ſacra.*

Emilio tamen per uxorem voto caſtitatis, & ceſſante ſuſpicione incontinentiæ *ibid.*

Diſtributio candelarum in die Purificationis B.M.V. inducta eſt ex conſuetudine *pag.* 8. §. *de VII.*

Sed ex perpetuo uſu Italiæ neceſſario eſt ſervanda *ibid.*

Diſtributio panis facienda pauperibus non eſt commutanda pro collegio præbendariorum erigendo *pag.* 60. §. *primum.*

Tantoque minus ſi ex contractu facienda ſit *pag.* 150. §. *Peruſina & ſeq.*

Diſtributionum duæ ſunt ſpecies in eccleſia Segobricen., aliæ canonicales, quæ medietatem fructuum comprehendunt *pag.* 9. §. *Segobricen.*

Aliæ manuales, ſeu minutæ, quæ tantum dantur præſentibus, & intereſſentibus. *ibid.*

Diſtributionum nomine proprie non veniunt diſtributiones canonicales, quæ locum tenent præbendæ *pag.* 11. §. *advertendum.*

Sed eæ tantum, quæ ratione ſervitii per punctos, & punctaturas deſignantur, ita ut major, vel minor ſit portio uniuſcujuſque, uti magis, vel minus inſervierit *ibid.*

Unde diſtributiones tantum debentur iis, qui ſatis horis interſunt *pag.* 12. §. *concilium, & §. Bonifacius.*

Et abſentes quavis colluſione, aut remiſſione excuſa his carere debent *ibid.*

Niſi infirmitas, ſeu juſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut evidens Eccleſiæ utilitas excuſet *pag.* 11. §. *Bonifacius.*

Hinc integre debentur canonicis infirmis *pag.* 9 §. *veteri, & pag.* 12. §. *præterea, & pag.* 69. §. *nec.*

Sive intra, ſive extra civitatem morentur *pag.* 9. §. *veteri.*

Etiamſi contrarium eſſet eccleſiæ ſtatutum, quia velut irrationabile improbatur *pag.* 12. §. *præterea.*

Divortium Vide *matrimonium.*

Doctor in jure canonico ex gratia admiſſus etiam fuit ad alleſquendam præbendam theologalem *pag.* 144. §. *anno.*

Domicilium ut contrahatur ad effectus civiles, privilegia, & leges municipales requiritur, quod ſit decennale *pag* 84. §. *nihil.*

Secus quoad ſubjectionem Parocho, favore cujus ſola habitatio per majorem anni partem ſufficit, etiam ſine animo ſemper habitandi *ibid.*

Animus autem acquirendi domicilium probatur, ſi alio ſe tranſtulit, ibi domum ædificavit, & majori anni parte cum ſua familia moratus eſt *pag* 84. §. *dubitari.*

Niſi ad villam ruſticandi, & ruralium officiorum cauſa tantum commigraverit *pagin.* 84. §. *in ipſa.*

Numquam autem nativum domicilium derelictum cenſetur, ſi parochiæ nativæ ſemper decimas præſtitit *pag.* 83. §. *capitulum.*

Etiamſi animi, & valetudinis cauſa alibi octo annis moratus fuerit *ibid.* §. *maxime.*

Domicilium quando duplex eſt, illud præferri debet, in quo ſacramenta defunctus percipiebat *pag.* 84. §. *maxime.*

Nec inſpiciendum eſt tempus vel majus, vel minus, quo unam, vel alteram domum inhabitabat *ibid.* §. *neq.*

Domicilia duo habens, ſi ſepulturam in tertia eccleſia elegerit, canonica portio inter illas parochias dividitur; in quibus par domicilium eſt *pag.* 24. §. *ponderandum.*

Sin vero non elegerit, in illa, qua decedit, ſepelliendus eſt, & emolumenta æque inter eaſdem dividuntur *ibid.*

Synodo vero Piſaurenſi cavetur, quod qui duas habet domos in diverſa parochia, in quibus alternative habitat, in ea ſacramentum paſchale ſuſcipiat, qua per notabile tempus circa Paſcha moratur *pag.* 85., §. *in Synodo.*

Sin vero æquali tempore, & alternis diebus, illud ſuſcipiat, qua pernoctare conſuevit *ibid.*

Dotalium ſubſidiis præferendæ ſunt conſanguineæ teſtatoris *pag.* 191. §. *ſacra.*

Et prælatio non ſolum conceditur pro iiſdem dotibus, ſed etiam ut hæ cumulentur ad dotem congruam conſtituendam *ibid. §. veruntamen*.

Et quantitas aſſignandæ dotis aliquando præfigi ſolet a S. Congregatione *ibid. §. iis vero*.

Aliquando remittitur arbitrio Ordinarii *ibid. §. iis vero*.

In prælatione autem conſanguinearum diſtinctio eſt, aut teſtator prætulit conſanguineas, & tunc uſque ad decimum gradum jure civili præferuntur *ibid. §. comunis*.

Immo uſque in infinitum, ſi teſtator perpetuo agnationem, aut familiam reſpexit *ibid.*

Aut vero deeſt vocatio, & ſola naturalis caritas conſideratur, & hæc non excedit quartum gradum jure civili computandum *ibid. §. aut vero*.

Dotes reverſæ aliis ſubrogandis puellis dari debent *pag.* 178. *§. multo, & pag.* 179. *§. cæterum*.

Intellige ſi puellæ ante matrimonium deceſſerunt, vel juſtis de cauſis ſubſidio dotali ſint privatæ *ibid. §. cæteri*.

Quia hoc caſu nominatio non dicitur effectum habuiſſe, ideo novæ nominationi fit locus *ibid.*

Secus ſi dotes jam fuerunt ſolutæ, & revertantur ad loca pia ob defectum puellarum, quia hoc caſu amplius non ſunt diſtribuendæ *ibid. §. aut dotes*.

Niſi tamen aliud a teſtatore cautum ſit, vel peculiari lege ſtatutum, aut legitima conſuetudine firmatum *ibid.*

Dubiis ſemper benigniora ſunt præferenda *pag.*165. *§. quæſtio*.

Et in obſcuris ſemper, quod minimum eſt, præſtandum *ibid.*

Dubio propoſito *an conſtet de irregularitate*, ſæpius S. Congregatio reſcripſit *pro diſpenſatione ad cautelam pag.* 102. *§. ſacra*.

E

Ecleſiæ ſeculares non ſunt regularibus monaſteriis uniendæ *pag.* 55. *§. codic.*

Eccleſiæ parochialis præjudicium ſufficiens cauſa non eſt, ut taxa funeralis, quæ ſemper in diverſa ſumma a confraternitatibus exacta eſt, ad æqualitatem redigatur *p.*118. *§. Civitatis caſtellanæ*.

Eccleſiæ parochiali, qua quis ſacramenta percipit, debentur decimæ ſacramentales *pag.* 85. *§. juris*.

Eccleſiæ parochiales etiamſi juriſpatronatus ſint, reſici, & inſtaurari debent ex fructibus, & proventibus quibuſcumque ad eaſdem eccleſias quomodolibet pertinentibus *pag.*82. *§. Synodus*.

Sique impares ſint, tenentur contribuere patroni, & alii, qui fructus aliquot ex dictis eccleſiis percipiunt *ibid.*

Et in horum defectum parochiani omnibus remediis opportunis cogi poſſunt qualibet appellatione, exemptione, & contradictione remota *ibid.*

Sique omnes nimia egeſtate laborant, ad matrices, ſeu viciniores eccleſias transferuntur *ibid.*

Cum facultate tam dictas parochiales, quam alias eccleſias dirutas in prohanos uſus non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi *ibid.*

Quæ autem neceſſaria cauſa requiratur pro eccleſiis deſtruendis, ac transferendis Vide *pag.*18. *§. de eccleſiis*.

Eccleſiæ fabricæ jam cæpta omnino perficienda eſt *pag.*82. *§. neceſſariam*.

Et ad eamdem perficiendam omnia poſthabenda ſunt *ibid.*

Hinc pro ejuſdem perfectione aliquando applicata ſunt ſubſidia dotalia *pag.*14. *§. quæ ſanait, & pag.*83. *§. ad neceſſariam*.

Aliquando fructus duorum annorum cujuslibet canonicatus, & præbendæ vacantis *pag.*12. *§. Leodien. pag.*13. *§. Parochianos, & pag.*83. *§. aliquando*.

Aliquando etiam legata miſſarum *p.* 14. *§. quæ ſunxit*.

Et pluries pro eccleſia reparanda permitti ſolet cenſus impoſitio *p.*12. *§. Leodien.*

Eccleſiarum diſmembratio eſt eccleſiaſticis legibus odioſa *pag.*195. *§. Communitas*.

Ex quibus autem cauſis concedi ſoleat Vide *pag.*174. *§. neceſſariam, & pag.* 175. *§. addunt*.

Novo autem Parocho congrua præſtanda eſt ex fructibus ad eccleſiam matricem pertinentibus *pag.*176. *§. Synodus*.

Sique reditus parochiales impares ſint, tunc compellendi ſunt parochiani ad contribuendum *ibid.*

Denegari autem ſolet, quando animarum neceſſitati ſatis conſultum eſt per deputationem capellani coadjutoris *pag.*196. *§. denegavit*.

Etiamſi populus ſtipendium novo parocho ſponte offerat *ibid.*

Vide *Capellanus, & diſmembratio*.

Eccleſiis cathedralibus, vel collegiatis habentes dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, non licet vigore cujuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis ultra tres menſes ab iiſdem eccleſiis quolibet anno abeſſe *pag.*203. *§. ſacroſancta*.

Salvis tamen earum eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſervitii tempus requirunt *ibid.*

Unde abrogatæ ſunt omnes conſtitutiones, & conſuetudines, quæ longiorem vacationem ultra tres menſes dabant *ibid.*

Eæ vero retentæ, quæ longius ſervitii tempus requirunt *ibid.*

Vide *Canonici. Reſidentia.*

Eleemoſina faciendæ pauperibus in vim contractus eſt ſervanda, nec debet commutari *pag.*150. §. *Perufina.*

Eleemoſinam perpetuæ habens pro celebratione miſſarum, tenetur pro fundatore miſſam applicare *pag.*114. §. *verum.*

Eleemoſina miſſarum augeri poteſt ultra manualem, quando nullus ſacerdos inveniri poteſt, qui eaſdem miſſas celebret *pag.* 25. §. *ſacra.*

Emolumenta funebria debentur parocho domicilii *pag.*85. §. *de emolumentis.*

Etiamſi in Parochiali eccleſia numquam alimenta perceperit *ibid.*

Habentis vero duas parochialias adjudicanda ſunt parocho, qui viventem ſacramentis refecit *pag.*84. §. *hinc.*

Emolumenta cujuſvis generis, & ſpeciei debentur canonico infirmo *pag.*11. §. *ſacra.*

Epiſcopus habet privilegium inſertum in corpore juris utendi opera duorum canonicorum ſive cathedralis, ſive collegiatæ eccleſiæ *pag.*137. §. *ſacra, & pag.* 237. §. *celebres.*

Et hi habentur tamquam præſentes, & fructus præbendarum integre percipiunt *pagin.*37. §. *celebres.*

Quia Epiſcopo inſerviens ipſi eccleſiæ inſervit *ibid.*

Non habent tamen diſtributiones quotidianas *pag.*137. §. *ſacra.*

Si vero omnes fructus diſtributionibus conſtant, tunc percipere debent duas tertias illarum partes, amiſſa tertia, quæ inſervientibus accreſcat *ibid.*

Idque procedit, etiamſi capitulum diſſentiat *pag.*135. §. *eamque.*

Immo etiamſi adſint peculiares leges, & conſtitutiones capituli de reſidendo apoſtolica auctoritate firmatæ *ibid.*

Et etiamſi agatur de ipſis canonicis exemptis *ibid.*

Epiſcopi poſſunt in omnibus eccleſiis parochialibus, quibus populus ita numeroſus eſt, ut unus rector non ſufficiat ſacramentis adminiſtrandis, cogere rectores, ut tot ſacerdotes ſibi adjungent, quot ſufficiunt ad miniſtrandam ſacramenta *p.*91. §. *clariſſima.*

In his vero, quibus ob locorum diſtantiam, vel difficultatem parochiani ſine magno incommodo ad percipienda ſacramenta, & divina officia audienda accedere non poſſunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, conſtituere poſſunt *ibid.*

Et novis parochis aſſignanda eſt portio arbitrio Epiſcopi ex fructibus ad eccleſiam matricem quomodolibet pertinentibus *ibid.*

Sique neceſſe fuerit compellere poſſunt Epiſcopi populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiunt ad vitam dd. ſacerdotum ſuſtentandam *ibid.*

Adverte diſmembrationem parochiarum eccleſiaſticis legibus odioſam eſſe *pag.* 195. §. *communitas.*

Nec permittenda, niſi ſimul concurrat neceſſitas, & utilitas, & quod nonniſi per diviſionem provideri valeat *ibid.*

Epiſcopus invigilare debet, ut teſtatorum piæ voluntates impleantur *pag.* 95 §. *Jus Epiſcoporum.*

Quia ſunt executores omnium piarum diſpoſitionum tam in ultima voluntate, quam inter vivos *pag* 95. §. *concilium*, & *pag.*182. §. *ad Epiſcopos.*

Sique tempus lapſum ſit a teſtatore præfinitum pro opere pio complendo, Epiſcopus debet per ſe bonis relictis opus implere *ibid.*

Et ſtatuere adminiſtratores dicti Operis pii; remotis penitus iis, quibus onus erat opus implendi, & adminiſtratores deputare *ibid.*

Idque intellige de quacumque ædificatione eccleſiarum, hoſpitalium, Orphanotrophorum, Procotrophiorum, & quacumque alia actione pia a teſtatore ordinata *ibid.*

Epiſcopus nullum jus habet ſuper hoſpitale Ordinarii auctoritate non erectum, præter viſitationem, & redditionem rationis *p.*94. §. *ad VI.*

Præſertim ſi ſpatio centum annorum nullum aliud jus Epiſcopus exercuerit *ibid.*

Sed habet jus viſitandi hoſpitalia *pag.*95. §. *Concilium.*

Et præſcribendi ea omnia, quæ ad Dei cultum, & animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt *ibid.*

Non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili *ibid.*

Epiſcopi in qualibet cathedrali erigere debent canonicatum theologalem *pag.* 14. §. *Concilium.*

Epiſcopus cogere poteſt etiam per ſubtractionem fructuum canonicos theologos, ut Sac. Scripturæ expoſitionem, & interpretationem habeant *ibid.*

Sin vero inidonei fuerint tenentur per idoneum ſubſtitutum ab ipſis Ordinariis eligendum *ibid.*

Idque ne *cæleſtis ille theſaurus ſacrorum librorum, quem Spiritus S. hominibus tradidit, neglectus jaceat ibid.*

Poterit hinc Epiſcopus etiam per aſſignationem fructuum de capituli conſilio ita providere, ut ipſa S. ſcripturæ lectio habeatur *ibid.*

Ita tamen ut quæcumque aliæ lectiones, vel conſuetudines quavis alia ratione inſtitutæ propter id minime prætermittantur *ibid.*

Sin vero proventus tenues ſint, & exigua eſſet Cleri, & populi multitudo, ut theologi

lectio in eis comode haberi non poſſit, ſaltem magiſtrum habeant *ibid.*

Et remittitur arbitrio Epiſcopi tempus, hora, modus, & materia a theologo legenda *pag.* 142. §. *affirmat pag.* 144. §. *ſacra*, & 145. §. *In una*.

Vigilantiæ Epiſcopi eſt efficere, ut lectioni per canonicum theologum faciendæ interveniant omnes canonici, & cæteri eccleſiæ presbiteri *pag.* 146. §. *advertendum*.

Et Epiſcopus contra renuentes canonicis remediis procedere poteſt *ibid.*

Epiſcoporum præcipuum munus eſt diœceſim viſitare per ſe *pag.* 198. §. *præcipuum*.

Eamdemque vel ſaltem ejus majorem partem per ſe ipſos facere quotannis tenentur *ibid.*

Sin tamen legitime impediti fuerint, tunc per ſuum Vicarium Generalem, aut viſitatorem explere tenentur *ibid.*

Cavere tamen debent, ne inutilibus expenſis cuique graves ſint, & oneroſi *p.* 198. §. *Illud*.

Nec ejuſdem familiares quidquam etiam pro viſitatione territoriorum accipere poſſunt *ibid.*

Unde nec pecuniam, nec munera licet ſponte oblata accipere permittitur *ibid.*

Non obſtante etiam quacumque contraria conſuetudine *ibid.*

Exceptis tamen victualibus moderate miniſtrandis *ibid.*

Quid percipere valeant in viſitatione Vide *Viſitatio*.

Epiſcopus tantum poteſt exequi, non vero concedere commutationes ultimarum voluntatum *pag.* 182. §. *Synodus*.

Hinc non poteſt bona aliarum eccleſiarum addicere pro erigendis dignitatibus, & præbendis *pag.* 183. §. *ſacra*.

Nec ex fructibus debitis ſeminario erigere canonicatus *ibid.*

Nec pariter ex dote ſimplicis capellaniæ erigere canonicatus *ibid.* §. *in una*.

Nec reditus exuberantes divitum eccleſiarum applicare eccleſiis pauperibus *ibid.* §. *eodem anno*.

Nec ex reditibus deſtinatis aræ maximæ eccleſiæ parochialis erigere capellania *ibidem* §. *in una Savonen.*

Nec canonicatus erigere ex reditibus alicujus eccleſiæ, vel capellaniæ *ibid.* §. *in una Marturanen.*

Epiſcopi tamen conſilium in commutationibus ultimarum voluntatum maximi eſt æſtimandum *pag.* 107. §. *quod autem*.

Epiſcopo debetur cathedraticum in honorem cathedræ epiſcopalis *pag.* 66. §. *Cathedraticum*.

Etiamſi epiſcopalis menſa dives ſit *ibid.*

Et hoc jus nequit præſcribi, neque remitti ab ipſis Epiſcopis *ibid.* §. *an præſcribi.*

Epiſcopus nequit imminuere jura patronorum *pag.* 163. §. *quemadmodum*.

Poteſt tamen petente hærede fundatoris, vel Patrono capellaniam laicalem in eccleſiaſticam erigere *pag* 165. §. *non dubium.*

Dummodo tamen ex ultima voluntate conſtituta ſit, & teſtator non fuerit alienus a qualitate eccleſiaſtica *ibid.*

Vide *Capellania*.

Epiſcopus poteſt ſemper moderari, ac corrigere ſtatuta confraternitatum *pagin.* 121. §. *conſtitutio*.

Etiamſi antiquiſſima ſint, & ab Epiſcopis approbata *ibid.*

Epiſcopus Diœceſana Sinodo nequit reducere onera miſſarum in limine fundationis impoſita *pag.* 183. §. *rem*.

Sed pro his reducendis, ac moderandis ad S. Apoſtolicam recurri debet *ibid.*

Epiſcopus poteſt clericum titulo capellaniæ ad ſacros Ordines promovere, dummodo illius reditus ſufficiant pro patrimonio ſacro *pag.* 121. §. *facti*.

Cum litteris tam n teſtimonialibus Epiſcopi domicilii *ibid.*

Patrimonii autem titulo nonniſi ii promovendi ſunt, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate, & comoditate ſuarum eccleſiarum *pag.* 124. §. *concilium*.

Et niſi prius perſpect), quod patrimonium illud, vel penſio vere obtineatur, & ſufficiat ad vitam ſuſtentandam *ibid.*

Sique Epiſcopus renuat quempiam titulo Patrimonii ordinare, nullus eſt appellationi locus *ibid.*

Epiſcopus debet cogere eos, qui de jure tenentur ad Fabricæ eccleſiæ reſtaurationem, antequam extraordinaria remedia proponat *pag.* 185. §. *poſtea*.

Epiſcopus nequit in loco exempto litteras citatoriales mittere *pag.* 101. §. *de I.*

Nec cenſuris eum multare, qui in loco exempto iiſdem non paruit *ibid.*

Epiſcopi decretum non rite, neque ordine factum abrogandum eſt *pag.* 118. §. *ſuum*.

Epiſcopi judicium plurimi eſt æſtimandum *pag.* 54. §. *eſſe æquitati*, & *p.* 203. §. *accedere.*

Præſertim in controverſiis proceſſionum *pag.* 116. §. *ad hæc*.

Et circa prælectum in concurſu parochialium *pag.* 2. §. *Epiſcopi*.

Examinandi ſunt formiter teſtes deponentes de celebratione matrimonii *pag.* 138. §. *Camerinen.*

Sique in examine facto in partibus inconſtantes videntur, novum examen decernitur in Urbe *ibid.* §. *paritum*.

Examinatores concurſuum tenentur renunciare quotquot idoneos judicaverint ætatæ, moribus, doctrina, & aliis rebus ad vacantem eccleſiam regendam opportunis *pag.* 4. §. *Synodus*.

At-

Atque ex hii Epiſcopus eum eliget, quem cæteris idoneiorem judicaverit *ibid.*

Exemptio a juriſdictione Ordinarii præſumitur per centenariam *pag.* 94. §. *ad VI.*

Et in loco exempto non ſunt attendendæ litteræ ciratoriæ Epiſcopales *pag.* 101. §. *etenim.*

Etiamſi eadem exemptio adhuc controverſa fuerit *ibid.*

Exemptio paſſiva collegiatæ eccleſiæ non impedit quominus Epiſcopus poſſit unum ex ejuſdem canonicis aſſumere in ſui ſervitium *pag.* 137. §. *Ponderandum.*

Exemptio quælibet monaſterio conceſſa inepta eſt ad pacta irritanda in fundatione adjecta *pag.* 65. §. *hinc.*

Executio litterarum apoſtolicarum, quæ verificatæ ſunt, non eſt retardanda *pag.* 2. §. *ait.*

Præſertim ne viduata eccleſia mercenariis relinquatur *ibid.*

Expenſæ litis ſubminiſtrandæ ſunt, ſi bonum jus cum paupertate concurrat *pagin.* 95. §. *ad X.*

Et aliquando ſubminiſtratę fuerunt etiam in conſpicua ſumma ſcut. 300. *ibid.*

Expenſæ litis ſubminiſtrandæ ſunt pauperi mulieri ad tuendam validitatem matrimonii *pag* 138. §. *Camerinen.*

Ejuſque taxatio arbitrio D. Secretarii relinquitur *ibid.*

Expenſæ litis pro bonis capellaniæ vindicandis reficiendæ ſunt ex ipſis bonis vindicatis *pag.* 54. §. *id quidem.*

F

FAbrica eccleſiæ jam cæpta omnino perficienda eſt *pag.* 82. §. *neceſſariam.*

Et pro ejus dem perfectione non debent canonici ſua congrua ſuſtentatione privari *pag.* 13. §. *reparandas.*

Aliquando favore ejuſdem applicata ſunt ſubſidia dotalia *pag.* 83. §. *ad neceſſariam*

Aliquando fructus duorum annorum cujuslibet canonicatus, & prædendæ vacantis *ibid.* §. *aliquando, & pag.* 12. §. *Leodien. & pag.* 13. §. *Parochianos.*

Aliquando cenſus paſſivi impoſiti *p.* 12. §. *Leodien.*

Antequam tamen deveniatur ad extraordinarium remedium, ſolet S. Congregatio injungere Epiſcopo, ut cogat quos de jure *pag.* 185. §. *poſtea.*

Vide *Eccleſia.*

Facultas diſponendi non importat poteſtatem evertendi opus, quod teſtator perpetuum voluit *pag.* 104. §. *Colonien. per tot.*

Feſto Purificationis B.M.V. inducta eſt ex conſuetudine diſtributio candelarum *pag.* 8. §. *de VII.*

Sed ex perpetuo uſu Italiæ, neceſſario eſt ſervanda *ibid.*

Feſtorum nomine veniunt tum ii, qui univerſæ eccleſiæ communes ſunt, tum qui ſingulariter ex pietate populorum certis in locis ſervatur *pag.* 43. §. *diſtinguendum.*

Hinc canonici, qui tenentur omnibus diebus feſtis choro intereſſe, tenentur quoque intervenire illis feſtis particularibus, quibus onus eſt tantum audiendi miſſam, licet opera ſervilia permiſſa ſint *pag.* 45. *ad II. Dub.*

Firmatione ſtatus hæreditarii, ſi partes non conveniunt, injungitur curiæ, ut partibus monitis eumdem ſolemniter faciat *pag.* 60. §. *interea.*

Fornix eccleſiæ parochialis reficienda eſt a parocho, qui pingues habet parochiæ redditus *pag.* 6. §. *ad VI.*

Et Parochiani tantum tenentur in ſubſidium *ibid.*

Fructus præbendarum integre debentur canonico aſſumpto ab Epiſcopo in ſui ſervitium *pag.* 137. §. *celebres.*

Functiones parochiales in Eccleſia parochiali prælative fieri debent a Parocho *pag.* 116. §. *contra.*

Inter functiones autem parochiales recenſentur proceſſiones *pag.* 116 §. *ambigi.*

Nec tenetur parochus invitare ſacerdotes parochianos prælative ad exteros *pag.* 7. § *de II. ponderandum.*

Fundationis pacta numquam cenſentur ſublata per quamcumque exemptionem licet ampliſſimam *pag.* 65. §. *hinc.*

Fundator an poſt beneficium erectum poſſit nova onera injungere, Vide *pag.* 87. §. *de novis.*

Alienus cenſetur a capellania eccleſiaſtica, ſi Ordinarium excluſerit ab inſtitutione capellanorum *pag.* 80. §. *alienus*

Vel ſi bona non capellaniæ, ſed capellanis reliquerit *ibid.*

Vel ſi ea reliquerit capellaniæ ſed expreſſo titulo ſtipendii, & ſalarii capellani *ibid.*

Vide *Capellania.*

Funebria emolumenta debentur Parocho domicilii *pag.* 85. *de emolumentis.*

Etſi in parochiali eccleſia numquam ſacramenta percepit *ibid.*

Sin vero quis duo domicilia habuerit, & in tertia eccleſia ſepulturam elegerit, tunc dividuntur emolumenta inter Parochias, quibus par domicilium eſt *pag.* 24. §. *ponderandum.*

Sin vero non elegerit, tunc ſepelliendus eſt in illa, qua decedit, & emolumenta pariter æque dividuntur inter Parochos *ibid.*

Funeralis taxa ſi ab immerabili in diverſa quantitate ſoluta ſit a confraternitatibus, an æquanda ſit ob præjudicium eccleſiæ pa-

ro-

rochialis, & unius ex Sodalitis *pag.* 118. §. *Cruciatis Caſtellanæ per tot.*

G

GRadu remotior paſſive vocatus, non extant proximiore idoneo, ſit jure ſuo proximior *pag.*47. §. *nihil*.

Gratia obreptitia, vel ſubreptitia cenſetur dolo extorta *pag.*178. §. *adminiſtratores*.

Ideoque non eſt exequenda, ſed abroganda *ibid.*

Generales Ordinum in capitulis generalibus nequeunt reducere onera miſſarum *pag.*183. §. *rem*.

Sed pro reductione recurrendum eſt ad Sedem Apoſtolicam *ibid.*

H

HAbitatio materialis ſpectanda eſt pro parochialitate aquirenda *pag.* 84. §. *maxime*.

Dummodo tamen non habeatur cauſa recreandi animi, vel ruſticandi, vel gerendi negotia *pag.*85. §. *certa*.

Hæres fundatoris petere poteſt, ut capellania laicalis efficiatur eccleſiaſtica *pag.*80. §. *ponderandum*.

Intellige quoties capellania erecta ſit ex ultima voluntate, & non contractu *ibid.*

Et dummodo teſtator non fuerit alienus a qualitate eccleſiaſtica *ibid.*

Ex quibus autem dignoſcatur fundatorem fuiſſe alienum vel non a qualitate eccleſiaſtica Vide *pag.*86. §. *alienus*.

Vide *Capellania*.

Hæredes nihil aliud præſtare tenentur præter id, quod teſtator injunxit *pag.* 170. §. *inquiunt*.

Hæredes non poſſunt variare opus pium a teſtatore volitum in perpetuum *pag.* 103. §. *inquit*.

Hoſpitale Ordinarii auctoritate non erectum non ſubditur Ordinario præter viſitationem, & redditionem rationis *pag.* 94. §. *ad VI*.

Præſertim ſi ſpatio centum annorum nullum aliud Epiſcopus exercuerit *ibid.*

Hoſpitali jam conſtituto ſi teſtator hæreditatem reliquerit, videtur voluiſſe pinguius priora onera impleri, non vero priſtina onera hoſpitalis tollere *pag.* 151. §. *Teſtator*.

Maxime ſi abundantes ſuæ hæreditatis fructus in certam piam cauſam impendi voluit *ibid.*

Unde hæreditatis fructus nonniſi in ſubſidium tenentur ad alimoniam pauperum *ibid.*

Hoſpitalia S. Joannis de Deo non tenentur ad contributionem taxæ ſeminarii *pag.* 37. §. *ſuper*.

I

INdultum abeſſendi conceſſum canonico infirmo ſuffragatur etiam pro laudemiis, quindenniis capitulis, anniverſariis, aliiſque functionibus eccleſiaſticis in eccleſia peragendis *pag.*11. §. *ſacra*.

Indultum abeſſendi ultra tres menſes, quibus ex cauſis canonicis concedi ſolcat Vide *p.*34. §. *ſacra*.

Et quæ clauſulæ in iiſdem indultis adjiciantur *pag.*43. §. *cum daretur*.

Vide *Abeſſendi indultum, & Canonici*.

Infirmitas habitualis a canonico adducta ad effectum abeſſendi a choro, cum impugnaretur, quid ſtatutum fuerit Vide *pag.* 70. §. *partes*.

Infirmus canonicus lucratur omnes beneficii fructus, ac etiam quotidianas diſtributiones *pag.*12. §. *præterea & pag.*69. §. *nec*.

Sive intra, ſive extra civitatem moretur *pag.*9. §. *veteri*.

Etiamſi contrarium eſſet ſtatutum capituli *pag.*12. §. *præterea*.

Quia hujuſmodi ſtatutum velut irrationabile, & contra bonum eccleſiæ ſemper fuit a S. Congregatione rejectum *ibid.*

Item habet jus accreſcendi earum diſtributionum, & communium, quæ ob abſentiam, & vacationem canonicorum intereſſentibus accreſcunt *pag.*11 §. *ſacra*.

Ac lucratur omnia emolumenta cujuſvis generis, & ſpecici communia nuncupata, ac etiam victualia, & candelas *ibid.*

Unice exceptis anniverſariis, aliiſque obventionibus non fixis, in quibus diverſimode fuerit a teſtatore diſpoſitum *ibid.*

Intereſſentibus choro quotidie, congrua merces aſſignanda eſt *pag.*98. §. *inquiunt*.

An autem, & quando ſit locus augumento ſtatutæ mercedis Vide *pag.* 97. §. *Bononien. per tot.*

Interpretatio mentis teſtatoris facienda eſt ex ipſo contextu, & tenore ſcripturæ *pag.*61. §. *certa*.

Retentis tamen verbis ipſis, ac quantum fieri poteſt propria eorumdem verborum ſignificatione *ibid.*

Quæ non ſunt capienda pro arbitrio, & conſilio proprio interpretantis, qui ſuo ingenio teſtamentum novum faciat ex intolerantia legum, & receptarum doctrinarum *ibid.*

Verba autem non ſunt interpretanda de caſu ad caſum *pag.* 103. §. *adjicit*.

Præſertim ad evertendum id, quod teſtator principaliter voluit *ibid.*

Nec

Nec eà interpretatio capienda, per quam ſubita contradictio, & correctio naſcatur *pag.*103. §. *perperam*.

Latior autem interpretatio in iis habenda eſt, quæ favorem reſpiciunt, ſtrictior vero in iis, quæ odium habent *pag.* 74. §. *cæterum*.

Invitandi non ſunt ſacerdotes Parochiani in functionibus eccleſiaſticis a parocho prælative ad exteros *pag.*7.§.*de II. ponderandum*.

Irregularitas quando dubia eſt, ſolet S. Congregatio reſcribere pro diſpenſatione ad cautelam *pag.*102. §. *ſacra*.

Iteratum non dicitur baptiſma, quod certis indiciis non oſtenditur rite peractum *p.* 34. §. *Divus Gregorius*.

Vide *Baptiſma*.

Judicium Epiſcopi in controverſiis proceſſionum, & conſuetudinis maxime eſt attendendum *pag.*116. §. *ad hæc*.

Ac juſtiſſimum exiſtimandum eſt circa prælectum in concurſu parochialium *p.* 2. §. *Epiſcopi*.

Niſi clariſſime error, frauſque, & dolus probetur *ibid.*

Jus parochiale non eſt proceſſio, quæ fit intra octavam corporis Chriſti *pagin.* 115. §. *multa*.

Juſpatronatus non ſatis probatur ex præſentatione pendente lite facta *pag.*56. §. *num.*

Juventus definit anno quinquageſimo ætatis *pag.*158. §. *phiſici*.

L

Laici an aquirere poſſint jus retinendi ſedilia, & impediendi, ne removeantur *pag.*18. §. *de jure*.

Et an decor, & comodum eccleſiæ cathedralis ſufficiat ad illorum remotionem *ibid.* §. *an decor*.

Laudemia debentur canonico infirmo *pag.* 11. §. *ſacra*.

Lectio moralis poteſt haberi a Canonico theologo loco ſacræ ſcripturæ *p.*142. §.*affirmat*.

Quia licet concilium primo de ſacra ſcriptura dixerit, attamen poſtea indiſcriminatim de S. Scriptura, ac de theologia locutum eſt *ibid.*

Lectionum autem numerus, dies, modus, & materia a Canonico theologo legenda Epiſcopi arbitrio relicta eſt *pag.*142. §.*affirmat*.

Legatum ſi eſt taxative relictum, minuitur onus, ſi quantitas legata impar eſt *pag.*171. §. *ſin vero*.

Si vero demonſtrative, tunc onus non minuitur, ſed heres de proprio ſupplet *ibid.*

Cenſetur taxativum quando legatum incipit ab aſſignatione fundi, vel quantitatis, & deinde onus ſequitur *ibid.* §. *communiter*.

Præſertim ſi una, eademque periodo legatum cum onere relictum ſit *pagin.* 170. §. *quamobrem*.

Demonſtrativum quando incipit ab onere, atque aſſignatio fundi, vel quantitatis adjungitur *ibid.* §. *demonſtrative*.

Argumentum tamen hoc ex ordine ſcripturæ deſumptum ceſſat, ſi contraria voluntas Teſtatoris ex tota ſcriptura appareat *ibid.* §.*hoc autem*.

Et generaliter quando cenſeatur taxativum, vel demonſtrativum Vide *pag.* 173. §. *videri*.

Ad effectum tamen reductionis, numquam onus minuitur, ſi onus per contractum ſuſceptum eſt *pag.*171. §. *cum*.

Niſi contractus manifeſtam iniquitatem ſecumferat *ibid.*

Legata cum onere miſſarum non tenentur contribuere taxæ ſeminarii *pag.*73 §. *demum*.

Sique in deſignata eccleſia impleri poſſunt, non debent ad aliam transferri *p.*181. §. *nullam*.

Preſertim ſi in deſignata eccleſia teſtatoris cadaver conditum ſit *ibid.*

Legatum in codicillis favore alterius perſonæ translatum, debet donari eadem interpretatione, qua teſtamento donatur *p.*170. §. *quamobrem*.

Legatum muſicæ a teſtatore relictum an variari poſſit ab heredibus in vim reſervatæ facultatis libere de eodem diſponendi *p.* 104. §. *Colonien per tot*.

Legata miſſarum aliquando applicata fuerunt pro Fabrica eccleſiæ *pag.*14. §. *quæ ſanxit*.

Legatum pium ſi intra præſtitutum tempus non impletur, debet Epiſcopus bonis relictis opus implere *p.* 95. § *jus Epiſcoporum*.

Et removere adminiſtratores, alioſque ſubrogare *ibid.*

Liberum cuique eſt jure ſuo uti, & non eſt curandum damnum, quod alteri inde extrinſecus accidat *pag.*119. §. *nec momenti*.

Licentiatus in utroque jure idoneus eſt ad Theologalem præbendam obtinendam *pagin.*144. §. *de anno*.

Literæ Apoſtolicæ verificatæ, ſtatim ſunt exequendæ *pag.* 2. §. *ait*.

Preſertim ne interea eccleſia mercenariis relinquatur *ibid.*

Literæ citatoriæ Epiſcopales non attenduntur in loco exempto *pag.*101. §. *etenim*.

Idque procedit etiamſi exemptio controverſa ſit *ibid.*

Literæ teſtimoniales Epiſcopi domicilii requiruntur, ut quis ordinari poſſit ab alio Epiſcopo titulo capellaniæ *pag.*121.§. *facti*.

Et dimiſſa capellania ad ulteriores ordines promoveri debet ab Epiſcopo domicilii cum litteris teſtimonialibus Epiſcopi capellaniæ *pag.*123. §. *deniq;*

Litis expenſæ ſubminiſtrandæ ſunt, ſi bonum jus

jus cum paupertate concurrit *p.95. §.ad X.*

Et aliquando ſubminiſtratæ fuerunt etiam in ſumma ſcutorum 300. *ibid.*

Hinc ſubminiſtrandæ ſunt mulieri pauperi ad tuendam validitatem matrimonii *pag.*138. *§. camerinen.*

Earumque taxatio ad D.Secretarium remittitur *ibid.*

Expenſæ autem pro bonis vindicandis factæ, reficiendæ ſunt ex ipſis bonis vindicatis *pag.*54. *§. id quidem.*

Loca pia, quæ ſubſunt viſitationi Epiſcopi, tenentur ad contributionem procurationis *pag.* 197. *§. allegat.*

Etiamſi contraria vigeat conſuetudo *ibid.*

Vide *Epiſcopus, Procuratio.*

M

MAgiſtralis canonicatus erectus eſt in Regnis Hiſpaniæ a Sixto IV., & Leone X. *pag.* 143. *§. hæc de.*

Manuales diſtributiones dicuntur, quæ tantum dantur præſentibus, & intereſſentibus *pag.*95. *§. Segobricen.*

Matrimonium contrahi non poteſt, niſi certo conſtet ambos conjuges fuiſſe baptizatos *pag.*35. *§. ſacra & ſeq.*

Sique Baptiſmi collatio dubia eſt, & certo non probata, locus eſt baptiſmo ſub conditione ſecreto, antequam matrimonium contrahatur *ibid.*

Matrimonium probatur ratum ex jurato utriuſque conjugis teſtimonio *pag.* 159. *§. ambigi.*

Agitur enim de re difficilimæ probationis, unde conjugum aſſertioni eſt deferendum *ibid.*

Ex quibus autem probetur eſſe tantum ratum Vide *pag.*141. *§. varias.*

Ubi autem eſt tantum ratum, ſolvitur per ſolemnem profeſſionem religionis alterius conjugis *pag.*139. *§. concilium §. ajunt.*

Et qui contrarium credit, anathema eſt *ibid.*

Nec neceſſarius eſt conſenſus alterius conjugis, qui inde liber ſit *ibid.*

Secus tamen eſt in matrimonio conſumato, quia unus conjux nequit religionem profiteri, altero manente in ſeculo, *pagin.*156. *§. regula.*

Cum enim unum utrorumque corpus conjugii copulatione ſit factum, incongruum eſt partem converti, & partem in ſeculo remanere *ibid.*

Unde in una *Veronen.*, qua agebatur de muliere, quæ vitam clauſtralem eligebat relicto viro ætatis ann. 40. qui ſtatum Præſbiteri ſecularis amplecti cupiebat, reſcriptum fuit *dilata pag.*157. *§. ſacra.*

Prima exceptio eſt, ſi læſa ſint matrimonii jura, ita ut ſit locus perpetuæ ſeparationi, puta ob adulterium unius ex conjugibus, nam tunc cogi non poteſt conjux innocens, ut regularem ſtatum profiteatur *ibid. §. duas.*

Emiſſo tamen per conjugem innocentem voto caſtitatis *ibid. §. ſacra.*

Sed votum hoc caſtitatis aliquando reſtrictum eſt, donec uſque conjux nocens vixerit *ibid. §. in una Januen.*

Aliquando etiam non adjectum *ibid. §. in una Ferrarien., & pag.*158. *§. non.*

Aliquando etiam inde deletum, dum res erat de homine ignaro, ne animi anxietate, & religione innocens præmeretur *ibid.*

Sin vero matrimonii jura non perpetuo, ſed temporarie tantum læſa ſint, puta ob ſevitiam viri, tunc non licet uni ex conjugibus religionem ingredi, altero in ſeculo manente *ibid. §. quando.*

Altera exceptio eſt, ſi conjux in ſeculo remanens ſenex ſit, & ab omni incontinentiæ ſuſpicione vacet, & ſimul caſtitatis votum emittat *pag.* 158. *§. altera, & ſeq*

An autem, & quando quis ſenex ſit Vide *§. ſeq*

Unde ſi matrimonium eſt conſumatum, adhoc ut unus conjux, altero manente in ſeculo profeſſionem emittere valeat, quatuor requiruntur *pag.*156. *§. inquit.*

Primo conſenſus manentis in ſeculo. II. ejus ſenilis ætas. III ut periculum incontinentiæ deſit. IV. ut perpetuum continentiæ votum emittat *ibid.*

Matrimonii cauſis ſubminiſtrandæ ſunt pauperæ mulieri expenſæ litis ad tuendam validitatem matrimonii *p* 138 *§. Camerinen.*

Ejuſque taxatio ad D. Secretarium remittitur *ibid.*

Medelæ etiam veniunt nomine alimentorum *pag.*94. *§. ad II.*

Menſa Epiſcopalis tenetur ad contributionem taxæ ſeminarii *pag.* 37. *§. contra.*

Milites, qui in quarteriis, ſeu ſtationibus pernoctant, & extra illam habent propriam domum, ſeu domicilium, ad parochiam domicilii ſpectant *pag.*24. *§. additio.*

Exceptis militibus præſidiariis magnæ arcis S. Angeli, quæ ad parochiam S. M. Tranſpontinæ ſpectant *ibid.*

Quia in eadem arce tenentur diu, noctuque commorari *pag.*23. *§. ait.*

Et ſacramenta percipere in eadem eccleſia S. M. Tranſpontinæ *ibid.*

Unde velut dictæ eccleſiæ parochiani in eadem ſunt tumulandi *ibid.*

Etiamſi extra dictam arcem domicilium habeant, & domum apertam retineant *ibid.*

Miſſarum onera an & quando detrahenda ſint in beneficiorum reditu æſtimando Vide *pag.*62. *§. de numero,*

Miſſarum applicatio facienda eſt pro fundatoribus beneficiorum, & capellaniarum, etiamſi ſolam celebrationem præſcripſerint *pag.*88. §. *de reductione*, & *pag.* 113. §. *ſacra*.

Limita quando miſſæ celebratio injuncta eſt ad aliquem peculiarem finem, puta pro commodo populi, monialium, agricolarum, artificum &c. *pag.*88. §. *quæ unicam*, & *pag.*113. §. *ab hac*.

Vel ſi applicatio de certo numero miſſarum injuncta ſit, de aliis vero nihil dictum, vel arbitrium omne capellano relictum *pagin.*113. §. *vel ſi*.

Item applicatio non inducitur ex onere orandi in miſſa pro anima fundatoris *p.*113. §. *verum*.

Quia verbum *orare* juxta ſui propriam, & nativam ſignificationem ab applicatione diſtinctum eſt *ibid.*

Intellige quando teſtator de certis miſſis applicandis expreſſit, in aliis vero onus orandi tantum injunxit *pag.*144. §. *at numquam*.

Secus quando diſcretive locutus non eſt, ſed in omnibus miſſis onus orandi injunxit *ibid.*

Generaliter vero applicatio facienda eſt, quando pro celebratione miſſarum data eſt eleemoſina ad ratam perpetuæ *pag.*114. §. *verum*.

Miſſa parochialis celebranda eſt a Capitulo, quando decimas, & oblationes percipit, & functiones parochiales exercet *pag.* 16. §. *de eo*.

Et contra a Vicario, ſi is omnia emolumenta parochialia tum certa, tum incerta habet *pag.*17. §. *de eo* & §. *de ſacro*.

Miſſa pro populo ſi ab antiquiſſimo ſemper fuit celebrata a capitulo, adeamdem non tenentur Vicarii *pag.*17. §. *advertendum*.

Miſſarum reductio fieri non poteſt ab Epiſcopo in Diœceſana Synodo, nec a Generalibus Ordinum in capitulis generalibus *pagin.*183. §. *rem*.

Sed pro his reducendis, moderandis, ac commutandis recurrendum eſt ad Sedem Apoſtolicam *ibid.*

Miſſarum reductio permitti ſolet ob redituum tenuitatem, & diminutionem *p.*25. §. *anno*.

Et quoties nullus ſacerdos eſt, qui velit ſtatuta eleemoſina ſacra peragere *pag.* 25. §. *ſacra*.

Idque procedit etiamſi Patroni diſſentiant *pag.*26. §. *de conſenſu*.

Aliquando vero fit ad rationem eleemoſinæ manualis inſpecto regionis more *p.* 25. §. *anno*.

Aliquando ad perpetuam *p.*38. §. *quando*.

Aliquando remittitur arbitrio ordinarii *ibid.*

Antequam vero ſacra reducantur, onera quæcumque alia primo moderanda ſunt *pag.* 87. §. *ponderandum*.

Niſi fundator primario reſpexit cætera onera, & inde ſacra *pag.*99. §. *rurſus*.

An autem ſemel reductio facta ob redituum diminutionem, ceſſet ob redituum augumentum Vide *pag.* 99. §. *nec leviſſimæ*.

Miſſatum onera, quando in deſignata eccleſia impleri poſſunt, non debent ad aliam tranſferri *pag.*181. §. *nullam*.

Præſertim ſi in deſignata eccleſia teſtatoris cadaver conditum ſit *ibid.*

Hinc translationes de una in aliam eccleſiam non conceduntur, niſi ex juſta, & legitima cauſa *pag.* 71. §. *de commutationibus pag.*184. §. *reprobata*.

Vel niſi fundatorum voluntas ambigua ſit, & translationi non contraria *pag.* 72. §. *conſiderandum*.

Denegatur vero ob ſolam cauſam augendi frequentiam eccleſiæ parochialis, ne omnia, quæ frequentiſſima ubique ſunt in agris, & villis oratoria deſtituantur *ibid.*

Et potius conceditur miſſarum reductio, ut ſtatuto loco celebrentur, quam ut in alio loco numero majori celebrentur *p.* 26. §. *item*.

Monaſteria monialium tenentur ad contributionem procurationis Epiſcopo ſolvendæ *pag.* 197. §. *allegat*.

Etiamſi contraria viguerit conſuetudo *ibid.*

Vide *Procuratio*.

Muſicæ legatum a teſtatore relictum, an variari potuerit ab heredibus in vim reſervatæ facultatis libere de eodem diſponendi *pag.*104. §. *Colonien. per tot.*

Mutatio conſuetudinis, tametſi in melius ceſſura ſit, non eſt admittenda *p.*119. §. *certant.*

N

NAtus in continentibus Urbis, in ipſa urbe natus intelligitur *p.* 73. §. *Ulpianus*.

Unde comprehenditur in vocatione facta natorum in Urbe *ibid.*

Item natus vico eam patriam intelligitur habere, cui reip. vicus iſte reſpondet *p.* 73. §. *ſed aliud*.

Nominatio ad ſubſidia dotalia non dicitur effectum habuiſſe, ſi puella ante matrimonium deceſſit, vel juſtis ex cauſis ſubſidio dotali eſt privata *pag.*179. §. *cæterum*.

Unde locus eſt nominationi alterius puellæ *ibid.*

Niſi tamen aliud a teſtatore cautum ſit, vel peculiari lege ſtatutum, vel legitima conſuetudine firmatum *ibid.* §. *aut dotes*.

Nominatus a patronis nequit eorumdem jura imminuere, aut alterare *pag.* 163. §. *quemadmodum*.

Numerus pauperum potius augendus est, si eleemosyna abundat, quam ut in alios usus pios erogetur *pag.*106. §. *Vicen. per tot.*

O

OBlatio facta universis bonis, an præferenda sit oblationibus singularibus cujuscumque corporis Vide *pag.*28. §. *duæ*.

Obscuris semper, quod minimum, est sequendum *pag.*165. §. *quæstio*.

Observantia maximi est momenti ad dignoscendam qualitatem capellaniæ *pag.*79. §. *pro ecclesiastica*.

Et maxime attendenda sive in linea præsumptiva, sive præscriptiva *p.*16. §. *accedere*.

Oneris reductio fit, quando legata quantitas impar est ad onus ferendum *pag.*171. §. *cum*.

Intellige si ex ultima voluntate, non si ex contractu onus injunctum est *ibid.*

Nisi contractus ad manifestam iniquitatem vergat *ibid.*

Intellige item si taxative legatum relictum est, non vero demonstrative *ibid.* & *seq.*

Onera missarum an sint detrahenda in calculando reditu beneficiorum *pag.*62. §. *de numero*.

Oratoria privata, quæ subsunt visitationi Episcopi tenentur ad contributionem procurationis *pag.*199. §. *exemptionem*.

Ordinarii judicium maxime est attendendum *p.*54. §. *esse æquitati*, & *p.* 203. §. *accedere*.

Ordinatio comitti potest Episcopo loci erectæ capellaniæ, quatenus reditus capellaniæ sint sufficientes pro patrimonio sacro *pag.*121. §. *facti*.

Cum literis tamen testimonialibus Episcopi domicilii *ibid.*

Et dimissa capellania comittitur Episcopo domicilii cum literis testimonialibus Episcopi capellaniæ *pag.* 123. §. *deniq.*

Ordines conferri non debent, nisi illi, qui pacifice possideat beneficium ecclesiasticum, quod ad victum honeste sufficiat *pag.*124. §. *concilium*.

Etiamsi alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate *ibid.*

Sin vero patrimonium habeat, non aliter promovendus, nisi Episcopus eum judicaverit assumendum pro necessitate, & comoditate suarum ecclesiarum *ibid.*

Et nisi prius perspecto, quod patrimonium illud vere obtineatur, ac sufficiat ad vitam sustentandam *ibid.*

Sique Episcopus renuit quempiam patrimonii titulo ordinare, nullus est appellationi locus *ibid.*

Ordines recte possunt conferri clerico alias rejecto, ex constanti, & probata emendatione vitæ *pag.* 123. §. *certum*.

Quia ad meliora conversum numquam prior vita commaculat *ibidem*.

Ordines suscipiens ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel absque dimissoriis literis suspensionem de jure veteri incurrebat, sed non ipso facto *p.*101. §. *de II. pœna*.

Sed ex constitutione Pii II. ipso jure suspensio incurritur *ibid.*

Sique durante suspensione in ordinibus ministrat, eo ipso irregularitatem incurrit *ibid.*

Intellige si dolo quis, aut scienter ante legitimam ætatem fuerit promotus *ibid.* §. *haud*.

Secus si ignoranter, vel justa ductus credulitate *ibid.*, & §. *de alio*.

Hinc ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, potest absque dispensatione exercere, dum in legitima ætate est *p.* 102. §. *de exercitio*.

P

PActa ultro citroque obligatoria omnino sunt servanda *pag.*37. §. *præterea*.

Et pacta adjecta in limine fundationis monasterii numquam censentur derogata per ampliſſimam exemptionem inde datam *p.*65. §. *hinc*.

Pagorum appellatio latius patet, quam vici, ut cum Cæsar ait Helvetiam fuisse divisam in quatuor pagos *pag.*73. §. *sed allud*.

Parochia nativa derelicta non censetur, quando Parochianus semper eidem solvere decimas continuavit *pag.*87. §. *capitulum*.

Etiamsi animi, aut valetudinis causa alibi octo annis moratus fuerit *ibid.*

Parochialis missa facienda est a Vicario, qui omnia emolumenta parochialia tum certa tum incerta habet *p.*17. §. *de eo* & *seq.*

Parochialis ecclesiæ dismembratio est ecclesiasticis legibus odiosa *p.*155. §. *communitas*.

Permittitur tamen quando parochiani non sine magno incomodo ad ecclesiam parochialem accedere possunt *pag.*91. §. *videnda*, & *seq.*, & *pag.*176. §. *allexander*.

Puta ob itineris distantiam, asperitatem, & intersectionem aquarum, vel fluminis *pag.*194. §. *necessariam*.

Et generaliter quoties necessitas, & animarum utilitas urget *ibid.* §. *in hisce*.

Ac novis Parochis portio assignanda est ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodolibet pertinentibus *pag.*91. §. *clarissima*, & *pag.*176. §. *allexander* & §. *Synodus*.

Sique ii non sufficiunt, compellendus est populus ad eamdem submini ſtrandam *ibid.*

Hinc sacra Congregatio semper primo quæsivit de congrua novo Parocho præstanda *pag.*176. §. *de congruæ*.

Denegavit autem dismembrationem, quando animarum necessitati satis consultum esse po-

potuit ope deputationis capellani coadjutoris *ibid.* §. *denegavit*.

Parochiales Eccleſiæ etiamſi juriſpatronatus refici, & inſtaurari debent ex fructibus, & proventibus ad eaſdem eccleſias quomodolibet pertinentibus *pag* 82. §. *Synodus*.

Sique non fuerint ſufficientes, tenentur omnes patroni, & alii, qui fructus aliquos ex dictis eccleſiis provenientes percipiunt *ibid.*

Et in horum defectum Parochiani omnibus remediis opportunis cogi poſſunt qualibet appellatione, exemptione, & contradictione remota *ibid.*

Sique omnes nimia egeſtate laborant, ad matrices, ſeu viciniores eccleſias tranſferuntur *ibid.*

Cum facultate tam dictas Parochiales, quam alias eccleſias dirutas in profanos uſus non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi *ibid.*

Parochianus quilibet cenſetur illius parochiæ, intra quam majori anni parte moratur *pag.*85. §. *certa*.

Hinc ad contrahendum domicilium ad effectum parochialitatis non requiritur decennium *pag.*84. §. *nihil*.

Limita ſi quis cauſa recreandi animi, vel ruſticandi, vel gerendi negotia moretur *pag.*164. §. *in ipſa*, & *pag.*85. §. *certa*.

An autem ſimplex materialis habitatio, vel potius ſacramentorum perceptio ſpectanda ſit Vide *pag.*35. § *perpendendum*.

Parochiano autem non licet jura ſuæ Parochiæ pervertere *pag.*85. §. *quibus*.

Hinc ſolutio decimarum facta a Parochiano alteri eccleſiæ non præjudicat juribus veri Parochi *pag.*85. §. *nullius*.

Et quodcumque aliud Parochiani factum, nequit jura Parochi deſtruere *ibid.*§. *nullius*.

Parochianus vero numquam cenſetur ſuam parochiam nativam dereliquiſſe, ſi eidem ſemper decimas ſolvere continuavit *pag.*83. §. *capitulum*.

Etiamſi animi, & valetudinis cauſa alibi octo annis moratus fuerit *ibid.*

Parochus in propria parochiali eccleſia nulli obnoxiam poteſtatem habet *p.* 116. §. *contra*.

Et ad ipſum unice ſpectant nedum parochiales, ſed etiam quæcumque aliæ ſacræ functiones *ibid.*

Extra vero propriam eccleſiam nihil ratione majoris dignitatis, vel conſuetudinis præter communem taxam prætendere poteſt *pag.*7. §. *de I. videndum*.

Etiamſi agatur de eccleſiis ſitis intra limites parochiæ *ibid.*

Non tenetur autem in functionibus eccleſiaſticis invitare ſacerdotes parochianos prælative ad exteros *pag.*7. §. *de II. ponderandum*.

Parochus uſumfructum habet bonorum parochialium *pag.* 166. §. *loci*.

Et velut uſusfructuarius debet ſuis ſumptibus bona colere *ibid.*

Sin autem ob culpam communitatis fructus percipere non potuit, communitas tenetur ad congruam eidem præſtandam *pagin.*168. §. *atque*.

Et tenetur eidem reſarcire omnia damna propria culpa bonis Parochialibus illata *ibid.*

Ceſſat autem actio congruæ, ſi ex bonis Parochiæ alimenta ſufficientia habuit *pagin.* 167. §. *de II.*

Parochus populo inviſus, an, & quando admittendus ſit Vide *pag.*76. §. *Aquinaten.*

Parochus, qui habet pingues ſuæ parochiæ reditus, tenetur ad inſtaurandam fornicem campanilis Eccleſiæ *pag.*6. §. *ad VI.*

Et parochiani tantum tenentur in ſubſidium *ibid.*

Parocho domicilii debentur integra emnlumenta funeralia *pag.*85. §. *de emolumentis*.

Etiamſi defunctus in parochiali eccleſia numquã ſacramenta perceperit *ibid.et* §. *juris*

Et ad eumdem ſpectat ſacramenta miniſtrare convictricibus degentibus in monaſterio *pag.*65. §. *ex alia*.

Patrimonii titulo tantum ii promoveri poſſunt, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate, & comoditate ſuarum Eccleſiarum *pag.*124. §. *concilium*.

Et primum perſpecto, an patrimonium vere obtineatur, & ſufficiat ad vitam ſuſtentandam *ibid.*

Sique Epiſcopus renuit quempiam titulo patrimonii ordinare, nullus eſt appellationi locus *ibid.*

Patronus laicus poteſt variare in præſentatione *pag.* 57. §. *quod*.

Limita quando res non eſt amplius integra, & præſentatus ad capellaniam obtinendam SSmum adivit *ibid.* §. *adjicit*.

Per variationem tamen non aufert ullum jus primo nominato *ibid.*

Unde ejuſdem variatio tantum cumulativa eſſe poteſt, firma priori nominatione *ibid.*

Patronus non poteſt derogare de legibus favore aliorum in fundatione conſtitutis *pagin.*37. §. *poſſe*.

Unde Patroni nominatione non indiget, qui paſſive vocatus eſt, & habet qualitates requiſitas a teſtatore *pag.*47. §. *allegat*.

An autem, & quando Patronus poſſit nova onera injungere Vide *p.*87. §. *de novis*.

Patronus poteſt ordinarii auctoritate in capellaniam eccleſiaſticam efficere laicalem *p.*80. §. *ponderandum*.

An & quando limitationi ſit locus Vide *Capellania*.

Patronorum autem jus nequit deterius fieri ex facto nominati *pag.* 163. §. *quemadmodum*.

Illorumque conſenſus requiritur in quocumque actu voluntario eorumdem intereſſe involvente *pag.*26. *de conſenſu*.

Secus vero in actu neceſſario *ibid.*

Pauperibus certo numero deſignatis, ſi elęemoſina abundat, an numerus pauperum augendus ſit, vel potius abundans elęemoſina in alios pios uſus ſit eroganda *pag.* 106. §. *Vicen. per tot.*

Pietatis opus præcipue eſt ſtudiorum cauſa *pag.*107. 1. *nihil*.

Pontifex ſolus poteſt commutare ea, quæ eccleſiis, vel locis piis quæſita ſunt *pag.* 182. §. *de rebus*.

Populus tenetur congruam preſtare Parocho, ſi reditus bonorum non ſufficiunt *pag.* 168. §. *certe*.

Prębenda theologalis erecta eſt in Synodo Farienſi ad uſum lectionis S. ſcripturæ, & theologiæ moralis *pag.*145. §. *revera*.

Præbenda theologalis collata fuit uni ex collegii Illirici alumno, tametſi is caſus conſcientię tantummodo eſſet explicaturus *pagin.* 144. §. *de eo*.

Et ad eamdem obtinendam ſufficit, ut quis ſit licentiatus in utroque jure, alias idoneus ad docendum theologiam moralem *ibid.*

Præbendæ fructus integre lucratur canonicus aſſumptus ab Epiſcopo in ſui ſervitium *pagin.*137. §. *celebres*.

Quia Epiſcopo inſerviens ipſi eccleſię inſervire videtur *ibid.*

Vide *Canonicus*.

Precario titulo inducta conſuetudo titulum aptum numquam producit *pag.*116. §. *Ponderandum*.

Prælatio in concurſu Parochialium danda eſt accepto a populo, velut utiliore futuro, non vero invito *pag.*3. §. *addit*.

Nec qualitas municipalis attendenda eſt, ſed aptior indiſcriminatim eligendus *pag.* 2. §. *Groſſius*.

Prælatio in diſtributione ſubſidiorum dotalium danda eſt conſanguineis teſtatoris *p.*40. §. *eas nunc*.

Idque ob præſumptam defuncti voluntatem, præſertim ſi pauperes ſunt *ibid.*

Præſcriptio nequit locum habere in cathedratico Epiſcopo ſolvendo *pag.*66. §. *cathedraticum*.

Præſentatio facta pendente lite non probat juſpatronatus *pag.*56. §. *num*.

Principis auctoritas requiritur, ut res ad certum profanum uſum deſtinata in alium convertatur *pag.*181. §. *utcumq.*

Privari poteſt canonicatu Canonicus qui ultra triennium reſidentiam neglexit *pag.* 49. §. *advertit*.

Et beneficio clericus notorius, & incorrigibilis *ibid.* §. *ſpecialis*.

Fieri tamen debet privatio juxta formam concilii Tridentini *ſeſſ.*24. *cap.*12. *de Ref.*, alias privatio eſt nulla *pag.* 49. §. *notiſſima*, *pag.*68. §. *ait*.

An autem fructuum ſubtractiones ad dimittendos creditores, non ad privationem cominandam ſufficiant, ut ſervata dicatur forma Concilii Vide *pag.*49. §. *notiſſima*.

Privilegium Apoſtolicum præſumitur poſt lapſum 100. annorum *pag.*16. §. *deinde*.

Proceſſiones inter functiones vere parochiales recenſentur *pag.*116. §. *ambigi*.

Limita quoad eas, quæ fiunt infra octavam Corporis Chriſti *pag.*115. §. *multa*.

In his autem Sacramentum ab eo eſt deferendum, qui in eccleſia miſſam celebrat *pag.*116. §. *adjicit*.

Procuratio dicitur portio, quæ viſitanti pro viſitatione datur *pag.*99. §. *quod*.

Sub cujus nominatione veniunt omnia quæ ſub victus verbo continentur, nempe quæ eſui, potui, quæque ad vivendum homini ſunt neceſſaria *ibid.*

Non veniunt tamen quæ extra victum ſunt, veluti veſturæ *ibid.* §. *non veniunt*.

Niſi agatur de apoſtolico Delegato, cui expenſæ omnes dandæ ſunt *ibid.*

Sin vero pecunia pro victu datur, ea certe non eſt pro arbitrio accipientis, ſed ſecundum neceſſitatem moderanda *ibid.* §. *cum pecunia*.

Procuratio an ſolvatur in pecunia, vel victualibus in arbitrio eſt ſolventium *p.*198. §. *illud*

Etiamſi adſit immemorabilis conſuetudo eamdem ſolvendi in pecunia *ibid.*

Salvo tamen jure conventionum antiquarum inito, quod illæſum remanet *ibid.*

Generaliter tenentur ad procurationem omnes eccleſiæ, & loca pia viſitationi ſubjecta *ibid.* §. *Ad procurationem*.

Undè tenentur poſſeſſores beneficiorum etiam ſimplicium *ibid.* §. *ſacra*.

Nec non capellaniarum in titulum collatarum *ibid.* §. *in una Bojanen.*

Confraternitates etiam laicales *ibid.*

Collegiatæ eccleſiæ, Parochi, eccleſiæ, & monaſteria *ibid.* & *ſeq.*

Exempta tamen ſunt Oratoria privata, hoſpitalia, aliaque loca pia pro pauperibus deſtinata *ibid.* §. *exemptionem*.

Item Eccleſia cathedralis, & aliæ eccleſiæ, ſeu loca pia, & clerus Civitatis, in qua Epiſcopus ſedem habet *ibid.* §. *quemadmodum*

Item qui ſingulari privilegio exemptionis potiuntur, ut eccleſiæ Ordinis Hieroſolimitani, PP. Camaldulenſium, & Caſſinenſium *ibid.* §. *quibus*.

Et demum omnes, qui legitimam conſuetudinem habent non ſolvendi *ibid.* §. *nec non*

Procurationis partitio facienda eſt quoad omnes viſitatos *pag.*201. §. *conſiderandum*.

Eademque facienda eſt a capitulo, & in caſu controverſię ab epiſcopo viſitante *ibid.*

Con-

Conſuetudo non contribuendi Procurationi ſolvendæ Epiſcopo non attenditur *pagin* 200. §. *ſacra Congreg.*, & *ſeq.*

Intellige ſi tota ab aliquo ſolvatur Epiſcopo *ibid.*

Secus vero ſi conſuetudo ſit, ut nihil ſolvatur Epiſcopo viſitanti *ibid.* §. *nec non*.

Profeſſio regularis emitti nequit ab uno ex conjugibus, niſi alter quoque religionem ingrediatur *pag.* 156. §. *regula*.

Intellige ſi matrimonium eſt conſummatum, ſecus ſi eſt tantum ratum *p.* 139. §. *ajunt* Vide *Matrimonium*.

Promiſſio facta in acceptatione beneficii de ſervandis conditionibus vel iniquis, vel contrariis naturæ beneficii, pænitus nulla eſt *pag* 16. §. *quod ſi*.

Promotus ad ſacros Ordines ante legitimam ætatem an ſuſpenſionem ipſo facto incurrat *pag.* 101. §. *de II. pœna*.

Vide *Ordines*.

Proximior teſtatoris familiari anguſtia preſſus, eſt ex bonis capellaniæ levandus *pag.* 54. §. *eſſe*.

Et proximior ſi non eſt idoneus, præfertur remotiori idoneo *pag.* 47. §. *nihil*.

Q

QUalitas municipalis non attenditur in concurſu Parochialium *pag.* 2. §. *groſſius*.

Sed indiſcriminatim aptior eſt eligendus *ibid.*

Qualitates requiſitas a teſtatore, una cum vocatione paſſiva habens, non indiget Patroni nominatione *pag.* 47. §. *allegat*.

Et præferri debet quibuſcumque aliis præſcriptas qualitates non habentibus *ibid.*

Etſi ille gradu remotior ſit, & alii ſint proximiores *ibid.* §. *nihil*.

Quindennia debentur canonico infirmo, licet abſit a divinis Officiis *pag.* 11. §. *ſacra*.

R

REdditio rationis ſemel præſtita, non eſt amplius iteranda *pag.* 128. §. *adjicit*, & §. *imperatores*.

Niſi de errore calculi apertiſſime doceatur *ibid.* §. *certiſſima*, & *ſeq.*

Redditio rationis præſtanda eſt Epiſcopo ab hoſpitali, licet Ordinarii auctoritate non erecto *pag.* 94. §. *ad VI*.

Reductio oneris miſſarum fieri nequit ab Epiſcopo etiam in Diœceſana Synodo *p.* 183. §. *rem*.

Sed pro ſacris reducendis ſemper recurrendum eſt ad Sedem Apoſtolicam *ibid.*

Permittitur autem, quando relicta quantitas impar eſt ad onus ferendum *pag.* 171. §. *cum*,

Intellige ſi ex ultima voluntate, non ſi ex contractu onus injunctum eſt *ibid.*

Nam hoc caſu impleri debet, etiamſi quantitas impar ſit ad onus ferendum *ibid.*

Niſi contractus ad manifeſtam vergat iniquitatem *ibid.*

Item quando nullus Sacerdos eſt, qui ſtatuta elœmoſina velit ſacra peragere *pag.* 25. §. *ſacra*.

Ubi autem facienda eſt, aliquando fit ad ratam perpetuæ elœmoſinæ *p.* 88. §. *quando*.

Aliquando fit ad rationem manu alis elœmoſinæ *pag.* 25. §. *anno*.

Aliquando arbitrio Ordinarii remittitur *pag.* 88. §. *quando*.

Antequam vero fiat ſacrorum reductio, cœtera onera moderanda ſunt *pagin.* 87. §. *ponderandum*.

Et quoties neceſſaria eſt, conceditur etiamſi Patroni diſſentiant *pag.* 26. §. *de conſenſu*.

An autem Sacrorum reductio facta ob reddituum diminutionem ceſſet, ſi inde reditus aucti ſint Vide *p.* 99. §. *nec leviſſima*.

Religionum ſtatuta nequeunt alteri religioni communicari, niſi prius ab Epiſcopo fuerint examinata, & pro ratione loci approbata *pag.* 121. §. *conſtitutio*.

Et licet approbata ſemper ſubſunt Epiſcopi decretis, moderationi, & correctioni *ibid.*

Reparationis, & reſtaurationis Eccleſiæ nomine veniunt etiam ſacra ſupellectilia *p.* 13. §. *addunt*.

Reparatio autem primo facienda eſt ex fructibus, & proventibus quibuſcumque ad eaſdem eccleſias quomodolibet pertinentibus *pag.* 82. §. *Synodus*.

Sique non fuerint ſufficientes, omnes Patroni, & alii, qui fructus aliquos ex dictis eccleſiis provenientes percipiunt, contribuere tenentur *ibid.*

Hinc Parochus pingues habens redditus tenetur ad reparationem fornicis eccleſiæ parochialis *pag.* 6. §. *ad VI*.

Sed nequeunt canonici privari congrua ſuſtentatione pro eccleſiæ Fabrica reparanda *pag.* 13. §. *reparandas*.

In ſubſidium tenentur Parochiani, & ad id cogi poſſunt remediis opportunis *p.* 82. §. *Synodus*.

Sique omnes inimia egeſtate laborant locus ſit eccleſiæ deſtructioni, & profanationi *ibid.*

Aliquando vero pro Fabricæ reparatione applicata fuerunt ſubſidia dotalia *pag.* 41. §. *quæ ſanxit*.

Aliquando etiam legata miſſarum *ibid.*

Res judicatæ plene ſunt ſervandæ, & incivile eſt contra eaſdem inſurgere *p.* 23. §. *allegat*.

Reſidentia canonicorum perſcripta eſt a *Concilio Tridentino ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *de Reform. p.* 137. §. *concilium*.

Cætera Vide in verbo *Canonicus*.

S

SAcerdotes parochiani invitandi non ſunt a Parocho in functionibus eccleſiaſticis prelative ad exteros *p.7. §. de II ponderandum.*

Sacra ſcriptura legenda eſt a canonico theologo ſub pœna ſubtractionis fructuum *p.* 144, *§. concilium.*

Et illius lectioni intervenire debent canonici, cæteriquè eccleſiæ præsbiteri *p.* 146. *§. advertendum.*

Et ab Epiſcopo canonicis etiam remediis cogi poſſunt *ibid.*

A bitrio tamen Epiſcopi relinquitur tempus, & materia lectionis *p.* 145. *§. revera.*

Vide *Canonicus, Theologus.*

Sacramenta convictribus monaſterii præſtanda ſunt a parocho *pag.65. §. alia.*

Sacramentum baptiſmi eſt janua vitæ ſpiritualis, & per ipſum efficimur membra Chriſti, & de corpore eccleſiæ *pag.* 34. *§. ſine.*

Unde ſine baptiſmo alia ſacramenta recipi nequeunt *ibid.*

An autem, & quando ſub conditione renovandum ſit Vide in verbo *Baptiſma.*

Sacrarii indigentiis primo occurrendum eſt ex fructibus deſtinatis favore ſacrarii, *o ad altro uſo pio ad arbitrio del Veſcovo pag.* 129. *§. Vaden. per tot.*

Scholaſteria adeſt in eccleſia Aquiſgranenſi requirens reſidentiam ſex menſium ad lucrandos fructus Præbendæ ſub pœna foraneitatis *pag.*133. *§. facti.*

Ejuſque nominatio ſpectat ad Regem Boruſſiæ, & Electorem Palatinum *ibid.*

Salva autem dicta reſidentia poteſt per viceſcolaſticum exerceri *ibid.*

Non eſt tamen dignitas, ac ſuos habet ſeparatos reditus *ibid.*

Sedilia retinendi jus in Eccleſiis, an a laicis aquiri poſſit *pag.*18. *§. de jure.*

Et an decor, & comodum eccleſiæ ad illorum remotionem ſufficiat *ibid. §. an decor*

Seminarii fructus nequeunt ab Epiſcopo erogari in erigendis canonicatibus *pag.*183. *§. in una.*

Seminarii taxa ſtatuenda eſt ab Epiſcopo cum conſenſu duorum de capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter a capitulo eligatur itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio ad Epiſcopum, alterius ad clerum pertineat *pag.*38. *§. concilium.*

Eademque facienda eſt ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis, & capituli, & quarumcumque dignitatum, perſonatuum officiorum, præbendarum, portionarum, abbatiarum, prioratuum cujuſcumque Ordinis etiam Regularis, qualitatis, & conditionis *ibid.*

Et juxta formam inſtructionis ſanc. mem. Benedicti XIII. *pag.*38. *§. de legatis.*

Exempta vero ſunt a contributione taxæ, legata cum onere miſſarum *p.* 37. *§. demum.*

Et hoſpitalia S. Joannis de Deo *ibid. §. ſuper.*

Senectus hoc habet præclarum munus, ut auferat a nobis id, quod eſt in adoleſcentia vitioſiſſimum *pag.*158. *§. his itaque.*

Et ab impudentiſſimis dominis liberat voluptatibus, & libidinis frangit impetus *ibid.*

Juxta autem phiſicos incipit, poſt mediam, & conſtantem ætatem a juventute, a quinquageſimo anno *pag.*158. *§. phiſici.*

Secundum vero juriſtas, licet incipiat in 50. anno, attamen, ut ſuſpicionem excludat in fœmina, requirunt 60. annor., in viris 70. *pag.* 159. *§. juriſtæ.*

Sed proprie ſenectus annorum numero computari non debet *ibid. §. verum.*

Non enim perraro venit properata malis inopina ſenectus, intempeſtivi funduntur vertice cani *ibib.*

Perſepe in vegetioribus tarda ſenectus eſt, & etiam poſtquam venerit, conſervat quid priſtini roboris, & intemperantiæ *ibid.*

Unde a valetudine, a viribus, ab actæ vitæ conſuetudine æſtimanda res eſt, & prudenti judicis arbitrio relinquitur *ibid.*

Sepelliendæ ſunt in eccleſia parochiali convictrices degentes in monaſterio *p.65. §. ex alia*

Et milites qui in quateriis, ſeu ſtationibus pernoctant ſepelliendi ſunt in eccleſia, intra cujus limites domum apertam habent *pag.*24. *§. additio.*

Limita in militibus arcis S. Angeli, qui tantum ſpectant ad Parochiam S. M. Tranſpontinæ *ibid.*

Dumodo tamen ibi diù, noctuque morentur *ibid.*

Etiamſi extra dictam arcem domicilium habeant, & domum apertam retineant *p.*22. *§. anno* 1697.

Habens vero duas parochias, in ea ſepelliendus, qua decedit, & emolumenta inter utraſque dividuntur *p.*24. *§. ponderandum.*

Sodalitio beneviſo quilibet poteſt ſuum nomen dare *pag.*119. *§. nec momenti.*

Nec curandum quid inde alteri damni extrinſecus accidat *ibid.*

An autem, & quando permittendæ ſint Sodalitiorum translationes de una in aliam eccleſiam Vide *pag.*30. *§. ad rem.*

Sodalitia etiam laicalia tenentur ad contributionem Procurationis Epiſcopo ſolvendæ. *pag.*197. *§. allegat.*

Statuta pro regimine Ordinum, religionum, confraternitatum, & congregationum communicari non poſſunt Ordinibus, confraternitatibus, & congregationibus, niſi prius ab Epiſcopo examinata, & pro ratione loci approbata fuerint *pag.*121. *§. conſtitutio.*

Et licet approbata, ſemper ſubſint Epiſcopi decretis, moderationi, & correctioni *ibid.*

Sta tutum capituli, per quod natura beneficiorum alterata, & variata eſt, penitus eſt nullum *pag.*14. §. *his itaque*.

Niſi acceſſerit apoſtolicum privilegium *ibi t.*

Item improbatum eſt ſtatutum, quo infirmus privetur diſtributionibus quotidianis *pag.*12. §. *præterea*.

Studiorum cauſa inter pietatis opera præcipua, ac potior habenda eſt *pag.*107. §. *nihil*.

Subſidiis dotalibus, pauperes teſtatori conjunctæ, puellis extraneis ex præſumpta teſtatoris voluntate præferendæ ſunt *pag.*40. §. *eas nunc, ad p.*189. §. *Julius, & pag.*191. §. *ſacra*.

Nec arcta conjunctio quæritur, ſed ex æquitate quæcumque affines, & longiſſimo gradu conſanguineę præferuntur *p.*189§. *imo*

Verum vel agitur de conſanguineis expreſſe vocatis, & conſanguinitas definit in decimo gradu *pag.*191. §. *communis*.

Niſi aliter conjecturæ, & verba teſtatoris ſuadeant *ibid.*

Aut deeſt vocatio, ſolaque naturalis caritas ſpectatur, & hæc non excedit quartum gradum jure civili computandum *ibia*, §. *aut vero*.

Ubi vero conſanguineis ſubſidia conceduntur, non ſolum prælatio conceſſa eſt proiiſdem dotibus, ſed etiam ut eæ cumulentur ad dotem congruam conſtituendam *ibid.* §. *verumtamen*.

Et quantitas aſſignandæ dotis aliquando præfigi ſolet a S. Congregatione, aliquando remittitur arbitrio Ordinarii *ibid.*§. *iis vero*.

Subſidia dotalia reverſa aliis ſubrogandis puellis dari debent *pag.* 178. §. *multo*, & *pag.*179. §. *cæterum*.

Intellige ſi puellæ ante matrimonium deceſſerint, vel juſtis de cauſis privatæ fuerint *ibid.* §. *cæterum*.

Secus ſi dotes jam fuerunt ſolutæ, & revertantur ad loca pia ob defectum filiorum *ibid.* §. *aut dotes*.

Niſi tamen aliud a teſtatore cautum ſit, vel peculiari lege ſtatutum, aut legitima conſuetudine firmatum *ibid.*

Subſidia dotalia aliquanda applicata ſunt pro Fabrica eccleſiæ *pag.*14. §. *qua ſanxit*, & *pag.*83. *ad neceſſariam*.

Suburbia dicuntur continentia, & ædificia civitati contigua *pag.*73. *ſed aliud*.

Suburbia autem a pagis, villis, & vicis paganis diſtincta ſunt *ibid.*

Supellectilia veniunt nomine reparationis, & reſtaurationis eccleſiæ *p.*13. §. *addunt*.

Suſpenſionem ipſo facto incurrit, qui abſque diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſive extra tempora a jure ſtatuta, ſive ante legitimam ætatem, vel abſque dimiſſoriis literis ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerit promoveri *p.*101. §. *de II. pœna*.

Vide *Ordines*.

T

TAxa funeralis, ſi ab antiquiſſimo diverſa quantitate ſoluta fuerit a confraternitatibus, an æquanda ſit ob præjudicium eccleſiæ Parochialis, & alterius ex ſodalitiis *pag.*118. §. *Civitatis Caſtellanæ per tot*.

Taxa ſeminarii facienda eſt ad formam Conſtitutionis Benedicti XIII. *p.*38. §. *de legatis*.

Et eadem perſolvenda eſt a menſa Epiſcopali, capitulo, & toto clero civitatis *p.*37. §. *contra*.

Non tamen contribuere tenentur legata pia cum onere miſſarum *pag.*37. §. *demum*.

Nec hoſpitalia S. Joannis de Deo *ibid.* §. *ſuper, & pag.*66. §. *de taxa*.

Vide *Seminarium*.

Taxatio expenſarum litis favore mulieris in cauſa matrimoniali facienda eſt a D. Secretario *pag.*138. §. *Camerinen.*

Taxativum eſt legatum, quando incipit ab aſſignatione fundi, vel quantitatis, & dein onus ſequitur *pag.*171. §. *communiter*.

Vide *Legatum*.

Territorium eſt univerſitas agrorum in ra fines cujuſque civitatis *pag.*74. §. *ut autem*.

Et dicitur ab eo, quod magiſtratus ejus loci intra eos fines terrendi, ideſt ſubmovendi jus habet *ibid.*

Teſtamenta late per omnes gentes obtinent, & ſervantur *pag.*181. §. *profecto*.

An autem ſint juris civilis, vel gentium Vide *diſſertationem Rmi Pirelli nunc ſacræ Congregationis Secretarii de Jure teſtandi, anno* 1747. *Romæ editam ſub nomine Antonii Tanarii*.

De controverſiis vero, quæ ex teſtamento proficiſcuntur neque tranſigi, neque exquiri veritas poteſt, quam inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti *pag.*61. §. *certa*.

Teſtator uti quiſque legaſſit, ita jus eſto *p.*61. §. *certa, pag.*190. §. *contra*.

Ejuſque lex, & voluntas potiſſime ſpectanda, & cætera diſputationibus otioſorum relinquenda *pag.*163. §. *quamobrem*.

Ubi autem teſtatoris voluntas clara non eſt, interpretari debet ex verbis ipſis teſtatoris, ex ipſo contextu, & tenore ſcripturæ *pag.*61. §. *certa*, & *pag.*172. §. *itaq.*

Retentis tamen verbis ipſis, ac quantum fieri poteſt propria eorumdem verborum ſignificatione *pag.*61. §. *certa*.

Et eadem verba non ſunt capienda pro arbitrio, & conſilio interpretantis, qui ſuo ingenio teſtamentum novum faciat ex intolerantia legum, & receptarum doctrinarum *ibid.*

Ne alias non interpretes, ſed conditores teſtamentorum ſimus *pag.*172. §. *itaq.*

Et conſiderari poſſunt circumſtantiæ, teſtatoris qualitas, opulentia, perſona heredis, & ſimilia *ibid.*

Si-

Sique adhuc dubium reſtat, ſequendæ juris regulæ, quid in cujuslibet rei dubio exiſtimandum ſit *ibid.*

Teſtes, qui adverſus fidem teſtationis ſuæ vacillant, audiendi non ſunt *p.* 140 §. *videndum*

Et deponentes de celebratione matrimonii formiter ſunt examinandi *pag.* 138. §. *Camerinen.*

Sique in examine facto in partibus vacillant, decernitur novum examen in Urbe *ibid.* §. *paritum.*

Theologalis præbenda quomodo ſit erigenda, & a quo conſequi poſſit Vide *Canonicus Theologus.*

Theologus canonicus, quas qualitates, & lectionem habere debeat, & quo tempore, Vide *Canonicus Theologus.*

Titulus precarius numquam aptus eſt ad legitimam poſſeſſionem inducendam *pag.* 117. §. *ponderandum.*

Et an titulus præſumi poſſit ex centenaria, vel immemorabili, quando titulus allegatus eſt *ibid.*

Tranſactio facta cum legitimo Procuratore re mature perpenſa, exequenda eſt *pag.* 174. §. *communitas.*

Translatio miſſarum de una in aliam eccleſiam non permittitur, quando in deſignata eccleſia impleri poſſunt *pag.* 181. §. *nullam.*

Præſertim ſi in deſignata eccleſia teſtatoris cadaver conditum ſit *ibid.*

Permittitur vero urgente canonica cauſa *p.* 72. §. *conſiderandum*, & *p.* 184. §. *reprobata.*

Vel quando fundatorum voluntas ambigua eſt, vel non omnino contraria *ibid.*

Denegatur vero ob ſolam cauſam augendi frequentiam eccleſiæ parochialis *ibid.*

Quando autem juſta cauſa translationis interveniat Vide *p.* 18. §. *de eccleſiis*, *p.* 30. §. *ad rem*, *p.* 54. §. *ad rem*, & *p.* 184. §. *Synodus.*

Permittitur vero potius reductio ſacrorum, ut ſtatuto loco ſacra celebrentur, quam ut in alio loco majori numero peragantur *pag.* 26. §. *item.*

V

VAriatio operis pii non competit hæredi, quando teſtator illud voluit perpetuum *pag.* 103. §. *inquit.*

Etiamſi teſtator heredibus facultatem reſervaverit de eodem libere diſponendi *pagin.* 104. §. *Colonien. per tot.*

Verba non ſunt de caſu ad caſum extendenda *pag.* 103. §. *adjicit.*

Præſertim ad evertendum id, quod teſtatur principaliter voluit *ibid.*

Vicarię Patrum Camaldulenſium non tenentur ad procurationem Epiſcopo ſolvendam *pagin.* 200. §. *quibus.*

carius capituli habens omnia emolumenta Vi parochialia tum certa, tum incerta, tenetur ad celebrationem miſſæ parochialis *pagin.* 17. §. *ac eo.*

Non vero ad miſſam de populo, ſi ab antiquiſſimo ſemper fuit celebrata a capitulo *ibid.* §. *advertendum.*

Vici conſtant ex villis diverſorum hominum *pag.* 73. §. *ſed aliud.*

Et vicus paganus propria ſignificatione eſt, qui a civitate non modico ſpatio remotus, pluribus ruſticanis domibus conjunctis conſtat *ibid.*

Unde vico ortus eam patriam intelligitur habere, cui reipublicæ vicus ille reſpondet, & in ipſa Reipublica natus cenſetur *ibid.*

Viſitare Dieceſim eſt præcipuum Epiſcoporum munus *pag.* 198. §. *præcipuum.*

Eamdemque, vel ſaltem majorem partem per ſe ipſum quotannis viſitare tenentur *ibid*

Sin vero legitime impeditus fuerit, tunc eam per ſuum Vicarium generalem, aut viſitatorem explere poteſt *ibid.*

Viſitare autem poteſt hoſpitalia licet nulla Ordinarii auctoritate erecta *p.* 94. §. *ad VI.* & *pag.* 95 §. *concilium.*

Ac præſcribere ea omnia, quæ ad Dei cultum, & animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt *ibid.*

Non obſtante quacumque contraria conſuetudine immemorabili *ibid.*

Uniones eccleſiarum ſecularium regularibus monaſteriis improbatæ ſunt *p.* 55. §. *eo die.*

Unione beneficii favore alicujus loci pii, adjici ſolet clauſula *ſupportatis ſingulis*, & *omnibus oneribus d. beneficii p.* 64. §. *contra vero.*

Voluntas teſtatorum pro lege habenda eſt *pagin.* 163. §. *quamobrem.*

Eademque dimetiri debet ex verbis teſtamenti, & ex ipſo tenore, & contextu, ac tenore ſcripturæ *p.* 61. §. *certa*, & *p.* 172 §. *itaq;*

Ac conſiderari poſſunt circumſtantiæ, teſtatoris qualitas, opulentia, perſona heredis, & ſimilia *pag.* 172. *ibid.*

Sique adhuc reſtat dubium, ſequendæ juris regulæ, quid in cujuslibet rei dubio exiſtimandum ſit *ibid.*

Voluntates teſtatorum, ſi intra ſtatutum tempus non implentur, Epiſcopus poteſt per ſe ipſum opus implere *p.* 95. §. *jus Epiſcoporum.*

Ac removere adminiſtratores, aliosque ſubrogare *ibid.*

Votum caſtitatis emittendum eſt a conjuge relicto in ſæculo, dum alter religionem profitetur, & matrimonium eſt conſummatum *pag.* 158. §. *altere.*

Vide *Matrimonium.*

Urbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur *p.* 73. §. *Ulpianus.*

Unde qui in continentibus urbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur *ibid.*

Uſusfructuarius tenetur ſuis ſumptibus bona colere *pag.* 166. §. *ad hæc.*

FINIS.

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SAC. CONGREGATIONIS
CONCILII

Quæ prodierunt Anno MDCCLXVI.

SECRETARIO

Uſque ad diem XXVI. Septembris

Rño Archiepiſcopo Damaſceno

PHILIPPO M. PIRELLIO

NUNC

CARD. PRESBYTERO S. CHRYSOGONI

Deinde Rño P. D.

FRANC. XAVER. DE ZELADA

Archiepiſcopo Petrenſi

TOMUS XXXV.

ROMÆ MDCCLXVII.

EX TYPOGRAPHIA BERNABÒ, ET LAZZARINI.

SUPERIORUM FACULTATE.

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sacra Congregatione Concilii propoſitæ fuerunt anno 1766.
Per Diœceſes diſpoſitus.

A

ANdrien. 30. Auguſti. *pag.* 209., & 20. Septembris. *pag.* 221.
Andrien. 20. Decembris. *pag.* 250.
Aquipendien. Cathedratici 20. Decembris. *pag.* 259.
Ariminen. concordiæ 19. Julii. *p.*172., & 9. Auguſti. *pag.* 179.
Avenionen. jurium Parochialium 1. Martii. *p.* 45., & 22. Martii. *p.*57.
Auximana 11. Januarii. *pag.* 1.
Auximana diſpenſationis 21. Junii. *pag.* 126.

B

BOnonien. 22. Martii. *pag.* 73., & 19. Aprilis. *pag.* 75. & 10. Maii. *pag.* 87.
Brictinorien., ſeu Nullius S. Ruphili jurium Parochialium 31. Maii. *pag.* 111., & 21. Junii. *pag.* 125.

C

CAmerinen. 21. Junii. *pag.*130.
Ceſenaten. legati 22. Martii. *pag.*70., & 19. Aprilis. *pag.* 75., & 10. Maji. *pag.* 87.
Civitatis Caſtellanæ 20. Septembris. *p.*231., & 29. Septembris. *p.*238.
Civitatis Caſtelli 1. Februarii. *pag.*30., & 1. Martii. *pag.* 39.
Colonien. 3. Auguſti. *pag.* 179.
Comen. translationis 11. Jan. *pag,*1.
Comen. translationis 19. Julii. *p.*146.
Compſana 19. Julii. *pag.* 169., & 9. Auguſti. *pag.* 178.
Conſtantien. 10. Maji. pag. 94., & 31. Maji. *pag.* 108.
Corduben. 11. Januarii. *pag.*3.

D

DErthonen. diſmembrationis 1. Januarii. *pag.* 2.

F

FAventina 22. Martii. *pag.* 66., & 19. Aprilis. *pag.*75. & 10. Maji. *pag.* 87.
Faventina concordiæ 20. Septembris. pag.226., & 29. Novemb. *pag.*237.
Feretrana 29. Novembris. *pag.*245. & 20. Decembris. *pag.* 250.
Ferrarien. ſubſidiorum Dotalium 31. Januarii. *pag.* 2.
Firmana ſubſidiorum Dotalium 31. Maji. *pag.* 109.
Foſſanen. 22. Martii. *pag,*58., & 59. Aprilis. *pag.* 75.

G

GNeſnen. unionis 1. Febr. *pag.*20.
Guaſtallen. Provinciæ Mediolanen. 19. Julii. *pag.* 156., & 9. Auguſti. *pag.* 178.

H

HIſpalen. 11. Januarii. *pag.* 3., & 1. Februarii. *pag.* 16.

L

LEodien. beneficiorum 1. Februarii. *pag.* 33., & 1. Martii. *pag.*39.
Lucana 31. Maji. *pag.* 121., & 21. Junii. *pag.* 126.
Lucana nullitatis Matrimonii 21. Junii. *pag.* 139., & 19. Julii. *pag.* 146.

Lucen. 1. Februarii . *pag.* 26. , & 1. Martii . *pag.* 39.
Lunen. Sarzanen. dismembrationis 30. Augusti . *pag.*204. , & 20. Septembris . *pag.* 220.

M

Maceraten. 9. Augusti . *pag.* 186., & 30. Augusti *pag.*198. , & 20. Decembris . *pag.* 266.
Maceraten. 20. Decembris . *pag.* 267.
Maceraten. 20. Septembris . *pag.* 222., & 29. Novembris . *pag.* 237.
Montis Alti 1. Februarii . *pag.* 17.

N

Novarien. 31. Maji . *pag.* 110., & 21. Junii . *pag.* 125.
Novarien. dismembrationis 1. Martii . *pag.* 54. , 22. Martii . *pag.* 58. , 19. Julii. *pag.* 171., & 9. Aug. *pag.*178.
Nullius Terræ Pontiani 1. Martii . *pag.* 51. , & 22. Martii . *pag.* 57.

P

Perusina subsidiorum dotalium 30. Augusti . *pag.* 206. , & 20. Septembris . *pag.* 221.
Peruina oneris missarum 20. Septembris . *pag.* 228.
Pisauren. 19. Aprilis . *pag.*83. , & 10. Maji . *pag.*88.
Pisauren. dispensationis 31. Maji . *pag.*116. , & 21. Junii . *pag.*125.
Portuen. applicationis missæ pro populo 19. Julii . *pag.*151.

R

Ravenaten. subsidiorum dotalium 11. Januarii . *pag.*1.
Reatina 22. Martii . *pag.*63., 19. Aprilis . *pag.* 75. , 29. Novembris . *pag.*244., & 20. Decemb. *pag.* 249.
Romana 29. Novembris . *pag.*232., & 20. Decembris . *pag.* 249.
Romana seu Reatina nullitatis Matrimonii 1. Februarii . *pag.* 20.
Romana seu Sabinen. subsidiorum dotalium 29. Decembris . *pag.* 262.

S

Santanderien. 1. Februarii. *pag.*37., & 1. Martii . *pag.* 40.
Senogallien. procurationis 11. Januarii. *pag.* 2.
Senogallien. 9. Augusti . *pag.* 192., & 30. Augusti . *pag.* 198.

T

Tarracinen. 19. Aprilis . *pag.*80. , & 10. Maji . *pag.* 88.
Tarracinen. , Setin. , & Privernen. 1. Martii . *pag.* 40.
Tolentin. Archipresbyteratus 11. Januarii . *pag.*8. , & 1. Februarii . *pag.*16.
Toletana 29. Novembris . *pag.*239., & *pag.* 249.
Tranen. taxæ seminarii 29. Novembris. *pag.* 10.

V

Vasionen. Procurationis 9. Augusti . *pag.* 189. , & 30. Augusti . *pag.* 198.
Vercellen. 19. Julii . *pag.*166. , & 9. Augusti . *pag.* 178.
Vicen. translationis oneris missarum 1. Martii. *pag.*54., 22. Martii. *pag.*58., & 19. Aprilis . *pag.*75.
Vicen. Parochiæ de Lussano 30. Augusti . *pag.* 199.
Viterbien. taxæ seminarii 19. Aprilis . *pag.*75. , & 10. Maji . *pag.* 88.
Viterbien. juris tumulandi 10. Maji . *pag.* 97., & 31. Maji . *pag.* 108.
Viterbien. subsidii dotalis 21 Junii . *pag.* 135., & 9. Junii . *pag.*146.
Viterbien. prorogationis 30. Augusti . *pag.*212., & 20. Septemb. *pag.*221.
Urbevetana 1. Maji . *pag.* 83. , & 31. Maji . *pag.* 108.
Urbinaten. Parochialis 30. Augusti . *pag.*203. , & 20. Septemb. *pag.*221.
Uritana 31. Maji . *pag.* 119. , & 21. Junii . *pag.* 126.

Die Sabbati 11. *Januarii* 1766. *in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.*

SEptem cauſæ ab ultima, quæ acta eſt præterito anno *die* 14. *Decembris* Congregatione, nunc ſapientiſſimum Eminentiſſimorum Patrum judicium expectant.

RAVENN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. *Seſs.23.cap.18. de Reform.*

I. *An applicatio ſubſidiorum dotalium, de quibus agitur, ſubſtineatur, in caſu &c.*, & quatenus negative,

II. *An ſit locus reſtitutioni ſummæ ſeminario jam ſolutæ, in caſu &c.*

Ad I. Negative, & amplius. Ad II. Affirmative, & amplius.

COMEN. TRANSLATIONIS. *Seſs.22.cap.4 de Reform.*

An ſit locus translationi Miſſarum hebdomadalium ab Eccleſia parochiali S. Andreæ Siguini ad alteram ſocietatis Sñi Cordis Jeſu Lugani, in caſu &c.

Negative, & amplius.

AUXIMANA. *Seſs.21. cap.7. de Reform.*

An ſit locus prorogationi indulti ſuſpenſionis miſſarum.

Ad ſexennium abſque ſpe ulterioris prorogationis, & injunctis anniverſariis facto verbo cum Sanctiſſimo, & ad Emum Præfectum ad mentem.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

FERRARIEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM.

An subsidia dotalia relicta a Jacobo Oltramari pro dotandis octo puellis sint suspendenda, & respective depanenda, donec cum iis constituatur dos scut. 800. pro unaquaque ex tribus filiabus Julii Oltramari, & pro filia Comitis Cæsaris Gambetta, in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 21. cap. 4. de Reform.

DERTHONEN. DISMEMBRATIONIS.

I. *An sit locus dismembrationi parochiæ terræ Alpisplanæ, & erectioni novæ parochiæ in villa Vici superioris*, & quatenus negative

II. *An parochus pro tempore dictæ terræ Alpisplanæ cogi debeat retinere Vicarium curatum in ecclesia Sancti Josephi dictæ villæ Vici superioris, seu potius quomodo sit providendum, in casu &c.*

Ad I. Negative, & amplius. Ad II. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, nempe pro facultate concedendi a Capellano Vici superioris, retinendi expensis illius populi, audiendi etiam in hujusmodi Oratorio publico sacramentales confessiones, S. Eucharistiam, & Oleum sanctum in eodem retinendi, nec non administrandi, missamque etiam diebus solemnioribus celebrandi, salvis quibuscumque juribus Parochialibus.

Sess. 24. cap. 3. de Reform.

SENOGALLIEN. PROCURATIONIS.

An Episcopo Senogallienſi sint præstandæ procurationes per contributum ab Abbate Sanctæ Mariæ, Priore S. Severi, Monasterio Monialium, Confraternitatibus laicalibus, Monte pietatis, & possessoribus beneficiorum etiam simplicium, aliisque locis piis Terræ Montis Novi, quæ subsunt visitationi Episcopi, in casu &c.

Affirmative, & amplius.

COR-

CORDUBEN.

An indultum vacandi per quatuor menſes ſit concedendum, in caſu &c. *Seſs.24. cap.12. de Reform.*

Dilata.

HISPALEN. Anno 1615. Gundiſalvus *de Campo* archidiaconus *Eleplæ*, qui Hiſpaniæ Bæticæ locus eſt, & canonicus, ac vicarius Hiſpalenſis, ſolemni contractu ex ſuis bonis collegium Societatis Jeſu conſtituendum juſſit pro vicenario numero juvenum, qui alerentur, ac ad ſtudia inſtituerentur, nec non pro religioſis ejuſdem Societatis, vel *theologiam repetentibus*, vel *tertiæ probationis* annum agentibus. Statuit, ut a tempore, quo bona daret, nonniſi duo alumni, atque unus, vel alter ex religioſis ibi degerent, quouſque multiplicatis bonorum reditibus, ædificium neceſſarium perficeretur, atque omnia pro collegio ſuſtentando ſuppeterent. *Seſs.22. cap. 6 de Reform.*

Munificentia *Eminentiſſimi Cardinalis de Solis* Hiſpalenſis Archiepiſcopi, hoc tempore ædificium omni opere completum eſt, atque ad implendam conventionem donationis parata ſunt omnia. Itaque *P. Joſeph Baena* provinciæ Bæticæ ejuſdem Societatis moderator ſupplicavit SANCTISSIMO, *ut vice, & loco religioſorum theologiam repetentium, & tertiam probationem agentium, poſſit in dicto collegio ſubſtituere totidem religioſos miſſionarios*. De hiſce precibus agitur.

Ait rem non eſſe de commutanda ſubſtantia voluntatis pro alumnis educandis, & inſtruendis, ſed loco religioſorum *ſtudia theologiæ repetentium*, vel *tertiam probationem* agentium, ſubrogandis aliis, qui ad ſacras peragendas miſſiones incumbant. Hanc minimam variationem eſſe, quæ nullius jura lædit, imo bonum, & utilitatem totius collegii auget, ideoque admittendam *Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſs. 22. cap.6. num. 6. de reform. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.83. num.12.*

Mutatam nunc eſſe temporum, ac rerum conditionem. A centum, & ultra annis non haberi in provincia hos *repetentes ſtudia*: haberi autem collegium aliud pro iis, qui *tertiæ probationis* ſunt. Rurſus inſpecta tota donationis ſcriptura magis conformem menti *Gundiſalvi* hanc variationem eſſe. Voluiſſe illum, ut non minus ſcholares ad ſacras miſſiones inſtruerentur, atque incumberent. Imo quinto anno poſt factam primam donationem, ſolemni actu declaraviſſe, ut duo ex ſcholaribus omnino ad ſacras miſſiones irent,

quos si fieri posset duo ex religiosis comitarentur, atque instruerent. Concurrere itaque de hac variatione ipsam ejus præsumptam voluntatem, quæ propterea, dum non repugnat, sed favet novo modo, hic jure igitur induci potest *Imol. in Clement. quia contingit nu n.9. de relig. domib.*, *Amostaz. de caus. piis lib. primo cap.*14.*num.*12., *Card. de Luc. de testam. disc.*72.*num.*16., *Gratian. discept.*458.*num.*29., *Rot. cor. Emerix jun. decis.*806.*num.*6.

Addit, quaqua versus res omnis introspiciatur, patere meliora hinc fieri, & pinguius impleri omnia, quæ iccirco ex Apostolica auctoritate firmanda sunt *Carp. de executor. testam. lib.*3. *cap.*40.*num.*35.*&* 36., *Lotter. de re benefic. lib.*7. *cap.* 43. *num.* 67., *&* *in Romana, seu Januen Legati* 1. *Julii* 1697. §. *Altera vero ratio, & §. Verum coram cl. me. de Tremoille*. Reliqua ex scriptis.

Eminentissimus Archiepiscopus retulit *die* 30. *Septembris* 1764: *ex literis fundationis clare constat, totum fundatoris animum incumbere in hoc, quod tam PP. Societatis, quam scholastici ibi degentes in missionibus se exercerent ad lucrandas animas &c. semper major erit numerus instructorum de sæculo, quam Patrum theologiam repetentium, tum quia hæc provincia ad summum sex, vel octo Patres ad missiones poterit assignare, tum quia præter dotationem exhibitam a fundatore, quæ Patres inter, & sæculares dividi debet, ab aliis benefactoribus aliquæ annuæ portiones sunt assignatæ redituum pro sæcularibus. Sic a prædecessore meo D. Ambrosio Ignatio Spinola pro manutentione aliquorum sæcularium annua portio assignata fuit. Hæc omnia congruum judicavi nota facere Sacræ Congregationi, simulque, quod pro certo habeo, nempe quod utile, & ad Dei gloriam evadet, quod SS. D. N. gratiam concedat, quam præsenti libello consequi desiderat Provincialis modernus Societatis Jesu hujus Bæticæ Provinciæ.*

In donatione *Gundisalvus* dixit se cogitare de constituendo collegio, *che fosse come perpetuo seminario de' ministri di Dio, dove si educassero in virtù, e lettere studenti tanto secolari, che religiosi, ad oggetto che essendo sacerdoti fossero ministri atti nella sua santa Chiesa Cattolica Romana per la conversione, e salvazione dell'anime.*

Illud deinde constituit *ad effetto, che in esso si educhino, sostentino, e ripassino gli loro studii quelli, che della medesima Compagnia di tutta questa provincia di Andaluzia, quali avessero terminati per così perfezionarsi in essi; o quelli, che della medesima Compagnia terminato l'uno, e l'altro, facessero la terza probazione, che secondo il suo lodevole instituto costuma so fare per perfezionargli in lettere, e virtù, o per ambedue le cose, o per quelle, che di queste meglio paresse alli superiori della medesima, ed altresì ad oggetto, che unitamente si educhi in questo collegio sotto il governo, e disciplina dell'istessa Compagnia un certo numero di studenti secolari, che di sotto s'individuerà per*

lo

lo ſteſſo fine di ſopra indicato, cioè, che educandoſi, e perfezionandoſi in lettere, e virtù rieſchino miniſtri atti della Chieſa.

Anno 1620. addidit: *item ſupplico, e domando al Rño Padre Generale delle detta Compagnia di Gesù, che piaceu logli voglia ordinare, che in ciaſcun'anno, paſſata la Domenica in Albis, o in altro tempo più commodo, che pareſſe al P. Provinciale di detta Compagnia, vadino due collegiali del detto collegio ſeminario alle miſſioni di queſto Arciveſcovado, e che vadino due Padri della detta Compagnia con quelli per inſegnargli come hanno da fare queſto ſanto miniſtero, e ciò lo domando per favore, e grazia alla Paternità ſua Rña, e non in forma di contratto, che compiacendoſi, ſi faccia, e ſe non lo concedeſſe, queſta clauſula ſia nulla, come ſe non ſi foſſe eſpreſſa in quanto alli detti Padri della Compagnia, e rimanga nella ſua forza, e vigore riſpetto alli detti collegiali, affinchè queſti ſoli vadino alle dette miſſioni.*

Ante omnia advertendum erit hanc variationem, quæ petitur, nihil immutare debere de iis, quæ pro alumnis recipiendis, alendis, & inſtruendis conſtituta ſunt: reſpicere tantum poſſe, vel unos, vel alteros religioſos in collegio retinendos.

His poſitis, certa *forma*, ac *modo* ab aliquo præſcriptis, ut ſua voluntas executionem habeat, ſi quæratur, an deſcriptus *modus*, vel *forma* per aliud ſimile impleri valeat, diſtinguunt comuniter *forenſes* inter *formam*, quam ſuo vocabulo *ſubſtantialem* dicunt, & *effectualem*. Si *ſubſtantialis* ſit, nequit aliter, quam ſcriptum eſt, adimpleri *Altograd. conſil.46. num.21.*, *de Comit. de fideicomm. deciſ.38. num. 9.*, *Rot.in Romana immiſſionis 20. Februarii 1736. §. Itaque coram clar.mem. Card. Calcagnino*. Si *effectualis* vero, poteſt, dummodo idem ſequatur effectus *Palma Nepos alleg.342.n.12.*, *alleg.343num.14.*, *Card.de Luc.de fideicom.diſc.45.num.4.*, *Rot. in Romana, ſeu Forolivien. fideicommiſſi 20. Maii 1720. §. Cum autem cor.Foſcaro*.

Explicant autem *ſubſtantialem*, dum teſtator ſpeciali ex cauſa illam elegit *Balducc. ad Ramon. conſil. 28. num. 9. de Comit. deciſ.16. num. 31. & 33.* Vel præciſe, ac circumſcriptis verbis illam ſervari juſſit *Altograd. conſil.46.n.29. de Comit. deciſ.Florent.89.num.37.*, *Rot.dec.36. par.16.num.6. deciſ.67. num.4. part.19.*, *& in Verulana ſucceſſionis 12. Februarii 1748. §.5. coram clar. mem. Card. Caprara*. Maxime ſi clauſulis uſus eſt, *non alias*, *aliter*, *nec alio modo*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.460. num.14.*, *Rot. recent. deciſ.226. num.6. part.15 coram Molines dec.1007.num.2.*, *& in Romana immiſſionis 7.Maii 1737. §.Hic autem cor. de Vais*.

Appellant vero *effectualem*, quæ ideo a teſtatore appoſita eſt, ut, quomodocunque, ſequatur effectus, quem voluit; adeo ut alienum non videatur, ut ad eundem effectum aſſequendum

quid

quid ſimile ſubjiciatnr . Exemplum ejus rei eſt in *l. mulier* 22. *ff. ad Senat. conſult. Trebellian.* : *Mulier , quæ duobus filiis in poteſtate patris relictis alii nupſerat, poſteriorem maritum hæredem inſtituit , eumque rogavit liberis ſuis poſt mortem patris eorum hæreditatem ſuam reſtituere , vel ei , qui eorum ſupereſſet . Quærebatur, an qui ſupererat ex filiis, partem fratri ſuo reſtitutam petere poſſit, quaſi præmature datam . Scevola D. Marcum in auditorio de hujuſmodi ſpecie judicaſſe refert : Braſidas quidam Lacedemonius vir Prætorius eum filiis ſuis ab uxore divortio ſemparata , ſi morte patris ſui juris fuiſſent effecti fideicommiſſum relictum eſſet , eos emancipaverat ; poſt emancipationem , fideicommiſſum petebant, decreviſſe igitur D. Marcum refert fideicommiſſum eis repræſentandum, intellecta matris voluntate, quæ quia non crediderat patrem eos emancipaturum , diſtulerat in mortem ejus fideicommiſſum , non dilatura id in mortalitatem , ſi eum emancipaturum ſperaſſet : ſecundum hæc dicebam, & in propoſitam quæſtionem decretum D. Marci eſſe trahendum , & recte fideicommiſſum utriſque ſolutum, & in l. ſi ita eſſet* 15. *ff. quando dies leg.*

Verum enim vero *forma* proprie dicenda eſſet earum rerum, quæ exiſtunt , *modus* autem de rebus , quæ agendæ eſſent . Ac ſecundum hanc ſignificationem , ad *formam* pertinere videretur , quod juriſconſulti dixerunt , mutata *forma* , prope interimi ſubſtantiam rei, ut habetur in *l. Julianus 9. ff. Si quis ad exhibendum* : *ſed hoc ita utique verum eſt , ſi dolo malo in aliud corpus res ſit translata: veluti ſi ex ſcypho maſſa facta ſit ; quanquam enim maſſam exhibeat, ad exhibendum tenebitur , nam mutata forma prope interimi ſubſtantiam rei Marcellus ſcribit .*

At ſepoſita omni non neceſſaria circuitione verborum , quæ confuſionem , ut non raro venit , tantummodo facere apta eſt , tota inveſtigatio hæc ad inquirendam intime voluntatem refertur , ut nempe videatur quid teſtator juſſit , quid mandavit ; num eam rem voluit , modumque demonſtravit , quo fieret , vel modum ipſum elegit , quia illum adamavit præcipue . Hoc ex ipſo tenore ſcripturæ , vel aliis argumentis petendum eſt: veluti ſi mandavero *Titio* , ut fidejubeat pro alio , etiamſi *Titius* non fidejuſſerit , ſi alio modo pecuniam dandam curaverit , teneor obligatione illius pecuniæ reſtituendæ . Ejus rei elegans textus eſt in *l. cum controverſia ultim. §. ultimo ff. mandati . Mandavit in hæc verba : Lucius Titio Cajo ſuo ſalutem : peto , & mando tibi , ut fidejubeas pro Publio Mævio apud Sempronium , quæcumque a Publio ſoluta tibi non fuerint , me repræſentaturum ; hac epiſtola manu mea ſcripta notum tibi facio . Quæro ſi non fidejuſſiſſet , ſed mandaſſet creditori , & aliter egiſſet , quam ei mandatum eſſet , an actione mandati teneretur . Reſpondi teneri .* Et gloſſa *verbo teneri , quia pro eodem eſt : nota ergo, quod nihil intereſt, quod ex æquipollentibus fiat .*

Quem

Quemadmodum ſi alicui certa pecunia legata ſit, ita ut fundum emat, non ideo legatarius fundum emere teneretur, niſi ex argumentis pateret teſtatorem voluiſſe, ut fundum vere emeret, quia ei minus diligenti homini fortaſſe proſpectum voluit, ne ſcilicet pecunia diſſiparetur; quo caſu non ſolum fundus emi deberet, ſed alienari non poſſet, licet de hoc teſtator expreſſe non dixerit. Hanc ipſam ſpeciem exhibet Papinianus in *l. Titio centum de condit.*, & *demonſtrat.*: *Titio centum, ita ut fundum emat legata ſunt. Non eſſe cogendum Titium cavere Sextus Cæcilius exiſtimabat, quoniam ad ipſum dumtaxat emolumentum legati rediret. Sed ſi filio fratris alumno minus induſtrio proſpectum eſſe voluit, intereſſe hæredis credendum eſt, atque ideo cautionem interponendam, ut & fundus comparetur, ac poſtea non alienetur.* Ita quidem & emendus fortaſſe eſſet, ſi fundum emendum, vel locum emptionis faciendæ nominaſſet. Tunc etenim videretur ad voluntatem omnino pertinere, ut legatarius eum fundum, vel eo loci acquireret, ſive ſui gratia, ſive fortaſſe venditoris, ſive forte alterius.

His ita ſe habentibus in cauſa, de qua eſt ſermo, ſive agatur de modo, ſive de ipſa voluntatis ſubſtantia, conſiderandum quid *Gundiſalvus* voluerit; num erectionem collegii pro ea parte, quæ Societatem, quam præcipua benevolentia proſequebatur, reſpiciebat, ad ipſius Societatis commodum, & utilitatem; vel enixe optaverit etiam illorum religioſorum manſionem, qui tranſacta ſtudia *repeterent*, aut *tertiam* probationem agerent. Conſiderandum num fortaſſe hanc iſtorum religioſorum retentionem pertinere potuiſſe exiſtimaverit ad inſtructionem ſcholarium in eodem collegio admittendorum.

Quando vero hæc deſignatorum religioſorum nominatio nihil ad ſcholares pertineat, quid cauſæ eſſe potuerit, quod hos prætulerit per futuram poſteritatem incertos utique, & ignotos ſibi homines, ut ibi retinerentur invita aliquando, vel non indigente Societate, quam ſane in primis colebat, atque amantiſſimis oculis intuebatur?

Advertendum plane hic non agi de teſtamento, ſed de contractu ſolemnibus verbis, pactiſque concepto utrinque obligatorio, & oneroſo. Verum quocunque caſu, variatis ejus provinciæ rebus, ponderandum nunc eſſet, an cauſæ proferantur, ut hæc variatio, ſive quomodocunque dicatur commutatio, indulgenda ſit, vel quia *repetentes ſtudia* in ea provincia non habeantur amplius, vel quia *tertiam probationem* agentibus alibi in eadem provincia proviſum ſit; dum tamen ex hac variatione nihil deterior conditio ſcholarium fiat.

EE. PP. uti ſolent, accurate expendent, quæ proponuntur, atque edicent

An ſit locus ſubrogationi religioſorum miſſionariorum vice, & loco theo-

theologiam repetentium, seù tertiam probationem agentium, in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

TOLENTIN. ARCHIPRESBYTERATUS. Ecclesia Tolentini anno 1586. Sixti V. beneficentia in cathedralem evecta, archidiaconum, & septem canonicos habuit primum, quibus postea ex piorum hominum largitionibus octo alii adjuncti fuerunt. Canonicus *Franciscus Nardi* suis tabulis jussit, ut, post hæredem usufructuariam, ex suis bonis erigeretur *una seconda dignità nella chiesa catedrale con il titolo di Arciprete*. Jus nominandi dedit *Antonio Moriconi*, & descendentibus, inde familiæ *Taccia*, ac deficientibus omnibus capitulo ipsi. Archipresbyterum primo voluit *Theodorum Moriconum Antonii* fratrem. Secuto inde obitu usufructuariæ *anno* 1743., consensus capituli pro erigenda dignitate datus est, multis tamen expressis conditionibus, quarum tres, quæ controversiam constituunt, ita habent.

Sess. 24. cap. 12. de Reformat.

Primo, *che li possessori dell' arcipretura da erigersi non possino mai pretendere amassatioue, nè jus alcuno nè beni, decime, jusspatronati, legati, e ragioni sin ad oggi aquistate dagli Signori Arcidiacono, e Canonici, e non debbano intervenire nè capitoli, che per detti effetti riservati si faranno.* II. *Che per tutte le spese ordinarie, cioè consumo di cera, vino, ostie per le messe tanto lette, che cantate, e per gli divini offizj, incenso, carbone, libri, oglio santo, corde per le campane, fascine, e polvere per la festa dell' Assunta, come pure per lo stipendio del sagrestano, serventi di messe, organista, ed alzamantici, siano tenuti gli possessori di detta Arcipretura da erigersi pagare ogni anno scudi 5., e bajocchi 85. a tenore del calcolo delle partite estratte per il corso di anni 10. &c. ed in oltre a contribuire pro rata a tutte le spese straordinarie anche di liti concernenti l' interesse comune, che si faranno dopo tal' erezione.* IV. *Essendo uso immemorabile, che le funzioni Pontificali in assenza del Signor Arcidiacono vengbino fatte dal Signor Canonico più anziano, ed altresì goda degli emolumenti funerali, dovrebbe continuarsi un tal uso anco doppo detta erezione, tuttauolta dovendo fare tali funzioni il Signor Arciprete pro tempore, le possa fare, ma non possa mai pretendere, che si abbiano a parare seco lui gli Signori Canonici Gli emolumenti poi, che dovrebbe avere il Signor Arcidiacono, in sua assenza l'abbia il Signor Canonico più anziano, che sarà presente, ed in assenza anche del Signor Arciprete abbia l'emolumento di questo l'altro susseguente a detto anziano.*

Post hæc *die* 31. *Januarii* 1746. decreto curiæ erectio hujus *secundæ dignitatis effectum habuit cum privilegiis, & præeminentiis*

tiis simili dignitati competentibus, servatisque pactis, & conditionibus appositis in consensu præstito per Capitulum, ac aliis ad formam juris, & prout de jure, auctoritate Ordinaria attento consensu Capituli, ac omni meliori modo.

Theodorus *Moriconus* primus archipresbyter nunquam iis conditionibus reapse contentus apparuit. Sed *Franciscus Moriconus* successor de iis ad Sac. Congregationem querelam detulit, ac moderandas petit; acriter contradicente capitulo, multiplici utrinque disceptatione instituta, quæ partite intra in sua capita distributa legitur.

Ad I. quæstionum caput dubitari non posse ait *Moriconus* suum archipresbyteratum esse veram, ac propriam dignitatem ex juris sanctione, & ex voluntate testatoris, *Fagnan. in cap. ad hæc de præben. num.*47. *Card. de Luc. de Canonic. discurs.*30. *num*9. necnon ex auctoritate Ordinarii *Innoc. in cap. de multa num.6. de præben.*

Ad II. se non petere ex bonis singillatim seu canonicis, seu archidiacono relictis, sed ex aliis communi capitulo, seu ecclesiæ datis. Sub hac appellatione venire semper eos, qui e capitulo sunt sive antea, sive postea electos *Rot. in rec. decis.*391. *num.*2. *part.*15., *decis.*114. *num.*4. *part.*19. *decis.*1232. *num.*4. *coram Lancetta*, & *decis.*172. *num.*5. *coram Molin.*

Æquum etenim esse, ut qui commune cum aliis servitium præstat, communiter expensas præbet, atque communia onera suffert, communia emolumenta participet. *Rot. in rec. decis.*253. *num.*17. *part.*11., & *coram Molin. decis.*1284. *num.*17.. Capitulum ipsum aliis adjunctis canonicis id præstitisse semper: nonnisi in invidiam solius nunc archipresbyteri hanc novam legem inductam. Eadem recurrere inquit de III. capite; non esse excludendum, qui e corpore est, & cujus interest, ut pro re sua in collegio adsit.

Ad IV. non impugnat se contribuere, dum ad emolumenta admittitur, sed pro sua parte. Erectionem suæ dignitatis, non auxisse expensas annuas; imo ex ea auctum capitulum, auctum chorum, ecclesiam ornatiorem factam. Nihil alios canonicos, nisi quod commune est tribuere singulos.

Ad V. Eadem prorsus dicit: non renuit ad omnia communia emolumenta admissus, quod communiter præstatur ab aliis, præbere & ipse.

De VI. impugnat contributionem pro expensis honoris antea collati jam solutis, & quidem ex majori parte cum alienis pecuniis. Novum hoc dari exemplum, quod antea inauditum est, ut novi admissi canonici solvant debitum, quod non extat, & pro quo nullum jus contra admittendos capitulum sibi reservavit. In ipso consensu capituli pro archipresbyteratu nihil de hoc cautum fuisse.

Ad VII. de jure esse, ut deficiente prima dignitate, ad secundam omnia recidant: iniquum autem, ut unus serviat, alius

mercedem rapiat *cap. cum ſecundum de Præb. Rot. coram Veralli. deciſ.306. num.5. & in rec. deciſ.351. num.8. part.18.*

Ad VIII. denique contendit, omnia, quæ pro archidiacono fiunt, dum is abeſt, ad ſe pertinere. De jure eſſe, ut celebrantibus dignitatibus aſſiſtant canonici *Barboſ. ſum.apoſt. verbo Diaconus num.1. Piton. diſcept. eccleſ.15. num.5.*, *Monacel. form. leg. tit.5. form.4. num.6.*

Capitulum contra affirmat non eſſe hunc archipresbyteratum veram dignitatem, quæ adminiſtrationem cum *juriſdictione, & præeminentia, ac conſuetudinem* pro ſe requireret *Lotter. de re benefic. lib.1. queſt.16. num.47. Rot. deciſ.9. de præben. in novis*. Omnia hæc deeſſe archipresbytero huic, qui ſuos ſibi reditus habet, & nullam bonorum capituli adminiſtrationem. Acceptatum fuiſſe unice cum oneribus, ac honoribus canonicorum. Hanc nudam dignitatis appellationem ad nudum nomen referri *Lotter. de re ſienefic. loc. cit. Rot. coram Priol. deciſ.469. num.15. coram Penna deciſ.1547. num.4.*

Ad II. III. IV., & V. datas expreſſe conditiones de his omnibus in medium affert. Capitulum non aliter præbiturum fuiſſe conſenſum, qui alioquin neceſſarius omnino erat. Potuiſſe quidem pro ſuo nativo jure capitulum cum conditionibus conſenſum dare *Abbas in cap. cum acceſſiſſent de conſtit.*, *Fagnan. in cap. dilectus de Præb. num.19.*, *& 24.*, *Barboſ. de Canon.*, *& dignit. cap.3. num.3.*, *Pignatel. conſ.48. num.3. tom.6.*, *& Scarf. ad Cecoper. animad. ad tit.14. num.35. lib.1.*

Juſtas præterea conditiones adiectas fuiſſe, de excluſione nempe ab emolumentis, quæ antea quæſita fuerant *Tondut. queſt. benef. cap.68. num.13. Card. de Luc. de Canon. diſc.6. num.13.*, *Gratian. diſcept. 867. num.11.*, *& 12. Scarfant. loc. cit. num.57. 58. 60.*, *& 63.*, & a jure ſuffragii ſuper iiſdem bonis *Rot. deciſ.267. num.15. part.19.*, *& coram Lancet. deciſ.803. num.9.* Neque inde refragari poſſe novos capitulares, ut expenſas pro ſacrario, & pro eccleſia præſtent *Piton diſcept. Eccleſ.99.*

Has ipſiſſimas conditiones præſcriptas olim fuiſſe a S. Congregatione in una *Aretina erectionis Canonicatuum 5. Maji 1703.* quas refert *Scarfant. ad Cecop. animad. ad tit.14. lib.1. in fine*. Approbatas has fuiſſe ab Epiſcopo in archipresbyteratus erectione: *ſervatis pactis, & conditionibus appoſitis in conſenſu præſtito per Rmum Capitulum dictæ Cathedralis, ac aliis ad formam juris, & prout de jure*: acceptatas demum fuiſſe a primo archipresbytero eo tempore, qui cum iis legibus in capitulum admiſſus eſt.

Ad VI. archipresbyterum gaudere eadem, qua alii prærogativa honoris: æquum proinde eſſe, ut diſpendium ſubeat *Ventrig. in prax. eccleſ. annot. 18. num.8.*, *& 9. adden. ad Buratt. deciſ.391. num.23.*, *& Rot. coram Molines deciſ.390. num.12.*

Ad

Ad VII., & VIII. iterat, quæ dixit antea, de conditionibus expreſſe datis, quæ ſervandæ ſunt: aliter conſenſum non datum: aliter ſine conſenſu erectionem fieri non potuiſſe *Lambertin. de jurepat. lib.2. queſt.1. art.7. num.2. Tamburin. de jur. abbat. tom.2. diſput.5. queſt.10. num.7.*, & *Rot. coram Falcon. deciſ.39. num.8. de jurepatr.*

Epiſcopus de ſtatu controverſiæ verba habet, & de querelis archipresbyteri, *propterea quod ejus prædeceſſor, dum Archipresbiteratus poſſeſſionem adeptus fuit proteſtationem emiſit contra eaſdem velut irrationabiles, & nimis gravoſas, quæ proteſtatio apparet in actis meæ Curiæ Tolentinæ facta, & admiſſa ſub eadem die adeptæ poſſeſſionis, & non poſt poſſeſſionem adeptam, ut referunt Canonici*. Additque: *ut vero animi mei ſententiam aperiam, dicam, quod gauderem de concordia, pro qua etiam operam aliquam navavi*.

Certum eſt, potuiſſe auctoritate Epiſcopi erigi hanc dignitatem, quæ ex iis eſt, quæ in cathedrali erigi conſueverunt, ac ſacris canonibus cognitæ ſunt, dum profecto aliæ novæ, & inuſitatæ non potuiſſent, ut diſtinguiturcommuniter *Zabarell. iu cap. cum acceſſiſſent num.5. de conſtitut.*, *Fagnan. in cap. Perniciosum num. 70. de offic. ordinar.*, & *in cap. dilecto num.16. de præben. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 68. num.12. & de jur. eccleſ. lib.1. cap.21. num.5.*, *Gambar. de poteſt. legat. lib.5. tit. de poteſt. erigendi nova beneficia num.12. & 13.*, *Ricc. in prax. part.4. reſol.361. num 2.*, *Monet. de commut. ult. volunt. cap.11. num.328.*, *Selva de benef. part. 1. queſt.4. num.18. & par.4. queſt.7. num.10. caſ.116. Zerol. in prax. Epiſc. in verb. benef. part.1. fol.24. Monacell. in formular. legal. for. eccleſ. par.4. in ſupplem. ad 12. num.314.* Ac etiam diſtinguendo pluries edixit Sac. Congregatio, & ſpeciatim in *Sabinen. 26. Novembris 1695. lib.45. decret. pag.603.*, & *in Spoletina erectionis dignitatum 24. Martii 1736.*

His poſitis, licet dignitas appellari ſoleat *adminiſtratio perpetua rerum eccleſiaſticarum cum præeminentia in gradu*, ut ajunt canoniſtæ, & dixit *Rot. rec. deciſ.30. n.4. part.19.*, & *in Nullius, ſeu Urgell. n. Præpoſituræ 8. Junii 1685. §. his omnibus coram Paulutio*. Attamen quoties res ſit de dignitate in jure expreſſa nempe de archidiaconatu, & archipresbyteratu, quæ dignitates in jure ſunt, ut ex *tit. de off. Archid.*, & *de off. Archipresb.*, ſi fundationis lex eam dignitatem voluerit, etiam ſine adminiſtratione pro dignitate habetur ex generali fere totius Italiæ conſuetudine *Aret. conſ.3. num.5.*, *Fagnan. in cap. ad hæc de Præb. num.41. Barboſ. de Canon. cap.4. num.13. Cectoper. lucubr. can. lib.1. num. 139.*, *Pignattell. conſ. 130. num.5. tom.4.*, *Piton. diſcept. eccleſ.99. num.71.* Sac. Congregatio *in Tolentin. ſervitii Chori*, & *Miſſæ conventualis*, propoſito: *an prioratus dictæ collegiatæ eccleſiæ ſit dignitas, cujus qualitatis*, & *cujus effectus* reſcripſit *die 26. Maji 1739. ad VI. eſſe dignitatem ex comprehenſis ſub regula IV. Cancella-*

riæ ad effectus præeminentiales juxta ipsius collegiatæ consuetudinem.

Quemadmodum, licet jure communi dignitates non sint e capitulo, nisi iis sit annexa præbenda canonicalis, vel nisi in erectione e capitulo effecta fuerit, vel nisi ex peculiari sanctione capitulorum, vel consuetudine id obtinuerint. Attamen *Cardinalis de Luca* ex consuetudine omnes has dignitates in omni ferme Italia e capitulo esse affirmat *de benef. disc.46. num.5.*

De erigendis autem novis dignitatibus vel canonicatibus certum est consensum capituli requiri *Felin. in cap. cum accersisset num.15. de constitut. in cap. dilecto num.18. de præben.*. Alias sine hoc consensu irrita erectio esset *cap. sicut 28. de elect.* Sac. Congregatio in una *Clodien. 5. Julii 1608.*. *In una Aquinat. 20. Februarii 1677.* in qua disceptatis dubiis: *I. an* possit Episcopus erigere præposituram secundam dignitatem in dicta collegiata *II. an* in eadem, in qua non est præfinitus canonicorum numerus possit erigere canonicatum, rescripsit ad utrumque: *affirmative de consensu Capituli lib. decr.29. pag.371.*. In una Sabinen. erectionis archidiaconatus, *proposito an* erectio archidiaconatus facta sine consensu capituli sustineatur, rescripsit die 14. Aprilis *1696. negative, & erectionem sine consensu Capituli non sustineri lib.46. pag. 162.*, Pariter *in Maceraten. commutationis voluntatis 30. Augusti 1704. lib.54. decret. pag.348.*, & in *Firmana erectionis Canonicatuum 13. Septembris 1734.*

Unice inquiri tunc potest num injuste, vel juste dissentiat. Nam si juste contradicit, non obligatur ut invitum socium accipiat. In una *Aretina capellaniæ, seu Canonicatus*, cum testator demandasset erectionem unius canonicatus relicto jurepatronatus ei, qui erat filius *Baroncelli* civitatis, & ob id canonicatus erectioni contradiceret capitulum, proposito: *an vice præbendæ canonicalis sit erigendum simplex beneficium cum eodem onere Missarum, & sub eadem reservatione jurispatronatus ad formam testamenti*, rescripsit die 29. Novembris 1698. *affirmative duplicato onere Missarum, & servata in reliquis voluntate testatoris lib. decr. 48. pag.567.*

Et in una *Maceraten. commutationis voluntatis*, cum testator adscriptus sodalitio artificum, erectionem canonicatus in ecclesia collegiata injunxerit, reservato jurepatronatus deputatis ejusdem sodalitii, cum prælatione suorum consanguineorum, & filiorum confratrum, & contradiceret capitulum, propterea quod canonicatus inde tantum dandus esset ignobilibus consanguineis testatoris, aut solis confratrum filiis, proposito: *an sit locus commutationi voluntatis, & quomodo*, rescripsit *die 30. Augusti 1704. Esse locum commutationi voluntatis erigendo mansionariam, firma in reliquis remanente dispositione testatoris, ut lib.54. decret. pag.348.*

Ac tantummodo si injuste dissentiat, etiam reluctante capitulo ere-

erectio demandari poſſet, ut in *Ceſenaten. erectionis Archipresbyteratus*, in qua capitulum renuebat novam dignitatem ob jus patronatus laicale, & quia præjudicium inferebat *præcedentiæ*, *die* 6. *Maji* 1723. reſcripſit: *eſſe locum erectioni*; Et in *Firmana erectionis Canonicatus*, in qua, poſtquam, die 12. *Septembris* 1734. reſcripſerat *erectionem Capitulo reluctante factam non ſubſtineri*, propoſito deinde *die* 5. *Martii* 1735. *an eſſet locus ſanationi* reſcriptum eſt: *affirmative*.

Quando autem conſenſus, ſed cum conditionibus, ut in caſu eſt, datur, idem jus eſt; de iis inquiritur num injuſtæ fuerint. In una *Alatrina*, cum adjectæ fuerint plures conditiones in erectione novi canonicatus I. quod ſemper ſtare deberet in ultimo ſtallo II. haberet onus faciendi hebdomadam III. perpetua careret voce activa, & paſſiva in capitulis IV. teneretur ad quodcumque onus præſens, & futurum V. nunquam participaret de futuris relictis legatis pjis, & aliis largitionibus ad capitulum devolvendis VI. teneretur contribuereſcut. 6. annua pro manutentione utenſilium, & expenſis extraordinariis. VII. quod non parteciparet de punctaturis canonicorum abſentium, propoſito dubio: *an*, *& quomodo in cathedrali Alatrina ſit erigendus Canonicatus ordinatus ab Innocentia de Comitibus*, Sac. Congregatio *die* 8. *Februarii* 1727. reſcripſit: *affirmative juxta conditiones preſcribendas ab Emo Præfecto*. Conditiones autem preſcriptæ fuerunt: *Canonicatum erigendum eſſe cum omnibus juribus, honoribus, prærogativis, & oneribus ad inſtar aliorum Canonicorum, cum hoc tamen, quod novus canonicus in negotiis tangentibus intereſſe tantum antiquorum canonicorum non habeat vocem activam, nec paſſivam in Capitulo, ſicuti etiam quod non participet de legatis, & anniverſariis in preteritum relictis, & quod in maſſa diſtributienum quotidianarum conferat ſcuta* 20. *annua conſtituentia tertiam partem ſui Canonicatus, ad effectum ut ipſe, & omnes alii Canonici æqualiter hinc inde participent de punctaturis abſentium, & quod teneatur ad onera ordinaria, & extraordinaria tam in ingreſſu, quam in progreſſu, ut alii Canonici lib.* 77. *decret. pag.* 105.

Similiter in una *Sabinen. erectionis Canonicatuum*, cum conditiones adjectæ eſſent, & præſertim *quod* novi canonici nunquam habeant vocem activam, & paſſivam in capitulo, nec ſe ingerere in adminiſtratione, & gubernio eccleſiæ; *quod* ſemper ultimum habeant ſtallum, & locum in functionibus eccleſiaſticis; *quod* non participent de punctaturis aliorum canonicorum antiquorum; *quod* aſſiſtere non valeant functionibus Epiſcopalibus, niſi in defectum canonicorum capitularium; *quod* non admittantur ad turnum miſſæ cantatæ, & demum non participent de emolumentis, legatis, hæreditatibus, aliiſque relictis canonicis *collectivo* nomine, propoſito: *an*, *& erectio Canonicatuum demandata per Ordinarium ſit exequenda* reſcripſit die 18. Novembris 1730. *affirmative, ita tamen ut non participet de legatis relictis*

ctis ante erectionem Canonicatuum, nec de punctaturis antiquorum Canonicorum abſentium, & amplius.

In una *Lauretana Canonicatus* 20. *Julii* 1754 propoſito: *an* conditio ſub qua preſtitus fuit conſenſus per capitulum Baſilicæ Lauretanæ erectioni canonicatus Balducci de ſubeunda per poſſeſſorem dicti canonicatus punctatura ad rationem obul. 30. pro qualibet ſimplici, ad inſtar canonicatuum primæ erectionis ſit ſervanda. III. an itidem ſit ſervanda altera conditio, quod poſſeſſores ejuſdem canonicatus participare non debeant de emolumentis, & lucris dari conſuetis cæteris canonicis pro aſſiſtentia in miſſis, & officiis extraordinariis cauſam habentibus tam de præterito, quam de futuro, ad utrumque reſcripſit: *affirmative*.

Et demum in una *Eugubina erectionis canonicatuum*, cum canonici primæ erectionis plures adjeciſſent conditiones in erectione novorum canonicatuum, propoſito: I. an duo canonici noviter adjungendi, eorumque pro tempore ſucceſſores teneantur ſolvere ſacriſtiæ annuam ratam pro ſupellectilibus, & ceris a collegiata ſubminiſtrandis, ita ut ſit confirmanda conditio ſexta in acceptatione eorumdem canonicatuum impoſita, ſeu potius præfata ſumma ſumenda ſit ex reditibus hæreditatis dicti Trianguli. *II. an* dicti duo Canonici promiſcue participare debeant de punctaturis quinque canonicorum, & primæ dignitatis veteris inſtitutionis, & e contra iſti de punctaturis novorum canonicorum, ſeu potius procedendum ſit cum diſtinctione inter utroſque, & ſequenda ſit methodus præſcripta in conditione ſeptima. *III. an* iidem duo canonici eligi poſſint ad prioratum primam dignitatem inſtitutam a quondam Joanne Baptiſta Chriſtini. *IV. an* prædicti novi canonici habere poſſint vocem activam, & paſſivam in concernentibus hæreditatem dicti Chriſtini, atque in electione officialium, aliiſque contentis in conditione ſexta. *V. an* novi canonici participare valeant de legatis, & obventionibus quoquomodo relictis collegiatæ S. Chriſtinæ, ejuſque canonicis, ſeu potius illæ reſervandæ ſint canonicis veteris inſtitutionis ad normam conditionis 14., reſpondit die 26. Martii 1763. *Ad I. II., & III. negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam. Ad IV. gaudere voce activa, & paſſiva exceptis iis, quæ reſpiciunt intereſſe, & jura particularia veterum Canonicorum. Ad V. negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam, quoad legata relicta ante erectionem novorum Canonicatuum.*

Omnia nunc in unum colligendo. In cauſa, de qua agitur, erectio legitime facta eſt. Quod hæc vere dignitas dici, & e capitulo etiam cenſeri poſſit, fortaſſe non videtur abhorrere a conſuetudine. Capitulum potuiſſet cum juſta cauſa conſenſum negare. Potuit dare cum conditionibus. Conditiones apertiſſimas dedit. Epiſcopus eas admiſit, atque approbavit. De earum itaque iniquitate declaranda præcipua inſpe-

ſpectio eſt, num rejiciendæ, moderandæ, vel omnino ſervandæ ſint. Quid alias in ſimilibus Sac. Congregatio cenſuerit ſatis ſupra demonſtratum eſt. Tam de jis capitibus, quæ acriorem controverſiam faciunt, quam de I., & VI. EE. PP. perſpectis omnibus, quæ hinc inde congeruntur, opportuniſſimum reſponſum dabunt. Petitur

I. *An Archipresbyteratus erectus in eccleſia cathedrali Tolentini de anno* 1743. *ſit vere, & propriè dignitas in caſu &c.*

II. *An Archipresbyter poſſit comparticipare de bonis, decimis, juriſpatronatibus, legatis, aliiſque juribus generaliter relictis dictæ eccleſiæ cathedrali, aut Capitulo ejuſdem uſque ad diem* 25. *Maji* 1743. *in caſu &c.*

III. *An* Archipresbyter *poſſit intervenire, & habere ſuffragium in capitulis, ſeu reſolutionibus capitularibus faciendis ſuper dictis bonis, & juribus in caſu &c.*

IV. *An idem Archipresbyter teneatur ad contributionem ratæ ſcut.* 5. 85. *pro expenſis ordinariis ad d. Capitulum annuatim ſpectantibus, & ad ratam expenſarum extraordinariarum in caſu &c.*

V. *An modernus Archipresbyter teneatur ad dictas expenſas tam ordinarias, quam extraordinarias cauſam habentes de præterito poſt adeptam ab eo poſſeſſionem* Archipresbyteratus *in caſu &c.*

VI. *An idem Archipresbyter teneatur etiam ad contributionem expenſarum factarum occaſione expeditionis indulti cappæ magnæ in caſu &c.*

VII. *An, & cui debeantur emolumenta functionum peragendarum ab Archipresbytero in locum Archidiaconi abſentis in caſu &c.*

VIII. *An occaſione dictarum functionum teneantur Canonici inſervire Archipresbytero, prout juxta conſuetudinem inſerviunt Archidiacono in caſu &c.*

Die Sabbati 1. *Februarii* 1766. *in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis, de jure reſolvenda.*

IN præterita Congregatione *diei* 11. *Januarii* ſeptem propoſitæ cauſæ habuerunt reſponſum. Binæ ſunt reliquæ, quæ hic notantur.

*Seſs.*22. *cap.*6. *de Reform.*

HISPALEN.

An ſit locus ſubrogationi religioſorum miſſionariorum vice, & loco theologiam repetentium, ſeu tertiam probationem agentium, in caſu &c.

Affirmative, firma tamen in reliquis diſpoſitione.

*Seſs.*24.*cap.*12. *de Reform.*

TOLENTIN. ARCHIPRESBYTERATUS.

I. *An Archipresbyteratus erectus in eccleſia cathedrali Tolentini de anno* 1743. *ſit vere, & proprie dignitas, in caſu &c.*

II. *An Archipresbyter poſſit comparticipare de bonis, decimis, juriſpatronatibus, legatis, aliiſque juribus generaliter relictis dictæ eccleſiæ cathedrali, aut capitulo ejuſdem uſque ad diem* 25. *Maji* 1743. *in caſu &c.*

III. *An Archipresbyter poſſit intervenire, & habere ſuffragium in capitulis, ſeu reſolutionibus capitularibus faciendis ſuper dictis bonis, & juribus in caſu &c.*

IV. *An idem Archipresbyter teneatur ad contributionem ratæ ſcut.*5.85. *pro expenſis ordinariis ad d. Capitulum annuatim ſpectantibus, & ad ratam expenſarum extraordinariarum in caſu &c.*

V. *An modernus Archipresbyter teneatur ad dictas expenſas tam ordinarias, quam extraordinarias cauſam habentes de præterito poſt adeptam ab eo poſſeſſionem* Archipresbyteratus *in caſu &c.*

VI. *An idem Archipresbyter teneatur etiam ad contributionem expenſarum factarum occaſione expeditionis indulti cappæ magnæ in caſu &c.*

VII. *An, & cui debeantur emolumenta functionum peragendarum ab Archipresbytero in locum Archidiaconi abſentis in caſu &c.*

VIII. *An*

VIII. *An occaſione dictarum functionum teneantur Canonici inſervire Archipresbytero, prout juxta conſuetudinem inſerviunt Archidiacono, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative, & amplius. Ad III. Negative, & amplius. Ad IV. Dilata, & ſcribatur juxta inſtructionem. Ad V. Dilata, ut ſupra. Ad VI. Negative, & amplius. Ad VII. Deberi Archipresbytero. Ad VIII. Affirmative, & amplius.

MONTIS ALTI. *Anſelmus Carlini* canonicus collegiatæ eccleſiæ *S. Mariæ Lauretanæ Caſtiniani* in diœceſi *Montis Alti*, teſtamento hæredes inſtituit *quatuor* novos erigendos *canonicatus*, ac *duas* novas *manſionarias* in eadem eccleſia, ſuaque bona omnia vendi juſſit, ut inde cenſus acquirerentur pro fundo præbendarum, quæ conſtituendæ erant. Primos canonicos, & manſionarios nominavit; jus autem nominandi certis familiis dedit. *Seſs. 22. decr. de obſerv. & evit. celebr. miſs.*

Defuncto *Anſelmo*, executores teſtamentarii prædia hæreditaria venum expoſuerunt. Solus *Ariodantes Recchius* conſanguineus *Joſephi Recchj* unius ex executoribus, ſuam oblationem dedit, ſed emptionem perficere nequivit, propterea quod contradixerunt *Dominicus*, & *Franciſcus Carlini*, duo ex novis canonicis, quorum familia una eſt ex iis, quæ jus nominandi perpetuum habent. Hi contendunt venditionem bonorum ſtabilium uti damnoſam non faciendam. De hac controverſia nunc cognoſcitur. Epiſcopus de ea in ſua *relatione* pleniſſime refert quæ coram vicario *Caſtiniani*, quæque in ſua curia geſta ſunt.

Inquiunt ſacerdotes *Carlini* non verborum corticem ſpectandum eſſe in teſtamentis, ſed intimam mentem, & voluntatem teſtantis, ejuſque rationem præcipuam introſpiciendam, maxime in legatis piis *Mantic. de conject. tit. 13. num. 1. lib. 6.*, *Rot. dec. 13. num. 4. part. 17. recent.*, & *coram Falconer. de uſufr. dec. 5. num. 5.*, de quibus curandum eſt quantum fieri poteſt, ut pinguius, & plenius, etſi aliquanto diverſius a præſcripto modo, impleantur; ac, quod maximum eſt, tutius conſerventur *Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. reſol. 68. num. primo*, *Rot. dec. 286. num. 8. coram Duran.*, & *dec. 306. num. 6. coram Molines*.

Mentem autem teſtatoris fuiſſe apertiſſimam de habendis in hæreditate majoribus, qui poſſent, reditibus commodo ipſarum præbendarum, quas erigebat. Majores autem eſſe ex retinendis bonis, quam ex acquirendis cenſibus. Pretium bonorum vendendo imminui ob deductionem faciendam

dam oneris collectarum, quæ fere medietatem valoris pertingunt. Bona ſtabilia retineri perpetua, eadem ſemper eſſe, ſuos deſignatos fines ſervare, diligentiori culturæ, ideoque majori fructui dare perſæpe locum. Ex alia parte cenſus perpetuam variationem habere, ſummis periculis expoſitos, mutari continuo perſonas debitorum, ac decoctoribus exponi non raro,

Experientia compertum eſſe quid nunc ſit de iis beneficiis, quorum dotes in cenſibus erant. Hinc veniſſe, quod ſemper acquiſitiones ſtabilium, præſertim in legatis piis, prælatæ fuerint. Non eſſe hanc veram voluntatis commutationem, ſed legitimam potius interpretationem. Indulgendum ſenio ſi aliquid per errorem teſtator cogitaverit. Taxat *Joſephum Recchium*, teſtamenti conſultorem in hunc finem, ut bona *Ariodantes* acquireret.

Contra vero executores acriter inſiſtunt literæ, ad quam tutiſſimum ſe recipere exiſtimant. Claram eſſe legem teſtamenti, a qua nullo modo recedi poſſe *l.* 1. *cod. de ſacroſ. eccleſ.*, *Rot. dec.* 330. *num.* 2. *par.* 14., *& cor. Ratto dec.* 13. *num.* 1.

Neque obeſſe conſenſum canonicorum in vendendo a teſtatore requiſitum. Requiſitum conſenſum illum, ut bona venderentur meliori conditione, non ut voluntas oppugnaretur. Non eſſe quæſtionem de vendendis uno, vel alio modo, ſed de non vendendis omnino, quod aperte voluntati ejus adverſatur. Rurſus conſenſum illos præſtitiſſe primum, ut bona venderentur; appoſita edicta; factam licitationem: nonniſi in invidiam emptoris excitari nunc controverſiam; familiarem hanc ſimultatem eſſe, non ſtudium utilitatis *operis pii*,

Patere hæc omnia, quia duo tantum canonici ejuſdem familiæ delitigant, alii, de quorum intereſſe ſimul agitur, conquieſcunt. Ab iiſdem proceſſiſſe accuſationem injuſtam de mala adminiſtratione executorum, quæ ab Epiſcopo rejecta eſt. Itidem haberi ex facto, & peritorum æſtimatione, quod ex bonis nonniſi *ſcut.* 51. haberi poſſint, cum ex cenſibus haberentur *ſcut.* 90. Præterquamquod reditus bonorum imminui quolibet anno alluvie, & inundationibus aquarum, & propter excavandas, & purgandas foveas. Itidem errorem eſſe, quod in vendendo valor pro ſolutione onerum imminuatur. Apud eccleſiam eadem manere onera *Card. de Luc. de reg. diſc.* 50. *n.* 1., *Rot. cor. Celſo dec.* 259. *n.* 15., *& cor. Merlino dec.* 902. *num.* 55,

Videnda eſt *relatio* Epiſcopi, qui tandem pro ſacerdotibus *Carlinis* ſuum judicium videtur aperire: *unde cum per eoſdem ſacerdotes appellatio ad Sac. Congregationem interpoſita admiſſa fuerit, petunt, ut ab EE. VV. bonitate ſimiliter admittatur, ut eorum, & eccleſiæ jura tuto judicio cognoſcantur, quod revera in tali rerum diſcrimine, ne aſſis hæreditaria collectarum*

ſo-

ſolutione in ſui valore minuatur, & ſupplicantium ſacerdotum de Carlinis, quorum conſenſus pro terrarum venditione teſtator conditionaliter præſtitum voluit, quique in præſenti ſtatu viriliter denegatur, & deficit, jura ſpernantur, crederem poſſe exaudiri, ut EE.PP. cum eorum juſto, ſapienti, ac ſupremo judicio, quomodo erectio fieri deleat, legem ponant.

Teſtator dixit: *perchè l'amminiſtrazione della mia credità, da coſtituirſi tutta in dote de' ſudetti canonici, e manſionarii, rieſca meno incommoda, voglio, e comando, che dopo la mia morte i miei eſecutori teſtamentarii, col conſenſo de' Signori Canonici, che in appreſſo nominerò, vendino tutti li miei mobili, beſtiami, caſe, e terreni; e che tutto il denaro ritratto dalla vendita de' miei ſtabili, e mobili, unito a quello de' crediti, che reſteranno ad eſigerſi, ſi rinveſta in tanti cenſi, quali, con li cenſi, che ſi troveranno in mio favore dopo la mia morte, ſi conſegnino tutti per dote di eſſi canonici, e manſionarii; e che ciaſcun canonico abbia per ſua entrata da conſiſtere in ſole diſtribuzioni quotidiane almeno ſcudi venti l'anno annui, e li manſionarii almeno ſcudi dieci, ſe poi fruttaſſero più, come ſpero &c.*

Sac. Congregatio, licet cenſus ad nonnullos effectus bonis ſtabilibus æquiparentur, tamen pro celebratione miſſarum vetuit ſemper, ne acquiſitiones in cenſibus fierent. In *Fundana* 28. *Februarii* 1654. dixit: *cenſus non reputari bona ſtabilia ad effectum inveſtiendi pro celebratione miſſarum tom.* 19. *decret. pag.* 319. *ter.* Nec eos admiſit niſi quando ſtabilia non reperirentur, ut in *Neapolitana* 13. *Auguſti* 1658. *lib. decret.* 21. *pag.* 337. *ter.*; & quidem præſcriptis pluribus conditionibus; & aliquando etiam cum fidejuſſore, ut in *Tarentina* 8. *Auguſti* 1671. *lib. decret.* 27. *pag.* 174.

In *Firmana* autem *oneris miſſarum* 23. *Junii* 1764., licet teſtator juſſerat, *che i ſuoi nipoti debbano mettere a cenſo ſcudi* 500. *preſſo idonea perſona, ad effetto, che colli frutti di quelli ſi manteuga un cappellano, che celebri ogni giorno meſſa*; propoſito: *an, & quomodo fundus capellaniæ quotidianæ ſit conſtituendus in bonis ſtabilibus valoris ſcut.* 500., *ſive in cenſibus in caſu &c.* reſcripſit: *affirmative, & conſtituendum eſſe fundum capellaniæ in bonis ſtabilibus.*

Bona primæ erectionis, ut hæc ſunt, ſi retinentur, a collectis exempta remanent *cap.* 1. *de cenſ. Rot. deciſ.* 1. *num.* 7. *de gabell. coram Falconer.*

Perpendendum quid faciat illis verbis expreſſa teſtatoris juſſio, & quidem clara, & apertiſſima de vendendis bonis.

In *Hiſpalen.*, quæ habetur in *folio* præcedentis Congregationis, late pertractatum eſt de retinendo, vel variando modo a teſtatore præſcripto.

Proponitur

An erectio canonicatuum, & manſionariarum vigore teſtamenti An-

ſelmi Carlini fieri debeat in cenſibus, ſeu potius in bonis ſtabilibus, in caſu &c.

Affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam, & amplius.

Seſs.7.cap.7. de Reform.

GNESNEN. UNIONIS. Uniit Archiepiſcopus *Gneſnenſis* duas parochias in *Cierno*, & *Zlotniki* monaſterio *Andreovienſi* Ciſtercienſium, uti ad monaſterii jus patronatus ſpectantes, reſervata tamen Sedis Apoſtolicæ, quæ neceſſaria omnino erat, approbatione. Petierunt monachi approbationem, ſed quia de jure patronatus non docebatur pleniſſime, die 24. *Novembris* 1764. *dilationem* exorarunt, quæ data eſt. In *folio* 15. *Septembris ejuſdem anni* cauſa deſcripta erat.

Venerunt poſtea, ac rem eſſe confectam exiſtimabant ex novis monumentis, quæ attulerunt. Verum *die* 27. *Aprilis* proxime elapſi anni, iterum cauſa dilata eſt.

Nunc alia monumenta de ſuo jure addunt, & denuo ſupplicant. Videnda ſunt *folia* 15. *Septemb.* 1764., & 23. *Martii* 1765., in qua de cauſa differitur. EE. Patrum judicium exſpectatur

An ſit conſulendum SANCTISSIMO pro unione Parochialium in Cierno, & Zlotniki, de quibus agitur, in caſu &c.

Affirmative.

Seſſ.24. cap.1. de Reformat.

ROMANA, SEU REATINA NULLITATIS MATRIMONII. Aliquot menſibus, poſt contractas menſe *Junio* anni 1763. nuptias inter *Paulum Peccatorium* Reatinum, & *Eleonoram Gamam de Caſtro* Romanam, auditæ querelæ ſunt mulieris de viro ad munera conjugii inepto, qui alias uxorem habuerat, & ex ea tertio ante anno ſuſceperat prolem. Concordi animo ſe primum lecto diſſociarunt conjuges, quod inde repetiverunt, Poſt plura, quæ, ut hic dicantur, neceſſe non eſt, controverſia ad Sac. Congregationem venit. Mandatum itaque eſt Epiſcopo, ut de ea legitimas probationes reciperet ſecundum canones, ac ſan.mem. Benedicti XIV. in conſtitutione *Dei miſeratione* datam legem, completa rite *acta* tranſmitteret, ac referret de ea re, uti factum eſt.

Hinc matrimonii *diſſolutionem* nunc mulier petit, diſſentiente marito, qui tamen *defenſore ex officio* contentus, nihil addit. Utriuſque partis luculenta, atque accurata haben-

bentur ſcripta, quæ & facti momenta, & jura expendunt. Ea plenius exſcribere inutile profecto eſſet, & forte conſultius prætermittuntur. Summatim vero hæc habent.

Pro muliere, certam ex facto eſſe puellæ inviolatam integritatem. Fruſtra ſe omnia paſſam, cuncta, quæ debuerat, præſtitiſſe. Fruſtra ex alia parte tentata omnia. Nihil de hoc dubitaſſe ſive peritos, ſive obſtetrices. Nullam tutiorem ea, quæ profertur, probationem canones inveniſſe. Quidquid de ea phyſici aliquando dixerint, ea canones contentos fuiſſe ſemper, eam judices admiſiſſe.

Præterea id haberi ex ipſa affirmatione jurata utriuſque conjugis, quorum nobilitas, ac ſimul animorum diſcordia excludit fraudem. Scitum eſſe quam ſemper rationem habuerint canones de hoc concordi utriuſque conjugis teſtimonio.

Certum præterea ex ipſo facto maritum eſſe in præſens invalidum, atque inutilem. Certum eſſe judicium peritorum de hac perpetua illius, ac deſperata imbecillitate, nulla ſive naturæ, ſive artis ope juvanda. Saltem ſi hæc perpetua infirmitas hominis *manifeſto evidens* dicenda non ſit, impugnari non poſſe factam nunc eſſe *evidentem veriſimiliter*; quod ex ſententia *Rotæ* ſatis ſuperque eſt, ut ad *diſſolutionem* nihil exſpectetur ultra, ac de ea proferatur judicium *Rot. ad ornat. Card. de Luca deciſ.* 11. Multaque inde ex monumentis cauſæ colligit, quæ hanc aſſertionem confirmant.

Neque ſolum non exſpectandum eſſe aliud ex novo experimento triennali, imo hoc caſu experimentum uti non legitimum, ac fortaſſe illicitum non admittendum.

Nihil obſtare autem, quod maritus idoneus quondam fuerit. Potuiſſe hanc novam infirmitatem venire, uti venit. Exploratum hoc habuiſſe medicos. Ipſum maritum hoc jure jurando primum affirmaviſſe. Neque a naturæ legibus alienum, ut quod facit in ſenibus, præmature in aliquo hominum faciat. Quotidiana ejus rei experimenta haberi. Non deeſſe novi morbi cauſam in viro ex ægritudine animi, & infirmitate ob defunctam primam uxorem contracta.

Ad hæc, concordiſſime ipſum *Paulum* egiſſe prius de diſſolvendo conjugio. Simultates deinde cum puella exortas. Hinc contradictionem. Hinc inventas fabulas quod ex puellæ odio, ac faſtidio omnis hæc imbecillitas viri ſit. Neque etenim puellam initio faſtidioſe accepiſſe virum, neque omnia non egiſſe, quæ agenda erant. De cætero virum de præſenti faſtidio uxoris inciviliter conqueri: faſtidii maritum imbecillem primæ ætatis florentiſſimæ puellæ dediſſe juſtam, ac plane non levem cauſam.

Defenſor matrimonii contra affirmat certas, atque abſolutas utique imbecillitatis probationes afferendas eſſe; maxime de viro, qui uxorem, & prolem habuit, cujus proinde roboris

boris probatio certa eſt. Hanc ſubitam infirmitatem veniſſe, evidenter concludendum eſſe *Sanchez de matrimon. lib.7.diſp.102.num.3., Rot.deciſ.935. num.10.cor.Coccin.*

Impugnat vero probationem illam haberi ex *actis*. Non datas, uti debebant *Reate*, interrogationes per *defenſorem* matrimonii, ſive judicem utrique conjugi, non teſtibus, non peritis, non obſtetricibus. Hinc cuncta non legitime confecta, quæ ob eam ſolam rationem inutilia ad cauſam evadunt.

Cæteroquin utrumque conjugem in ſuis dictis diſcordem eſſe. Mulierem referre omnia ad viri infirmitatem: virum ad mulieris perpetuum odium, atque indignationem. Hoc ipſum in cauſa eſſe, ut eorum affirmationibus fides non detur ulla, ſive ob ſuſpicionem, quam intrinſecus habent *canon.2. cauſ.33.quæſt.1. cap. literæ de frig., & malefic. de Juſt. diſpenſ. matrimon. lib.2. cap.17. num.21.*; ſive ob peculiares cauſas, quibus matrimonium diſſolvendum exoptant. Teſtes vero id referre, quod audierunt a conjugibus, quibus ideo credendum non eſt.

Adjicit, quod licet probaretur pleniſſime *Eleonoræ* integritas, quidquid ſit de hoc ſemper ſuapte natura incerto judicio, non hinc concluderetur neceſſario impotentia viri. Nullum in corpore apparere vitium inſanabile, Nullum inde internum perpetuum vitium indicari. Judicium peritorum de hac vitii perpetuitate inanibus rationibus niti, Contra ſe habere plurium, & etiam peritorum affirmationem, qui in re præſente de viro ad matrimonium idoneo judicaverunt. Nulla paralyſi laborare hominem. Deficere itaque omnem neceſſariam probationem. Ad ſummum liberaliter agi, ſi non rejectis ab initio precibus, triennii experimentum admittatur.

Matrimonium ſecundum Eccleſiæ ritus *vere, & proprie unum ex ſeptem legis Evangelicæ Sacramentis a Chriſto Domino inſtitutum*, ut Conclium docuit, indiſſolubile ſuapte natura, disjungitur ſane ex impedimento, quod adfuerit, atque adſit ad illud conſummandum, perpetuo tamen, & inſanabili in uno ex conjugibus, ob conſenſus ſcilicet, ſine quo matrimonium non fuit, defectum, qui alteri juſtam querelam præbet: *volo eſſe mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi; ſed vir, quem accepi, frigidæ naturæ eſt, nec poteſt illa facere, propter quæ illum accepi*: ſunt verba *text.in cap.1. de frigid., & malefic.*

Ita ut matrimonium tunc vere non reſcindatur, quod perfectum, completumque chriſtiano more disjunctionem non patitur eorum, *quos Deus conjunxit*; ſed declaretur ab initio non extitiſſe. Atque hinc patet ratio cur *contrahens ſcienter cum impotente ad copulam, ab ea non ſeparetur*, quæ eſt *ſumma* textus *cap. conſultationi eodem tit.*, in quo Lucius III. dixit: *licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium, Romana tamen Eccleſia conſuevit in conſimili-*

milibus judicare, ut has, ſi tanquam uxores habere non poſſunt, habeant ut ſorores; quem *textum* de hoc peculiari caſu dulerentem, forſitan non ſatis appoſite traducunt ad demonſtrandum, quod Eccleſia ab hiſce judiciis omnibus antea ſe abſtinuerit. Ob eamque rationem, quia ab initio conſenſus non defuit, matrimonia cum ſenibus conſiſtunt, non *quia in ſenilus dicitur eſſe legis obſequium, & humanitatis ſolatium*, ut retulit *gloſſ. in cap. quod ſedem*.

Quiſque videt rem periculi pleniſſimam ſumma animadverſione, & cautiſſime tractari debere, ne ſupra humanæ poteſtatis leges extollatur arbitrium. Hinc certam probationem impedimenti omnino deſperati, nulla quocumque tempore reparabilis arte, canones cum univerſa theologorum ſchola requiſiverunt. Cœleſtinus III. *in cap. laudabilem* dixit: *ſi mulier per juſtum judicium de viro probare potuerit, quod cum ea &c.*; & quidem poſt *triennii habitationem*, quæ ſola ſufficiens non judicabatur. Innocentius autem III. in *cap. fraternitatis*: *nos attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter divinum miraculum, per opus humanum, abſque corporali periculo poterat removeri, ſententiam divortii per errorem, licet probabilem novimus eſſe prolatam; cum pateat ex poſt facto, quod illa cognoſcibilis erat illi, cujus ſimili commiſcetur; & ideo inter ipſam, & primum virum dicimus matrimonium extitiſſe*.

Hæc autem probatio ab initio vel certa eſſe poteſt ex vitio aliquo, præſertim ſi ſub oculis, & manu eſt, quod ipſa natura perpetuum, & immedicabile, ideoque evidenter ſit manifeſtum; vel dubia. Quod etenim dixit *Rot. dec. 11. ad ornat. Card. de Luc.* de vitio *veriſimiliter evidenti* recidere in idem videtur, & ad ſecundam pertinere claſſem probationis, nempe ab initio dubiæ, quæ inde ex plurimis requiſitis probationibus *veriſimiliter evidens* jam evaſerit. Patet ex ipſa *dec.* quod ibi habebatur præter alia, *quod licet vir dederit operam rei nuptiali ſpatio circiter quatuor annorum continuato, nunquam potuit una caro effici ob impotentiam*. Habebatur *jurata confeſſio utriuſque, & præſertim viri, qui alias cupit matrimonium valere, juncta cum juramento undecim teſtium domeſticorum, loco ſeptimæ manus ſubrogatorum, quæ reddebat veriſimiliter evidentem impotentiam ejuſdem*. En ergo, quod loquitur de probationibus quæſitis poſtea, non de impedimento, quod ab initio certum, & evidens eſſet.

Brevior itaque, & clarior diſtinctio eſt, aut probatio impedimenti certa eſt ab initio, aut dubia. Si certa uti dictum eſt, ab evidentis vitii cauſa manifeſta, ipſa natura, & judicio peritorum irreparabili, tunc de re certa, & evidenti, in qua nihil ultra exſpectandum ſit, *rectum judicium* non differtur. Alexander III. edixit: *ſicut puer, qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus conjugio, ſic qui impotentes ſunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur*. Et infra:

ſi

ſi vitium illud a natura contraxit, nec ope medicorum poterit adjuvari cap. 2. *&* 3. *eo tit.*

Si dubia probatio eſt, tunc judicando ſuperſedetur; ac ut ſuccurratur parti deceptæ, aliæ probationes admittuntur ex benignitate Eccleſiæ, quæ ad duo potiſſimum intendit animum; primo, ut ſi poſſibile ſit, matrimonium perficiatur; quod adeo exoptat, ut preces etiam Deo de hoc a conjugibus dandas aliquando monuerit, ut refert Honorius in *cap. literæ veſtræ: ut agerent pœnitentiam de commiſſis, & ſic forte placeret Deo, qui matrimonii fuit inſtitutor, & auctor, ut opus matrimonii conſummarent.*

Secundo, ut ea experimenta fiant, eæ diligentiæ, eæ inquiſitiones, atque eæ probationes quærantur, quæ rem *veriſimiliter evidentem*, quantum fert humanarum rerum conditio, faciat. Hinc unctiones ad emolliendum, ad aperiendum, hinc ſectiones quandoque. Hinc potiones, & fomenta ad reficiendas, ſive augendas vires. Hinc triennii habitatio, quam etiam civiles leges in repudiis demandaverunt *leg. in cauſis cod. de repud., ac novell.* 2. *de nuptiis.* Hinc juratæ affirmationes conjugum, propinquorum, vel vicinorum; quæ omnia ad utrumque collineent finem, ut nempe, ſi poſſit, non ſeparentur, aut ſaltem *certum* de ſeparatione *judicium* ſit. Ne alias, præbente ipſo manum, atque auctoritatem judice, perpetuis adulteriis aditus patefiat. Memorabilia ejus rei exempla habentur *in cap. fraternitatis*, neque recentia fortaſſe deſunt.

Ante omnia autem certiſſima eſſe debet non conſummationis probatio. Hinc inſpectiones, hinc balnea, hinc juratæ aſſertiones domeſticorum, propinquorum, vel viciniæ. Hinc jusjurandum, maxime ſi utriuſque conjugis ſit: ſine etenim hac certa probatione judicium univerſum quieſcit.

De impotentia vero, naturali tamen, quæ non *abſoluta*, ut canoniſtæ ajunt, ſed reſpectu alterius conjugis tantummodo eſt, eadem prope, imo majori fortaſſe animadverſione, & cautione digna recurrunt; nempe in quocumque caſu ſemper certiorem debere eſſe judicem, qui conjuges alioquin ad matrimonium idoneos ſeparat, de hoc perpetuo inter eos per omnem vitam duraturo impedimento, quod nulla ope artis, ut in *cap. ex literis*, nullo adiumento, nulla occaſione, ut *in cap. fraternitatis*, *præter divinum miraculum*, removeri poſſit, nullaque etiam ætate, quæ omnia laxat reſolvitque, ut *ex phyſicis Vanſvieten. comm. ad Boerhavv. aph. de cogn., & cur. morb. t.* 4. *par.* 2. *cap. de morb. virg.*. Ne alias jura ſacramenti, ſemper manſura illæſa, poſt irreparabilium malorum ſeriem, redintegranda ſint, ut *eod. cap. fraternit.* Quamobrem veteres ſummi theologi, cum præcipuo theologorum lumine *D. Th.* 4. *ſent. diſt.* 14. *q.* 1. *c.* 2. *ad* 5. affirmarunt, hoc non eſſe habendum uti perpetuum impedimentum dirimens

mens matrimonia. Et licet *recentiores* diversa dixerint, ferme idem effectus sequitur. Non multum etenim distat, quod impedimentum detur in *jure*, quod cum hisce conditionibus vix unquam in *facto* sit admittendum.

Multum autem interesse videtur in omni hoc judicio, an utrique conjuges in eadem affirmatione jurent, quamvis eisdem fides integra adhibenda non sit, vel unus dissentiat, & contradicat.

Hæc sanè retinenda Ecclesiæ immota doctrina est. Hic certe est modus, & praxis horum judiciorum. Nam dispensationes super matrimoniis ratis, & non consummatis, quæ non a remota antiquitate sunt repetendæ, licet amplius de Pontificiæ potestatis usu non ambigatur, ad ipsius potestatem ultimam pertinere possunt, extra ordinem sunt, non nisi ex causis gravissimis necessariis, & rarissime dantur, & ad judicia non referuntur. Alia, quæ hic dicerentur, fortasse extranea, vel superflua, vel non bene digesta ex multitudine varie differentium *theologorum*, *& canonistarum*, rem non satis unquam explicatam implicarent magis, ac novis superinjectis tenebris obumbrarent.

Sacra Congregatio hanc purissimis fontibus derivatam doctrinam tenacissime retinuit. Si certam probationem habuit ab initio perpetui impedimenti ex vitio indubitato, matrimonia rescidit, ut in *S. Severini* 2. *Junii* 1742., *& in Romana* 13. *Januarii* 1753.

Si non certam, & evidentem, tunc præter alias probationes, quæ omnino necessariæ sunt, experimentum triennalis habitationis, antequam sententia *dissolutionis* daretur, fere nunquam omisit, ut in *S. Severini* 11. *Januarii* 1738., *in Amalphitana* 10. *Aprilis* 1757., *in Valentina* 24. *Augusti* 1754., & in altera *Valentina* 22. *Martii* 1764., in cujus *folio* late de hac materia tractatum est.

Si aliquando probationes paululum deficerent, vel aliquam suspicionem secum ferrent, novas probationes omnino voluit, & novas inspectiones interdum fieri mandavit, ut in *Januen.* 22. *Augusti* 1739., in qua proposito: *an sit locus prætensæ dissolutioni matrimonii*: rescriptum fuit: *ad mentem, & mens est, quod pro majori instructione Sac. Congregationis fiat nova recognitio corporis viri intra totum mensem Novembris in civitate Status Ecclesiastici designanda ab Emo Præfecto, per quatuor peritos secreto eligendos ex officio per dictum Emum Præfectum, cum assistentia D. Secretarii, & post exaratas peritias, receptumque examen eorumdem peritorum juxta formam servatam Placentiæ, absque tamen intimatione, & interventu defensorum partium, processiculus inde confectus transmittatur a D. Secretario per manus EE. PP., deindeque absque ulla communicatione faciendæ partibus, causa denuo proponatur cum iisdem scripturis tantum, & ad effectum præmissorum ad Emum Præfectum, cum facultatibus necessariis, & opportunis.*

Adeoque adamavit rigorem, ut potius quam minores probationes admitteret, etsi de non consummatione constaret certissime, ab judicio abstinendum duxerit, & dummodo absoluta necessitas id postularet, supremæ potestati *extra ordinem* dispensandi locum esse consuluerit, ut in *Orielen.* 16. *Maii* 1711., in qua uterque conjux cum sententia Ecclesiæ jam duplex matrimonium inierat; & vivis uxoribus, ultimum hoc malorum remedium erat; & in *Januen. die* 1. *Januarii* 1741., ob perpetuam, constantem, & nunquam conciliandam sententiarum dissensionem; cujus causæ circumstantiæ plane singulares, & notissimæ, opus non est, ut hic referantur.

Verum enim vero exempla non desunt, in quibus suo ipso initio rejecit querelas, ut omissis antiquioribus in *Flocen. nullitatis matrimonii* 3. *Aprilis* 1745., *& in Fanen.* 10. *Febr.* 1759. in qua proposito: *an effet locus dissolutioni*, apertissime respondit: *negative*. Neque etenim experimentum ipsum triennalis habitationis, si graves probationes aliæ non præcederent, esse indifferenter admittendum censuit. Interesse enim novit non minus Ecclesiæ quam totius reipublicæ, ut hæc in Ecclesia ob majorem animorum moderationem, & verecundiam prioribus sæculis inaudita omnino, ut nonnulli asserunt, vel saltem parum audita judicia quanto fieri potest citius extinguantur; ne ex nimia indulgentia, sive facilitate, ut in dies cum maxima perturbatione familiarum, & non minima pudoris offensione hoc tempore accidit, multiplicentur.

Notissima hęc sunt EE. Patribus, quorum summa rei ecclesiasticæ peritia est, & qui per manus a majoribus traditam S. Congregationis doctrinam diligentissime servant. In causa hac uterque conjux de non consummatione affirmat. Maritus se idoneum prædicat. Ex scriptis, & monumentis, quæ sub oculis erunt, patent omnia. Num *acta* legitima sint, cujus generis probationes afferant, & in primis quid de supervento morbo in homine juvene, & tertium ante annum jam certe valido, num completa omnia dici debeant, num restet aliquid inquirendum, ac demandandum, quid denique sit censendum, quid providendum ipsi, ut faciunt, expendent accuratissime. Petitur

An sit locus dissolutioni matrimonii, in casu &c.

Negative, & amplius, & ad Emum Præfectum ad mentem.

Sess. 6. cap. 2. de Reformat.

LUCEN. Anno 1750. Ursula *Padrignas*, partim ex pecunia legata a *Francisco Antonio Maceiras* filio, partim sua, novum perpetuum constituit capellanum ecclesiæ *Lucen-*

vero aliis, cenſuit allegatas, productaſque ab Oratore rationes modo veritate niterentur, ſufficientes, juſtaſque eſſe ad ipſum a reſidentiæ onere liberandum. Preces item ipſas ex actis ad earum probationem in Civitate Corumnæ ab Ordinario Compoſtellano veras eſſe probatum conſpicitur ex unanimi teſtium aſſertione. Omnibus pro mea tenuitate perpenſis, videtur caute in cauſa procedendum, cum in fundatione expreſſiſſime ſtatuatur de capellaniæ reſidentia, ac de ſuprema fundatricis voluntate nullus relinquatur ambigendi locus. Quapropter ſi capellanus vivente matre liber ſit a reſidentia, matre autem e vivis ſublata ad reſidentiam maneat obſtrictus, ita matris ſubvenitur indigentiis, ac omnis præcluditur via, ne in futurum parvi id ducatur, quod tam pie, devoteque ordinatum eſt.

Communis diſtinctio eſt de *reſidentia præciſa, & cauſativa. Præciſa* requiritur certe in beneficiis, vel capellaniis, quæ ſervitium chori habent in cathedrali, vel collegiata eccleſia *Faguan. in cap. ut Abbates de ætat., & qualit. Barboſ. in ſumm. apoſt. deciſ. verbo capellania num.2., Antonell. de Regim. eccleſ. lib.3. cap.3. num.6., Piton. de contr. patron. alleg.27. num.5., Rigant. ad Reg. Cancell. reg.1 §.8. num.25.* vel annexum onus aſſiſtendi divinis officiis in eccleſia parochiali, & parochum adjuvandi *Piton. diſcept. 28. de contr. patron per tot. Sac. Congregatio in Nepeſina Capellaniæ 16. Novembris 1708., & 5. Septembris 1710., & in Tudertina Capellaniæ 25. Januarii 1738.*

Vel ſi pœna amiſſionis contra non reſidentes injuncta ſit *Leuren. in for. benefic. part.1. ſect.3. cap.1. quæſt.364. Garc. de benef. par.11. cap.1. num.90., Lotter. de re benef. lib.3. cap.27 num.3., & Rot. in Monaſterien. Parochialis 16. Februarii 1748 §.3. cor. Emo Migazzi.*

Aut ſi onera per *ſe ipſum* implenda mandentur *Piton. diſcet.142. num.3., Panimol. deciſ.130. num.12. Rot. cor. Emerix dec.1240. num.4. in rec. deciſ. 140. par.4. tom.1., & S. Congregatio in Romana præpoſituræ 1. Aprilis 1719., & in Romana Capellaniarum 27. Januarii 1728.* Quod eo caſu obtinet, etiamſi pœna privationis injuncta non fuerit *Piton. de contr. patr. alleg.27. num.14., & diſcept.142. num.3. Rot. deciſ.140. num.4. par.4. rec. deciſ.446. num.13. cor. Lancett.. In Vicenſi* etenim *beneficii 5. Jul. 1751. coram Cortada*, quæ allegatur, hæc expreſſio *per ſeipſum* non aderat.

Perpendenda itaque ſunt verba erectionis: *a ſervire per ſe ipſum la cappellania tanto nel preſtare la ſua aſſiſtenza alternativamente a noſtro Signore Sagramentato, come nel dire, o far dire le dodici meſſe dell'anno ne' citati dodici giorni deſtinati.*

Ponderandum, an facultas celebrandi ſacra per alium, reſtricta ſit ad caſum expreſſum, quo *detto cappellano non ſia ſacerdote, o eſſendolo, non poſſa per qualche indiſpoſizione celebrare per ſe ipſum le dette meſſe ne' giorni deſtinati.*

Pon-

Ponderandum, an pœna privationis contra omnes non reſidentes intelligi ſaltem debeat ex illis verbis, *e ſe aſcendeſſe al grado di paroco, o paſſaſſe ad altra cappellania, o altro impiego, che gl' impediſſe l'aſſiſtenza, o reſidenza della cappellania da me fondata, s' intenda reſtar vacante.*

Advertendum in facto ipſam *Vrſulam*, quæ capellaniam inſtituit, & quæ *Antonium* prætulit, e *Caronio* fuiſſe, ubi is matrem habet, & commoratur. Dubitatur

An capellania, de qua agitur, ſit reſidentialis, & quatenus affirmative

An ſit locus indulto abeſſendi in caſu &c.

Non propoſita cum ſequentibus.

Seſs. 22. cap. 8., & Seſs. 23. cap. 6. de Reformat.

CIVITATIS CASTELLI. *Raynerius Montemarte* anno 1706. hæredes voluit pro æquis partibus duas conſtituendas capellanias Tiferni ad altare *S. Mariæ de Partu* in eccleſia *Servorum*, & ad eccleſiam *S. Mariæ de' Caſſieri* prope civitatis mœnia, cum onere trium ſacrorum in qualibet, quaque hebdomada. Poſt defunctum *Antonium Leonardum* capellanum *primæ*, & canonicum *Cataldum* capellanum *ſecundæ*, quos nominatim deſignaverat, jus nominandi dedit *Joanni Matthiæ Borbonio de Monte* ejuſque diſcendentibus primogenitis, relicto jure patronatus *paſſivo* filiis, & deſcendentibus *Blaſii Leonardi*.

Anno 1761. die 29. *Auguſti* in Sac. Congregatione diſputatum eſt, vivente adhuc *Philippo Leonardi* ambarum capellano, pro filiis *Mariæ Magdalenæ Leonardi* ultimæ ex familia I. an *capellaniæ de quibus agitur ſint mere laicales, ſive eccleſiaſticæ* II. an *conſtet de patronatu paſſivo*, & quatenus affirmative, an *ſit locus diſpenſationi*; exjitque reſponſum: ad I. *affirmative* ad *primam partem*, *negative ad ſecundam*, *& amplius*: ad II. *affirmative*; ad III. *recurrat in caſu vacationis*. Non acquieſcente autem *Marchione Borbonio de Monte*, qui contradicebat, iterum de II. *dubio* perpenſa cauſa, *die 16. Januarii 1762.* reſcriptum eſt: *in deciſis, & amplius*. Speciem facti exhibet *folium diei 25. Aprilis 1761.*, quod videndum eſt.

Caſu vacationis jam nunc ſecuto, quæritur pro *Paulo Nicolao* filio *Mariæ Magdalenæ Leonardi*, qui natus eſt 10. *Septembris* 1760., an ſit capax harum capellaniarum, vel ſaltem diſpenſationi ſit locus.

Inquit *Petrus Bonaviſa*, qui nomine *Pauli Nicolai* ſexennis filii agit, capellanias haſce *mere laicales eſſe*, filios autem *Mariæ Magdalenæ Leonardi* uxoris jus patronatus *paſſivum* habere. Ambigi itaque non deberi amplius poſſe eas habere

Pau-

censis in Hispania Tarraconensi, qui cum aliis, quos ecclesia habet, inserviret præcipuo cultui Sanctissimi Sacramenti, quod quotidie ibi cum maxime laudanda pietate publice adorandum exponitur, & cui capellani pro suo munere alternis horis assistunt.

Onus adjecit celebrandi *duodecim sacra* quolibet anno certo die cujusque mensis: *per la fatica, ed assistenza, che deve prestare alternativamente cogl'altri al nostro Iddio, e Signore, il detto cappellano, abbia a godere, e goda tutto quello, che annualmente frutteranno li detti due mille pezze da* 128. *quarti fondo principale, su quale faccio questa fondazione, che vengono ad essere li mille, che per tal'effetto lasciò il mio figlio, e gli altri mille, che io aumento, e nel caso, che detto cappellano non sia sacerdote, o essendolo non possa per qualche indisposizione celebrare per se ipsum le dette messe ne' giorni destinati, s' intenda aver adempito con farle celebrare ad un altro sacerdote, di maniera che per nessun pretesto lascino di celebrare.*

Jus nominandi capitulo Lucensi dedit; nominavit autem ipsa *Antonium Prieto* clericum e *Caronio Compostellanæ diœcesis*, cui onus residendi remisit per sexennium, ut in studia incumberet, ac ad sacerdotium promoveretur. Medietatem redituum ei dedit, quem interea capitulum deputaret ad inserviendum *per rapporto all' assistere, ed alternare cogli altri cappellani nell'assistenza;* medietatem vero aliam Antonio, *che a capo dei detti sei anni entri a godere l' intiero fruttato delle riferite due mille pezze, ed a servire per se ipsum la cappellania tanto nel prestare la sua assistenza alternativamente a nostro Signore Sagramentato, come nel dire, o far dire le dodici messe dell'anno ne' citati dodici giorni destinati.*

Declaravit demum, quod Antonius *se ascendesse al grado di paroco, o passasse ad altra cappellania, o altro impiego, che gl' impedisca l'assistenza, e residenza della cappellania da me fondata, s' intenda restar vacante, e l'Illmo Capitolo, come Patrono in solidum, ed assoluto, possa nominare altro capellano, che la serva, quale non essendo sacerdote possa ordinarsi, e ascendere al detto stato a titolo di quella, e lo stesso eseguisca in tutte le vacanze, che per obitum, o per assensum succedino.*

Antonius Compostellam studiorum causa petiit: sed defuncto patre remigravit in patriam, ut inopi matri, ac parvæ sorori, quæ in familia sunt, præsidium, atque opem ferret; ibique ea de causa moratur, jam in *societatem cleri* eiusdem loci adscriptus.

Supplicavit propterea, ut indulgerètur ad *Lucensem* ecclesiam non ire, deputato alio suis impensis, qui onera capellaniæ impleret. Remisso ad Sac. Congregationem negocio, duo ex ordine disputanda sunt I. an capellania ab *Ursula* instituta hoc ipso non prohibeat II. an indulgendum sit omni casu, ut *Antonius* ex peculiaribus, quas affert, causis non resideat.

Ad I. duo onera esse, ait, capellani, unum duodecim sacrorum quolibet anno; alterum cum reliquis capellanis alternis Sanctissimo Sacramento adorando assistere. Neutrum requirere *residentiam præcisam*; imo de primo excludi ex facultate data sibi, ac futuris capellanis celebrandi per alium, & capitulo nominandi clericum minorum ordinum *Rot. coram Ludovis. decis.* 85. *num.* 19., *& coram Ausald. decis.* 219. *num.* 7.

Secundum vero onus commode per alium impleri posse; ideoque non *propriam*, *& præcisam*, *sed causativam residentiam* ad summum requirere. De jure etenim exceptis canonicatibus, & beneficiis curatis, de omnibus aliis, quodcumque servitium requirant, nonnisi *causativam residentiam* intelligi *Rot. coram Bich. decis.* 12. *num.* 8. *coram Molin. decis.* 516. *num.* 16. *coram Herreros decis.* 46. *num.* 11., *in Faven. beneficii* 29. *Aprilis* 1735. §. 9. *coram Peralta*, *& in Vicen. beneficii* 5. *Julii* 1751. §. 3. *coram Cortada*.

Neque aliquid facere, quod capellania, de qua agitur, in cathedrali sit; cum ex præscripto Concilii etiam in cathedralibus unice hanc *præcisam residentiam* habeant, quæ beneficia ad certum determinatum numerum redacta sunt, & collegium, seu capitulum constituunt, non cætera, licet *improprie*, *& abusive canonicatus*, *aut mansionariæ* vocentur *Card. de Luc. de benefic. disc.* 58. *num.* 4. *Rot. coram Molin. decis.* 1229. *num.* 7., *& cor. Crisp. decis.* 160. *num.* 8.

Quemadmodum non obstare, quod pœna privationis expressa injuncta fuerit. Pœnam hanc datam capellano illi, qui aliquam parochialem, vel aliam capellaniam obtineret. Odiosam hanc privationem ad alios casus extendi de jure non posse ad *text. in leg. penult. cod. de pœnis*, *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 36. *num.* 112., *& Rot. cor. Cresc. decis.* 214. *num.* 33., *& decis.* 225. *num.* 35.

Ad II. se in patria matrem infirmam habere, sororemque teneræ ætatis omni humano auxilio, ac fortunæ bonis egentes. Necessariam causam esse, ut supplicet, consentaneam vero Apostolicæ benignitati, ut concedatur. Capellaniam *Lucensem* vix reddere *scut. quinquaginta*, imparem certe quantitatem extra patriam, ut se, atque inopem familiam sustentet. *Coronii* commorantem posse percipere etiam fructus, quos habet ex *societate Cleri omnium Sanctorum*. Nulli ex hac concessione venire damnum. Impleri onera. Capitulum assentiri. Episcopum ipsum juvare preces. Naturæ legem esse, ut matrem miseram, ac parvulam sororem præsens juvet, atque alat. Non exorbitare ab usu frequenti has concessiones, quæ in hisce circumstantiis dantur severioribus clausstralibus, ut est notissimum.

Episcopus suis literis *die* 18. *Aprilis* 1765. dicit: *capitulum uti unicum prædictæ capellaniæ patronum consciam feci. Capitulum habita consultatione, majori parte annuente, dissentientibus* ve-

Paulum etſi infantilis ætatis *Abbas in cap.* 2. *num.* 4. *de ſtit. Rot. cor. Penia deciſ.* 120. *per tot.*, *& in Hydruntina Capellaniæ* 9. *Maji* 1698. §. *quamvis cor. Pio*.

Neque officere, quod clericis deſcendentibus *Blaſii Leonardi* prælatio data ſit. Nullum ex deſcendentia extare clericum. *Paulum Nicolaum* ſolum eſſe, qui has capellanias habere poſſit. Ipſam prælationem hoc ſuapte natura ferre, ut ſi ii non extent, alii vocati expreſſe dicendi ſint. Teſtatorem ipſum declaraviſſe de capellaniis, *che debbano eſſere conſiderati come legati pii perpetui, altrimenti non avrei così teſtato*.

De cætero filium jam ſexennem eſſe, ſolum annum pro clericali tonſura deeſſe. Non tam in his legatis piis, & capellaniis laicalibus, ſed etiam in beneficiis eccleſiaſticis, infantibus, qui jus certum habent, nunquam diſpenſationem negatam *Melevitana* 12. *Februarii* 1735., in *Catacen. diſpenſationis* 15. *Martii* 1738., in *Aretina* 16. *Decembris* 1747. *in Lucana beneficii, ſeu capellaniæ* 17. *Maji* 149., in *Aſculana capellaniarum ſuper diſpenſatione* 22. *Auguſti* 1750., *&* in *Monaſterien.*, *& Oſnabrugen. canonicatuum* 7. *Aprilis* 1753.

Favere Ordinarium petitioni. Non contradicere *Marchionem* ipſum *de Monte*, dum, licet pluries monitus, ad deſperatam cauſam non venit.

Sacra Congregatio jam declaravit capellanias haſce laicales eſſe. Sed non exinde ſequitur neceſſario, quod laici eas habere poſſint. Non etenim repugnat, ut capellania *mere laicalis* ſit, & de perſonis nominandis eccleſiaſtica, itaut ejuſdem laici, & præcipue infantes incapaces ſint. In una *Auximana capellaniarum* 16. *Decembris* 1702. propoſito: *an dictæ capellaniæ reputari debeant ad inſtar hæreditatis mere profanæ, ſintque ita laicales, ut ad illas nominari etiam poſſint laici, mulieres, & pueri*, reſponſum *eſt*: *affirmative quoad primam partem, negative quoad ſecundam lib.* 52. *decret. pag.* 449.

In una *Firmana capellaniæ* 18. *Aprilis* 1711. qua res erat de capellania *mere laicali*, & nulla Ordinarii auctoritate erecta, propoſito: *an clericus Joannes Baptiſta Rettinus in ſtatu clerici conjugati poſſit retinere capellaniam, de qua agitur* reſcripſit: *negative lib.* 61. *decret. pag.* 176.

In una *Romana* capellaniæ, in qua agebatur de capellania erecta cum declaratione: *qual capellania debba riputarſi ad eſſere mera, pura laicale, e non benefizio eccleſiaſtico* propoſito: *an capellania, de qua agitur, retineri poſſit in ſtatu conjugali per capellanum a teſtatore nominatum* reſcriptum eſt die 20. *Septembris* 1707. *negative*.

Et in una *Civitatis Caſtelli* 24. *Aprilis* 1751. propoſito: *an capellania, de qua agitur, ſit mere laicalis, ita ut retineri poſſit ab oratore in ſtatu conjugali*, reſcripſit *affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam*.

Verum certe eſt capellanias laicales, quæ tanquam legata pia con-

conſiderari debent, poſſe retineri a quibuſcumque laicis, & etiam infantibus *Navar. conſ.5. num.1. Gonzales ad reg.8. Canc. gloſs.5. §.5. num.25. Cardin. de Luc. de benef. diſc.80. num.18. Rot. cor. Manzanado deciſ.334. per tot., in Urbevetana capellaniæ 17. Junii 1726. §. Maxime quia coram Ratto, & S. Congregatio in Romana capellaniæ 12. Julii 1721.*

Et ſola communiter exceptio hujus regulæ obtinet, dum expreſſa, vel tacita fundatoris voluntas repugnat *Card. de Luc. de benef. diſc.61. num.4., & diſc. 69. num.5. Rot. coram Cæſar de Graſſis deciſ 114. num.5., in Hydruntina Capellaniæ 9. Maji 1698. §. quamvis cor. Pio.*

Tota itaque ejus rei diſceptatio in interpretanda mente *Raynerii* fundatoris verſatur. Videndum dum prætulit clericos, an loquutus fuerit de clericis familiæ *Leonardæ* reſpectu laicorum ejuſdem familiæ tantum, vel reſpectu aliorum extra familiam. Primo caſu laici ejuſdem familiæ ſine ullo dubio admittendi eſſent, non item fortaſſe ſecundo.

Conſideranda itaque ſunt verba teſtamenti: *circa poi il juſpatronato di nominare de' ſoggetti della caſa, e famiglia del Signor Leonar*, voluit *in evento, che in alcun tempo vi foſſero chierici de' diſcendenti, e figli de' figli in infinito del detto Signor Biagio Leonardi, voglio, intendo, e comando, che queſti, o alcuno di loro debbano ſempre, & in perpetuo preferirſi ad ogni altro, e debbano ſuccedere per cappellani reſpettivamente alle dette cappelle, o legati pii, e gli compatroni come ſopra nominati non poſſino, nè debbino impugnare, ne' ritardare la conſecuzione delle dette cappelle a deſcendenti de Signori Leonardi, benchè ſiano ſemplici chierici ſotto qualſivoglia pretesto, perchè così &c.*

Advertendum, quod de prima capellania loquens dixit *con obbligo di far celebrare*. De ſecunda autem *di celebrare, o far celebrare*. Videndum an hæc verba *celebrare, o far celebrare* operentur, ut ſaltem clericus capellanus eſſe debeat *Rigant. ad reg. cancell. 78. num.57.*. Notandum etiam, quod fundator duos primos capellanos clericos nominavit.

De diſpenſatione autem concedenda, ubi agitur de *paſſive* vocato, præſertim unico, facile concedi ſolet a *Dataria* Apoſtolica, ut teſtatur *Corrad. in prax. diſp. lib.4. cap.2. num.8., Piton. diſcept. eccleſ.13. num.42.* Nec ſolet etiam de beneficiis a S. Congregatione denegari, ut de puero quadrienni in *Lucana beneficii, ſeu capellaniæ 17. Maji 1749.* de puero trimo in *Aſculana capellaniarum, ſuper diſpenſatione 22. Auguſti 1750.*, & in *Neritonen. Abbatiæ 22. Novembris 1760.*, &de puero quinquenni in *Monaſterien., ſeu Onabrugen. canonicatuum 1. Julii 1753.* Viden. *Parmen. diſpenſationis 7. Junii 1760., Calaguritana diſpenſationis 8. Auguſti 1761. Tridentina capellaniæ 29. Auguſti ejuſdem anni.* Poſtulatur

An

An Paulus Nicolaus Bonavisa sit capax consequendi capellanias, seu legata pia ordinata a Comite Montemarte in casu &c. & quatenus negative

An sit locus dispensationi in casu &c.

LEODIEN. BENEFICIORUM. Collegiata ecclesia *S. Martini Leodiensis* sex beneficia habet, quorum origo inter tenebras antiquitatis latet. Horum tria ad altare *S. Leodegarii secundæ fundationis*, *SS. Vincentii, & Agapiti*, *& SS. Uberti Egidii*, *ac Leonardi*, adjunctum retinent officium hebdomadarii. Alia, nempe ad altare *SS. Martini, & Oddæ* canendi evangelium, ad altare *S. Leodegarii primæ fundationis* legendi epistolam, ad altare *S. Joannis Baptistæ* custodis chori. *Sess. 22. cap. 4. de Reformat., & Sess. 24. cap. 12. de Reform.*

Tertium excurrit sæculum, quo orta controversia de iis conferendis inter decanum, & capitulum per transactionem finiit, qua inter alia conventum fuit, *quod præsentatus, & institutus in ejus receptione teneretur præstare juramentum residendi personaliter in dicta ecclesia, & si eosdem rectores, vel ipsorum aliquem post eorum receptionem hujusmodi se per tres menses continuos a dicta ecclesia abesse contingeret, ex tunc obtentis altaribus hujusmodi eo ipso privatus, seu privati existerent.*

Concordiam hanc *die* 1. *Martii* 1493. Alexander VI. suis literis approbavit: *capitulum habeat jus nominandi &c. & Decanus auctoritatem instituendi &c. & quod præsentati, & instituti in eorum receptione hujusmodi teneantur præstare juramentum de residendo personaliter in dicta ecclesia, & si contingat eos, vel eorum aliquem ab ea se absentare, & ab illa per tres menses continuos abesse altaribus per eos obtentis hujusmodi eo ipso privati existant.*

De anno 1600. *die* 1. *Maji* cum ea beneficia possidentes, sub obtentu literarum Apostolicarum, quibus per resignationem beneficia habuerant, contenderent se personali residentiæ, & injuncto oneri per se ipsos implendo non teneri, Ernestus Episcopus Leodiensis, re cognita, solemne decretum tulit: ut *inposterum perpetuis futuris temporibus tam moderni possessores beneficiorum hujusmodi, quam qui illa inposterum quovis modo vacantia assecuti fuerint, is videlicet, qui beneficium ad altare S. Leodegarii secundæ fundationis hebdomadarium, & qui beneficium ad altare SS. Vincentii, & Agapiti etiam hebdomadarium, & qui beneficium ad altare SS. Huberti, Egidii, & Leonardi etiam hebdomadarium, & qui beneficium ad altare SS. Martini, & Oddæ evangelarium, & qui beneficium ad altare S. Leodegarii primæ fundationis epistolarium, & qui postremo beneficium ad altare S. Joannis Baptistæ in prædicta ecclesia respective obtinent, & obtinuerint custodem chori, in ecclesia agere teneantur, & ad officia hujusmodi per se ipsos quotidie præstanda per sequestratio-*

nem fructuum , & alia juris , & facti remedia opportuna cogi, & compelli poſſint ; quod decretum a Nuncio Apoſtolico *die* 23. *Julii* 1601. confirmatum extitit .

Sed cum non ceſſarent in dies de ejuſmodi reſidentia , & ſervitio lites,propterea anno 1706.ad eas ſtirpitus eradicandas, auctoritate ſan. mem. Clementis XI. diſputatio omnis ad S. Congregationem de his rejecta , tribus capitibus comprehenſa eſt : *I. an ſex beneficia , de quibus agitur , ſint manualia , & amovibilia , ſeu potius perpetua .* II. an *ſint reſidentialia, & quale ſervitium beneficiati præſtare teneantur .* III. an, *& quibus pœnis poſſit procedi contra non reſidentes, & non inſervientes in caſu &c.* S. Congregatio auditis partibus , & re integre animadverſa, ſub *die* 37. *Martii ejuſdem anni* reſpondit ad I. *negative quoad primam partem , affirmative quoad ſecundam :* ad II. *beneficia eſſe reſidentialia , & beneficiatos teneri ad ſervitium præſcriptum in decreto Epiſcopi Erneſti:* ad III. *affirmative ad formam literarum Apoſtolicarum Alexandri VI.*

Ejuſmodi re per ſententiam Sac. Congregationis ſic tranſacta, ſequenti anno 1707. capitulum *S. Martini* privavit beneficio *SS. Martini , & Oldæ* Thomam Stenval, *quia oneri beneficio de canendo evangelio incumbenti , non ſatisfecerit , & ſatisfacere nolucrit* Reclamante autem Stenval, S. Congregatio *die* 22. *Februarii* 1710. ejectionem ejus probavit . Nam propoſito , an *conſtet de incurſu Thomæ Stenval in pœnam privationis , ita ut ſit locus nominationi alterius* , reſcripſit *affirmative .*

Non inde tamen controverſiæ omnes extinctæ ſunt . Nam literas Apoſtolicas pro ſeipſis clerici interdum obtinebant, exponentes onera per ſubſtitutos impleri poſſe . Inter hos fuit clericus *Michael de Champs* , cui *Euſtachius Corroi* anno 1760. beneficium *S. Leodegarii* , onus habens hebdomadarii , reſignaverat . *Joannes Nicolaus Cunii* ex hoc capite illud impetravit ; ſed literis directis *Rotæ* , contrariam ſortem expertus eſt , ex *dec.* 14. *Martii* 1763. *cor. R. P. D. Ratta . Joannes* vero *Nicolaus* , propter invidiam odioſi impetratoris , quam patiebatur , nihil ultra progrediendum credidit .

Attamen capitulum Sanctiſſimi auctoritatem imploravit , ut, re univerſa intrinſecus perſpecta , ſolemni tandem clara lege ambiguitates omnes in poſterum exterminarentur . De hoc itaque agendum proponitur . Diſputatur , de *quinque* primis beneficiatis I. an debeant habere ſuum annexum beneficio ordinem , ſive ætatem , ut intra annum promoveantur II. de iis *quinque* , *& ſexto* , qui *cuſtos chori eſt* , an per ſe ipſos implere debeant , alioquin omnes privandi ſint .

Capitulum dicit , non dubitabile eſſe in facto , onera ineſſe beneficiis *celebrandi ſacrum , canendi evangelium , & epiſtolam.* Non dubitabile autem eſſe in jure , quod in cathedralibus, & collegiatis eccleſiis , qui hæc onera habent , ſuum ordinem habere debeant , vel ætatem idoneam , ut ſuſcipiant, & per ſe ipſos impleant . Non ambiguam eſſe Concilii legem

gem *ſeſſ.*22. *cap.*4. *de reformat.*, & *ſeſs.*24 .*cap.*12. *de reformat.*

Sanctionem vero hanc locum habere etiam in beneficiis erectis ante Concilium, quod omnes contrarios uſus improbavit,abrogavitque. Communem hanc eſſe canoniſtarum ſententiam, in quibuslibet officiis choralibus teneri omnes per ſe ipſos implere, ideoque recipiendum ordinem neceſſarium implendo muneri *Barboſ. de canon. dignit. cap* 31. *num.*4.*Garz. de benef. par.*3. *cap.*2. *num.*494., & *par.*7. *cap.*1., & 38. *nu.*9., *Pignattell. conſ. canon. tom.*7. *can.*2. *num.*21. *Rigant. ad reg. Cancel.*1. §.8. *num.*21.

Quæ omnia ſi generaliter vera, equidem veriora de his beneficiis ſpeciatim ſunt. Clariſſimas eſſe literas *Alexandri VI.*, quæ *perſonalem reſidentiam* his beneficiatis injungunt, & tribus continuis menſibus abſentes ipſo facto privant. Nomine autem *perſonalis reſidentiæ* venire illam *præciſam*, qua munus ab habente exerceri debet *Anaclet. de cler. non reſid. num.*3. *Rot. in Leodien. beneficiorum* 7. *Martii* 1738. §.10. *coram Peralta*. Eoſque omnino ordines requiri, ſinè quibus officia a ſe ipſis impleri nequeunt *Fagnan. in cap. conquerente de cler. non reſid. num.*16. *Paſſarin. quæſt.*185. *art.*5. *num.*16., & *Rot. in* Leodien. *beneficiorum* 29. *Aprilis* 1733. §.13. *coram Harach*.

Clariſſimum itidem eſſe decretum Erneſti anni 1600., qui idem onus injunxit per ſe ipſos exercendi, ac pænam non facientibus expreſſam dedit. Quod autem de fructibus tantum retinendis dixerit, non facere, ut clerici admitti poſſint. Nihil dixiſſe Erneſtum contra Concilii præſcriptum, quod ab hac ipſa pæna incipit contra abſentes.

Clariſſimam eſſe demum ſententiam Sac Congregationis anni 1706., quæ aperte edixit *beneficia eſſe reſidentialia*, & *beneficiatos teneri ad ſervitium præſcriptum in decreto Epiſcopi Erneſti*, & de pænis, eas ſervandas, quas Alexander VI. conſtituerat, nempe abſentes privandos. Ipſam Sac. Congregationem anno 1710. hanc ſententiam comprobaviſſe dum ejectionem *Thomæ Stenval* ratam habuit.

Præterea jusjurandum his legibus conforme præſtari ab his, qui eadem beneficia accipiunt. Ideoque ſive ex jure, ſive ex facto proprio, inutiliter refragari beneficiatos adverſus ſibi annexam, & a ſe ipſis acceptatam, ac ſacramento confirmatam obligationem.

Addit quæcunque poſt hæc acta fuerint, ad falſas expoſitiones obtinentium,ad corruptelas rejicienda eſſe. Neque tempus idoneum habuiſſe,ſive ad mutandam beneficiorum intimam qualitatem, ſive ad abrogandas eccleſiaſticas leges. Cætera ex ſcriptis.

Videnda eſt *relatio* curiæ Leodienſis, quæ poſt facti hiſtoriam adiicit: *interpellati* autem *moderni intereſſe habentes*, *ut ſuper precibus*, & *adjunctis ſibi communicatis mentem ſuam adaperirent*, *petierunt ſuo expurgationis juramento primo factas in pre-*

cibus SSmo porrectis, beneficiorum, de quibus fundationes secundæ formulam juramenti, tertio omnes chartas, omniaque documenta; quæ onera eisdem beneficiis annexa concernunt, quarto denique quascumque chartas, & quæcumque monumenta, quæ conducere possunt ad dignoscendum tum verum statum beneficiorum, tum emolumenta eisdem beneficiis ab origine annexa, & ex post facta per pias fundationes, aut aliter aucta. Sed cum hæc ad lites antiquas tam sententiis, quam transactione sopitas, indultisque Apostolicis roboratas resuscitandas magis conducere videantur, quam ad elucidationem præsentis portionis. Hinc, ut tandem aliquando omnes lites, cavillationes, dubietates, & difficultates penitus in hac materia removeantur, nulla efficaciora reperio remedia, quam quæ prædictum capitulum in humillimo suo supplici libello proponit.

In dubium non revocantur, nec vocari possunt, quæ de his beneficiis, sive de residentia, sive de servitio, sive de pœnis constanti judicio sanxit, tenuitque Sac. Congregatio anno 1706.

Lex Concilii est: *in Cathedrali, vel collegiata ecclesia &c. ij qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, aut quælibet alia beneficia in dictis ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia annexa sunt, videlicet, ut alii missam, alii evangelium, alii epistolam dicant, seu cantent, quocumque privilegio, exemptione, prerogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, justo impedimento cessante, infra annum ordines suscipere requisitos, alioquin pœnas incurrant juxta constitutionem Concilii Viennensis, quæ incipit ut ij. quam præsenti decreto innovat; cogantque Episcopi statutis diebus ordines per se ipsos exercere, & cætera omnia officia, quæ debent in cultu divino præstare sub iisdem, & etiam aliis gravioribus pœnis arbitrio eorum imponendis; nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitates integre habere dignoscantur; aliter irrita sit provisio.*

Perpendendum an aliquid faciat decretum Ernesti, qui de fructuum retentione tantummodo dixit, nec ultra progressus est. Animadverso potissimum, quod hæc retentio fructuum non contradicit Concilio, & quod Sac. Congregatio pœnam privationis in literis Alexandri VI. appositam approbavit.

Advertendum tamen in facto *Thomam Stenval* a pluribus annis absentem ejectum fuisse. Inquiritur

An beneficiati ecclesiæ collegiatæ S. Martini Leodii, nempe hebdomadarii, evangelarii, & epistolarii debeant esse constituti in respectivo ordine Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatu, vel in ea ætate, ut intra annum ad respectivum ordinem promoveri possint, & quatenus affirmative

An prædicti beneficiati, & custos chori teneantur per se ipsos sub pœna privationis implere onera cuique beneficio annexa, in casu &c.

San-

SANTANDERIEN. Legaverat *Petrus Negretta Sierra* pro reædificanda, & amplificanda parochiali eccleſia in loco S. Bartholomæi *de Aldea Cueba*, non modicam pecuniæ ſummam, cum lege conſtruendi ſacelli pro familia, cum ſepulcro, aliiſque conditionibus tam de ſacello, quam de eccleſia adimplendis. Parochus, & populus loci commutandum legatum petierunt ad ſcholam grammaticæ conſtituendam, ad duas dotes quolibet anno dandas, & ad oppidanos ad aliquam ſtudiorum univerſitatem mittendos, & ſuſtendandos. Propoſitis precibus *die* 18. *Auguſti* 1764. quia *Secretarius* animadverterat *in folio* non fuiſſe ab Epiſcopo impletam juſſionem S. Congregationis, audiendi, & monendi omnes de quorum jure agebatur, & qui ad cauſam vocandi erant; ideo in re adhuc indigeſta, ipſimet petendam dilationem exiſtimarunt, quæ conceſſa eſt. *Seſs.23. cap.18. de Reform.*

Eaſdem nunc preces inſtaurant, de iiſque agitur. Ante omnia videndum eſt *folium diei* 21. *Julii ejuſdem anni* 1764.

Ajunt nunc cuncta perfecta eſſe. Conſanguineos teſtatoris, qui in loco, & viciniis ſunt, ne dum aſſentiri, ſed commutationem hanc exorare. Rectorem collegii *Santanderienſis* Societatis Jeſu, in quem ex teſtamento onus curandæ fabricæ recidit, præbere conſenſum. Ipſum hæredem *Simonem Negretta Sainz*, ac executores teſtamentarios, qui in Indiis ſunt, pecuniam legatam ad Hiſpaniam tranſmiſiſſe, ideoque de ea re curanda omnem abieciſſe mentem.

Hinc æquum eſſe, ut concedatur, quod pro utilitate loci nunc poſtulatur unice. Populum, & clerum omnem in publico concilio hanc commutationis neceſſitatem una voce proclamaſſe. Nihil autem obſtare, quod expreſſus hæredis conſenſus non intercedat, ſi ex commutatione nihil gravetur *Petr. de Vbald. de Canon. de Epiſc. port. cap.*7. *num.*39. *Vrſaj. diſcept. eccleſ. tom.*3. *par.*1. *diſp.*46. *num.* 64. *Ventrig. in prax. tom.*2. *annot.*38. *§.*2. *num.*49.

Inutile eſſe legatum amplificandæ eccleſiæ, imo futuris temporibus damnoſum evaſurum, ob majorem in inſtaurationibus impenſam faciendam. E conſpectu hujus operis haberi ſcholam grammaticæ pro pueris oppidanis, conſtitui loca, ut aliquot ex iis ad ſtudia mittantur, dari dotes puellis. Omnia hæc utiliora certa eſſe, ac menti teſtatoris ipſius conſentanea, qui collegium Societatis Jeſu in patria erigendum primo juſſit, præcipue ad docendos, & inſtruendos pueros, quod tamen recuſante Societate erectum non eſt.

Miſerendum eſſe paupertatis oppidi, cui ea commutatio maxima commoda inferet. Attendendum eſſe autem præcipue Epiſcopi judicium, quod in ſimilibus ſemper maximi ponderis æſtimatum eſt.

Animadverſum antea fuit teſtatorem jam multos annos ante de hac fabrica cogitaſſe, ac cum parocho, & popularibus

concorditer tractaviſſe, eos perficiendæ fabricæ formam tranſmiſiſſe, ac neceſſariam pecuniæ quantitatem indicaſſe. Eadem, quæ nunc eſt, vivente tunc teſtatore conditio rerum erat.

Rurſus ſacellum erigendum ad patronatum familiæ pertinere debuiſſe. Cum Sacello extruendo, & eccleſia ampliſicanda, etiam de ſupellectili ſacra, & pro oleo perpetuæ lampadis, ac, ſi collegium non erigeretur, etiam pro ſchola puerorum, in teſtamento proviſum fuiſſe.

Advertendum modo, quod apparet executores teſtamentarios, & hæredem, de hac commutatione, quæ petitur, inſcios eſſe, ac pecuniam tranſmiſiſſe in Hiſpaniam pro fabrica conſtruenda; ideoque rectorem collegii *Santanderien.* non diſſentire, dummodo tamen ab obligatione, quam habet rationem reddendi, & alias repræſentandi pecuniam, quam in cauſam fabricæ acceperat, liberetur: *che ſiccome la ſua commeſſione non ſi eſtendeva ad altra coſa, che all'eſecuzione della volontà del teſtatore, ſempre che queſta s'impediſſe dagli abitanti del luogo di Aldea Cueba, o non ſi poteſſe adempire, era pronto a qualſi voglia commutazione, che il governo, e conſiglio di detto luogo per la meglio otteneſſe da Sua Santità, colla condizione però, che la ſteſſa parte otteneſſe l'approvazione del Signor Preſidente, e Uditore della regia cancellaria, e caſa di contrattazione dell'Indie della città di Cadice, a cui eſſo R. P. Rettore, e collegio aveva fatto l'obbligo di corriſpondere, e dare conto dei capitali, e ſupellettili, che per queſt'opera pia ricevette, e ritiene depoſitati in ſuo potere,*

De materia commutationum, de quibus nunc fere quotidiana diſceptatio eſt, ac de earum juſta, & neceſſaria requiſita cauſa juxta ſanctionem Concilii, abunde actum eſt in *Panormitana* 27. *Auguſti* 1763., *Caſſanen.* 24. *Septembris ejuſdem anni*, *Vicen.* 14. *Januarii*, *Peruſina* 12 *Maji*, *Aſſiſien. commutationis voluntatis* 2. *Junii*, *Fanen.* 15. *Septembris*, & *Aquilana* 15. *Decembris* 1764., & *in Taurinen.* 18. *Maji*, *Vicen.* 3. *Auguſti* 1765. Eas autem non ab Epiſcopis, ut per manifeſtum errorem affirmarunt nonnulli, ſed ex ipſa lege Concilii, & decretis Urbani VIII., & Innocentii XII. non niſi a Sede Apoſtolica fieri poſſe demonſtratur pleniſſime in *Comen. translationis* 11. *Januarii* proxime elapſi. Edicendum eſt

An, & quomodo ſit conſulendum SANCTISSIMO pro commutatione voluntatis qu. Petri Negretta quoad legatum petiarum vigintiquinque millium, in caſu &c.

Die

Die Sabbati prima Martii 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis, de jure reſolvenda.

IN Congregatione *diei* 1. *Februarii* quatuor cauſæ relatæ non ſunt, quæ primo notantur infra.

LUCEN.

An capellania, de qua agitur, ſit reſidentialis, & quatenus affirmative — *Seſs.6. cap.2. de Reform.*

An ſit locus indulto abeſſendi in caſu &c

Ad I. Affirmative. Ad II. Durante vita matris tantum, impletis tamen per alium omnibus oneribus.

CIVITATIS CASTELLI.

An Paulus Nicolaus Bonaviſa ſit capax conſequendi capellanias, ſeu legata pia ordinata a Comite Montemarte in caſu &c., & quatenus negative — *Seſs.22. cap.8. & ſeſs.23. cap.6 de Reform.*

An ſit locus diſpenſationi in caſu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Proviſum in præcedenti.

LEODIEN. BENEFICIORUM.

An beneficiati eccleſiæ collegiatæ S. Martini Leodii, nempe hebdomadarii, evangelarii, & epiſtolarii debeant eſſe conſtituti in reſpectivo ordine Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus, vel in ea ætate, ut intra annum ad reſpectivum ordinem promoveri poſſint, & quatenus affirmative — *Seſs.22. cap.4. de Reformat., & ſeſs.24. cap.12. de Reform.*

An prædicti beneficiati, & cuſtos chori teneantur per ſe ipſos ſub pœ-

nis

na privationis implere onera cuique beneficio annexa, in casu &c.

Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative.

Sess. 23. cap. 18. de Reform.

SANTANDERIEN.

An, & quomodo sit consulendum SANCTISSIMO pro commutatione voluntatis qu. Petri Negretta quoad legatum petiarum viginti quinque millium, in casu &c.

Negative.

Sess. 7. cap. 2. de Reform.

TARRACINEN., SETINA, ET PRIVERNEN. Posteaquam prope initium sæculi XIII. Honorius III. *Privernatem*, & *Setinam* ecclesias *Tarracinensi* unit, perpetuas controversias ad hæc tempora inter se loca eadem, uti fere semper post ejusmodi uniones accidit, exercuerunt, de potestate, de reverentia, de honore, de primatu, de antiquitate. Sanctus Benedictus XIII. mense Majo *anni* 1725. *Setinam*, deinde quatuor post menses *Privernatem* ad cathedræ honorem restituit, sive erexit, ac cum *Tarracinensi* copulavit. Reclamarunt, uti credibile erat, *Tarracinenses*, sed nihil profecerunt querelæ, quin Pontifex novis literis, quod egerat, confirmaret.

Defuncto eo Pontifice adierunt *Rotam*, in qua lis jam consenescere videbatur, nisi nova occasio parum reconciliatos animos vehementer exasperasset. Episcopus *anno* 1764. *Priverni* indixit synodum. Capitulum *Tarracinense* ad eam *archipresbyterum*, & *quinque canonicos* deputavit, data lege, ne sua jura imminui paterentur.

Hi autem cum vidissent a latere Episcopi *archidiaconum*, & *præpositum Setinos*, de injuria illata contra suum honorem, & conventa etiam pacta, statim conquesti, non audierunt inde imperium Episcopi, qui primum voce, deinde scriptis indicta pœna suspensionis, ne abirent, prohibuit; partimque remigrarunt in patriam, partim Romam venerunt, ut sua jura defenderent, ac peterent absolutionem, quæ primum ad tres menses concessa, ad hanc usque diem prorogata est.

Nunc sua jura tuetur capitulum *Tarracinense* I. de honore semper præcedendi, & ideo II. sedendi ubique ad latus Episcopi; III. etiam supra *archidiaconum*, & *præpositum Se-*

ti-

tinos. IV. de *Tarracinenſi* appellatione ante alias ſemper, & ubique ab Epiſcopo retinenda. V. demum, & VI. de legibus actæ ſynodi, an *Tarracinenſes* obligent, nec non de injuſtitia, & irrita pœna ſuſpenſionis ab Epiſcopo tunc lata. De primis quatuor cum utroque capitulo agit: de duobus reliquis cum Epiſcopo. Ex omni parte ſcripta habentur latiſſima, quæ ſub oculis erunt.

Tarracinenſis eccleſia religionem, & Epiſcopum a Divo Petro ſe accepiſſe extollit; *Setinam* ex judicio *Rot. cor. Mol. dec.* 784. nunquam fuiſſe cathedralem; *Privernatem* nonniſi quinque Epiſcopos in tota antiquitate habuiſſe. Id cognitum, perſpectumque, ac judicatum ex *deciſ. coram Molin.* 785.

Ipſum Benedictum XIII., qui illa erectione, quaſi futuræ pacis perpetuæ inter eaſdem reconciliator acceſſit, ſtatuiſſe, ut vacante ſede, ſola *Tarracinenſis* vicarium eligeret, qui præeſſet omnibus. De *jure* itaque *Tarracinenſi* antiquiori reverentiam honoris deberi *Piton. diſceptat. 9. num.* 8., *Franceſ. de eccleſ. cathedr. cap. 33. num.* 109., & *Rot. coram Molines deciſ.* 822. *num.* 1. & *ſeq.*. De *facto* autem ex ipſa Pontificis voluntate.

Perperam objici, cuique unamquamque eccleſiam in ſuo territorio præferendam. Hoc inutiles reddere, imo deſtruere omnes juris canonici regulas de præcedendo, quæ digniori ubique favent *Barboſ. de canon. & dignit. cap.* 18. *num.* 48., *Pignatell. tom.* 4. *conſul.* 187. *num.* 1., & *Sac. Congregatio in Tuſcanen.* 19. *Auguſti* 1619., & *in Fundana* 2. *Octobris* 1697. Maxime ſi variæ eccleſiæ unum Epiſcopum habeant, atque unum veluti corpus conſtituant.

Atque hinc deſcendere perpetuum honorem ſedendi ad latus Epiſcopi. Nihil contra hoc probare *præpoſitum*, & *archidiaconum Setinos*. Hinc appellationem *Tarracinenſem* perpetuo anteferendam *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *num.* 367., *Piton. diſcept. 9. num.* 11., *Card. de Luca de præeminent. diſc.* 47. *num.* 4.

De *Calaguritana*, & *Calciatenſi* unitis exempla profert. Quidquid vero dixerit Sac. Congregatio in *Civitatis Caſtellanæ*, & *Hortanæ* 8. *Junii* 1624. ad rem non facere. Rem illam fuiſſe de duabus eccleſiis, quarum neutra dignior probabatur.

De ſynodo deinde certum eſſe Epiſcopum plures diœceſes habentem in ſingulis teneri alternis vocare ſynodum. Per unam non obligari diœceſes alias, ad eam non teneri accedere, ut in *Civitatis Caſtellanæ* 8. *Januarii* 1624., & *in Ampurien. ſynodi* 8. *Maji* 1694., & *in Gerundinen.*, & *Cariaten. ſynodi* 7. *Septembris* 1706. Capitulum *Tarracinenſe* deputatos miſiſſe, ſed certis legibus, ac datis conditionibus, quibus non ſervatis abire debuiſſent, ut re infecta illico diſceſſerunt.

Inde ſequi, quod ſi Epiſcopus ad veniendum ad ſynodum extra diœceſim *Tarracinenſes* cogere nequibat, ſi venientes ſub fide ſervandi honoris admiſit, propterea præceptum ne

discederent injustum fuit, ideoque ad obtemperandum non obligatos fuisse.

Contra capitulum *Privernì*, de ecclesiis *æque*, & *principaliter* unitis eam rationem habendam, ut nulla major considerari valeat *Card. de Luca de præmin. disc.7. num.5.*, *Rota decis.1445. coram Seraphin.* Nec antecedens status amplius attendatur *Rot.in Vaden.seu Urbanien.prænominationis* 20. *Junii* 1687.§. *Sed illas cor.Emerix jun.* Quodcumque capitulum intra suæ diœcesis fines aliis antecellere *Tamburin.de jur.abbat. disputat.5. quæst.2. num.*48., *Pignatell. consul.46. num 6. tom.7.*. In sacris *functionibus*, ecclesiæ, in qua aguntur, unice jura spectanda esse, ne ab exteris loco suo, qui illius ecclesiæ presbyteri sunt, deturbentur. Suum *archipresbyterum* præterea majori excellentia, ac jurisdictione potiri, quam *Tarracinenses* dignitates.

Itidem Episcopum anteferre debere nomen loci ubi est, vel negotii, quod agit. Ita decisum in *Civitatis Castellanæ, & Hortanæ*, licet ecclesia *Civitatis Castellanæ*, uti dignior, dum novus Episcopus creatur, in literis Apostolicis prælationem nominis semper habeat ex rescripto *Sac.Congregationis die* 10. *Martii* 1759.

Capitulum *Setinum* cum *Privernati* consentit, sed suum *archidiaconum*, *& præpositum*, ob excellentiam peculiarem, quam habent, præferendos semper esse contendit.

De V. autem, & VI. quæstionum capite Episcopus affirmat cathedrales, licet inter se distinctas, respectu Episcopi unum corpus constituere, atque unam diœcesim *Rot. decis.*487. *coram Rembold.*. Ideoque coactam synodum obligare omnes *Gonzal. ad reg.*8. *Cancellar. glos.5.* §.7. *num.*29., & Sacra Congregatio in *Gerundinen.*, *& Cariaten.* 1. *Februarii* 1708.

Potuisse commodiori sibi loco synodum agere *Card. de Luca de jurisdict. disc.56.num.6.*, *Card. Petra ad constit.5. Innocent.IV. sect.unic. num.*12.. Et licet Sac Congregatio de locis interdum aliquid dederit consuetudini, vel æquitati, nunquam autem actas synodos improbavisse *Bened.XIV. de synod. diœces.lib.1.cap.5.num.*4.

Potuisse demum recusantes *Tarracinenses* cogere, qui recedebant, atque inobedientes ecclesiasticis pœnis deterrere simul, ac ligare *cap.quod super his de majorit. & obedient.Concil. Trident.sess.6.cap.3.*, *& sess.*14.*cap.*4.*de reform.*, *S. Congregat. in Oriolen. 2.Martii 1632.ad XIX.dub.*

Non semper hæ de primatu, de honore, ac de præcedendo contentiones ad ambitiosam æmulationem sunt referendæ. Nec reprehendendæ, si non superbia, & elatione animi, sed ordinis proprii conservandi gratia proponantur; decet enim, imo necessarium est ubique præscriptum servari ordinem. Integer titulus codicis est, *ut dignitatum ordo servetur*. Romani in eam rem maxime incubuerunt, ut suus cuique ordini constaret honor. Hinc prima loca in sedendo,

do, in dicendo, hinc faſces, hinc ſellæ, hinc magiſtratuum inſignia, hinc variæ veſtes, & ornamenta, hinc demiſſæ pro dignitate ſalutationes. Q. Fabii Maximi filius conſul monuit venientem patrem, ut ante ſe equo deſcenderet, qui nihil iratus reſpondit, ſe non feciſſe antea, ut videret *an filius ſciret conſulem agere*. Eo invitamento creditum eſt excitari ingenuos animos ad appetendam gloriam, ſtrenua facinora edenda, recte gerenda inferiora munia, & bene, & egregie de republica merendum. Quod inſtitutum, ubique prope ab initio conditæ ſocietatis receptum, ſecuta poſtmodum tempora latius propagarunt. Hinc equeſtria ſigna, hinc tituli, aliaque, quæ acri ſtimulo omnibus eſſent ad illuſtria agendum, & conquirendum honores. Imo ſi tota circumſpiciatur undique univerſitas hominum, facile videri poterit, quod hiſce honorum gradibus, ſedibuſque, ornamentis, inſignibus, faſciis, tegumentis, appellationibus, etiam apud non bene cultas gentes, fere omnis humanitas contineatur.

Eccleſia veteris ſanctiſſimæ legis clariſſima exempla ante oculos habens, atque divinitus inſtituta, & edocta, ob alias ſane rationes, ſed ſapientiſſime ſuos ordines, graduſque ſtatuit, eoſque majori ſtudio, & diligentia retinuit tenaciſſime. Cœremonias ſacrorum præſcripſit, ſedes, ornatum, diverſarum dignitatum, & graduum notas, quæ pulcherrimam in perpetua unitate varietatem facerent. Nativum *eccleſiæ* nomen, græco fonte, *a congregando* eſt. Quæ autem *congregatio* ubi confuſa, promiſcuaque ſint omnia, neque conventus ordinatus, perque ſuos gradus diſtinctus reperiatur? *Graduum, & ordinum diſtributio eccleſiaſticam unitatem conſervat*, eſt ſumma *canonis* VII. *diſtinct.* 89. in quo: *ad hoc diſpenſationis proviſio gradus diverſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diverſitate contentio, & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim Univerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi hujuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſervaret.* In corpore juris canonici, quod univerſe receptum, ubique publica auctoritate interpretatur, & legitur, titulut integer *decretalium* extat *de majoritate, & obedientia*, & non ſolum de eccleſiaſticis inter ſe, verum etiam reſpectu aliorum, inter quas celebris illa eſt *ſolitæ benignitatis*.

Quamobrem non immerito viri etiam ſanctiſſimi de ſuæ dignitatis eminentia, de ſedis primatu, de honore, ac reverentia debita ab inferioribus conſtantiſſime decertarunt. Non quod de ſuo peculiari decore quærerent, ſed quod ſuarum eccleſiarum, quæ habuèrant jura, ad vitandam confuſionem ſarta, tectaque tuerentur, eaque integra, uti acceperant, traderent ſucceſſoribus. Ejus rei non ignobilia exempla profert hiſtoria omnis temporum præteritorum.

Quod ad controverſias, de quibus agitur, pertinet, ſane in literis Benedicti XIII. unice de jure præcedendi inter *Setinam*, & *Privernatem* eccleſiam habetur, nihil vero de *Tarracinenſi*, ſub qua illæ eccleſiæ ante erant. Videndum itaque, an ſuus honor *Tarracinenſi* ſteterit circa omnes, quem habebat ante erectionem. Certe capitulum *Tarracinenſe*, dum ante id tempus Epiſcopum ſequebatur, ubique omnes antiſtabat.

Ponderandum, quod in literis erectionis *Setinæ* habetur: *quod eveniente vacatione Sedis Epiſcopalis, capitulum eccleſiæ Tarracinen. uti antiquius juxta hactenus obſervatam conſuetudinem inconſulto, & minime audito capitulo eccleſiæ Setin., ad electionem vicarii capitularis procedere valeat, qui poſtquam a dicto capitulo Tarracinen., ſic ut præfertur, canonice electus, & deputatus fuerit, ſuam juriſdictionem etiam in aliis eccleſiis exercere valeat.*

In erectione autem *Privernatis*: *ſede autem Epiſcopali vacante capitulum eccleſiæ Tarracinen. juxta hactenus obſervatam conſuetudinem, etiam inconſulto, & minime audito capitulo eccleſiæ Privernen., vicarium capitularem eligere valeat, qui poſtquam a dicto capitulo Tarracinen. canonice electus, & deputatus fuerit ſuam juriſdictionem etiam in eccleſia Privernen. exercere valeat.*

In his poſtremis literis de *Setina*, & *Privernati* dictum fuit; *quod ad tollendas futuris temporibus controverſias quaſcunque inter Privernen.; & Setinam eccleſias præcipue in caſibus, quibus capitula Privernen., & Setina eccleſiarum præfatarum inſimul adeſſe contigerit, ac etiam in actibus conſiſtorialibus, alternativa in eos præcedentia exerceatur*, nihil ad *Tarracinenſem* eſt.

Advertendum non probari, quæ de excellentia dignitatum *Setinarum* afferuntur.

Sacra Congregatio in *Civitatis Caſtellanæ*, & *Hortanæ* 8. *Junii* 1624. reſcripſit ad VI. dubium: *quemadmodum Epiſcopus in Civitate Caſtellana, vel ejus diœceſi exiſtens, Civitatis Caſtellanæ, & Hortanæ eſt appellandus Epiſcopus, ita e converſo, dum in civitate, vel diœceſi Hortana moram trahit, Hortan., & Civitatis Caſtellanæ Epiſcopum nuncupari eum, atque inſcribi debere: quod ſi extra diœceſim reſideat, in negotiis ad civitatem, vel diœceſim Hortanam pertinentibus, Hortanæ, & Civitatis Caſtellanæ, in ſpectantibus vero ad Civitatem Caſtellanam, & illius diœceſim, Civitatis Caſtellanæ, & Hortanæ Epiſcopum eſſe denominandum.* Sed ponderandum, quod agebatur de duabus eccleſiis, quæ ſuos Epiſcopos actu ante unionem habebant. Iniquum videri potuit, ut ex unione vel una, vel altera, quod habebat amitteret. In *Fabrianen. cathedralitatis* vero, approbante s.m. Clem. XII. *die* 18. *Martii* 1732. Sacra Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpoſita cenſuit, *quod denominatio eccleſiæ Camerinen. præficiatur ſemper, & in omnibus actibus etiam reſpicientibus eccleſiam Fabrianen.*

Advertendum itidem, quod Sac. Congregatio *in Gerundinen.*, & *Ca-*

& Cariaten. ſynodi 7. Octobris 1706., in qua agebatur de ſynodo *Cariaten.* ad II. dub. *an liget diœceſim Gerundinam*, quamvis reſcripſerit *negative*, attamen in Congregatione 1. *Februarii* 1708. propoſito: *an ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis*, dixit: *prævio receſſu a deciſis, affirmative*. Inquiritur

I. *An competat capitulo Tarracinæ præcedentia in functionibus peragendis una cum capitulo Privernen., & Setino.*

II. *An capitulo Tarracinen. competat jus privativum ſedendi ad thronum Epiſcopi tam a dextris, quam a ſiniſtris in quibuſcunque functionibus Epiſcopalibus concurrente ſimul capitulo Setino, & Privernen., vel potius illud competat capitulo illius eccleſiæ, in qua celebrantur Epiſcopales functiones, vel per turnum, vel alternatim.*

III. *An eadem præcedentia, & jus privativum competat ſupra archidiaconum, & præpoſitum dignitates Setinas.*

IV. *An Epiſcopus in quibuſcunque diœceſeum negotiis ſemper ſit prænominandus Epiſcopus Tarracinen., licet moretur in civitate Privernen., vel Setina.*

V. *An ſynodus celebrata in cathedrali Privernen. die* 24 *Junii* 1764. *obliget civitatem, & diœceſim Tarracinen.*

VI. *An ſuſpenſio archipresbyterii, & quinque canonicorum cathedralis Tarracinen. ſubſtineatur in caſu &c.*

Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. Affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam, & amplius. Ad III. Affirmative, & amplius. Ad IV. Affirmative, & amplius. Ad V. Affirmative, & amplius. Ad VI. Affirmative, & ad Emum Præfectum ad mentem, & amplius.

AVENIONEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Dum multiplex agebatur controverſia in Sacra Congregatione inter capitulum metropolitanæ Avenionenſis, & capitulum collegiatæ *S. Agricolæ* de quarta funebri *S. Agricolæ* danda pro parochianis quibuſcunque, licet ſervitio metropolitanæ addictis, qui in ea metropolitana tumularentur, nec non de non ſepeliendis in metropolitana parochianis *S. Agricolæ*, qui ſepulturam non elegiſſent, ac de cæremonia funebri exordienda, & præcinenda *antiphona* ſuper cadavere dum funera e parochia *S. Agricolæ*, comitante capitulo metropolitanæ, ducerentur, die 15. *Septembris* 1759. reſcriptum eſt, *dilata, & ad D. Secretarium pro conceſſione compulſoriæ*, quam capitulum metropolitanæ petebat. *Sſs. 25. cap. 13. de Reform.*

Nunc poſt nova quæſita monumenta, controverſia eadem cum iiſdem quatuor quæſtionibus inſtauratur. Videndum eſt *folium diei* 22. *Septembris* 1759.

Ad I. capitulum *S. Agricolæ* ait ſe curam animarum habere, ejuſ-

ejuſque onera omnia ferre in ſua parochia ; ideoque ſibi debitam quartam funebrem *cap. nos inſtituta cap. cum ſuper de ſepult.*, *Clement. dudum eodem tit.*, *Barboſ. de paroch. cap.* 25. *num.*22., *Franceſ. de eccleſ.cathedr. cap.*2. *num.* 144., etiamſi parochiani in cathedrali, ac metropolitana eccleſia tumulentur *Antonell.de regim.cap.*12.*n.*29. *&* 30., *Ubald. de canon. cap.*7.*quæſt.*12.*num.*17.*cap.*8.*num.*33.

Expreſse cautum id fuiſſe in literis Joannis Papæ XXII. *anni* 1321. dum eccleſiam *S. Agricolæ* parochialem in collegiatam erexit, *quod illa tota canonica portio funeraliuni parochianorum præfatæ eccleſiæ S. Agricolæ, qui apud alias eccleſias, ſeu cœmeteria eligerent ſepeliri, ipſius eccleſiæ capitulo libere, & integraliter applicetur in ornamentis &c.,& aliis ejuſdem eccleſiæ, & capituli utilitatem convertendis.*

Accedere conſtantem uſum ab immemorabili tempore tot ſæculorum curſu retentum ; imo per ſententiam *anni* 1553. coactam metropolitanam ad ſolvendum. *Anno* autem 1646. a cæpta controverſia timore judicii deſtitiſſe, ac ſolviſſe. Ad calumniam autem referri ſi redarguatur de falſitate ſententia illa. Nullam ante hac *annis* 1646., 1666., 1727., dum lites eadem de re ardebant, de falſitate prolatam vocem.

Præſcriptionem autem objici non poſſe, tum quia juri adverſatur *cap.*1. *& ſequen.de ſepult.*, *Guid.Pap. deciſ.*631.*num.*42. Tum quia non probatur, ut probari deberet, contrarius uſus in judicio firmatus *Rot. in Albanen. Fabricæ* 28. *Julii* 1742. §. *finali coram Buſſio*. Tum quia contradixit ſemper *l.cum notiſſima cod.de præſ.*30. *vel* 40.*ann.*, *Rot. cor.Merlin.deciſ.*125.*num.*5.,*& in Aſtoricen. parochialis* 4.*Februarii* 1752.*§.*6. *coram Canilliac*.

Ad II. habere pro ſe juris ſanctionem, quæ favet parochiæ, etiam de canonicis, vel beneficiatis, qui in ſua propria eccleſia tumulentur *Amoſtaz. de funer. cap.*8.*num.*76., *Paſſerin. de ſtat. hom. quæſt.*187. *inſpect.*5. *cap.*5. *artic.*4. *num.*545., *Pignatell. tom.*8.*conſul.*5.*num.*5. Apparere ex monumentis ita ſervatum fuiſſe ſemper.

Ad III. apertiſſimam eſſe legem de ſepeliendis omnino in propria eccleſia, qui ſepulturam alibi non elegerint, aut familiæ ſepulcra non habeant *cap.* 1. 2. *&* 3. *de ſepult.*. Per ſummam injuriam iccirco metropolitanam ſepulturam dediſſe cuidam mulieri *Mariæ Roman* intra parochiam *Sancti Agricolæ* defunctæ, quæ licet extera, tamen plures menſes in parochia habitaverat, quod ad effectum ſepeliendi exuberabat *cap.ſignificavit de paroch.*,*Fagnan.eod.cap. num.*8. *Sperel. deciſ.for.eccleſ.*87.*num.*5.

Ad IV. functiones parochiales ad ſolum parochum pertinere *Monacell. formul.tom.*1.*tit.*10.*formul.*17.*num.*4. Inter has præcipuas eſſe aſperſionem cadaveris antequam de domo elevetur, & præcentionem *antiphonæ ſi iniquitates*, *Scarfanton. ad Ceccoper. tom.*2.*addit.n.*22.,*Paſcuc.in compen.ad conſ. Pignatell. part.*1.

part. 1. *tit. de funer.*. Idque habere locum licet capitulum metropolitanæ adsit, ex cujus præsentia parochorum jura non imminuuntur *Quart. de process. funer. punct.* 5. *quæst.* 2. *num.* 218., *Samuel. de sepult. disput.*3. *contr.* 2. *num.* 19., & *contr.*7. *num.*16.

Contra vero capitulum metropolitanæ ad I. inquit, quadragenariam sufficere ad non solutionem quartæ *Barbos. de offic. & potest. paroch. part.*3. *cap.*15.*num.*22., *Rot.in recent. dec.*376. *num.*2. *part.* 1., & *in Barcinonen. jurium parochialium super quarta*, & *oblationibus* 9. *Julii* 1732. §.4. *coram cl.me. Aldrovando*. Præsertim dum agitur de metropolitana, unica omnium matre *Rot.cor. Caprara dec.*324.*num.*2.,&*cor.Ssmo D.N. dec.*240. *num.*8.

Nunquam solutam quartam ab *anno* 1642. haberi ex suis libris capitularibus. Probari autem plenissime ex libris ipsis *S.Agricolæ* exhibitis in *S.Congregatione Rituum* nunquam ab *anno* 1663. exactam. Hinc inutile confugium esse ad literas Joannis XXII. Literas illas posse referri ad alias ecclesias præter metropolitanam. Præterea obstare consuetudinem, quæ servanda est.

Ob hanc ipsam rationem nihil facere sententiam anni 1553., quæ tamen authentica non est. Multa inde de ejus falsitate, sive de falsitatis suspicione cumulat. Quemadmodum neque officere litem actam *anno* 1727. *in Sac. Congregatione Rituum*. Jam etenim tunc præscriptionem superventam; imo ex secuto silentio litem illam derelictam dici debere. Cæterum necessarium non fuisse, ut consuetudo in judicio firmaretur; non enim agi de novo jure acquirendo, sed de veteri extinguendo *Rocc.disput.*84.*num.*15., *Rot. post Postb. de manut.decis.*45.*num.*5.

Ad II. canonicos, alioque ecclesiæ metropolitanæ servitio addictos, ubicunque domicilium habeant, in ea sacramenta percipere *Francesc. de eccles.cathedr. cap*,17.*num.*60., *Amostaz. de cauf. piis lib.*6. *cap.*7. *num.*50., & veros cathedralis parochianos esse *Lavor. lucubr.canon. tit.*2. *cap.*11. *num.*63., *Venrrigl. in prax.tom.*1. *adnotat.*12. §.*unico num.*24., ac uti parochianos in eadem sepeliendos, *Anaclet.in decret. lib.*3.*tit.*28. §.1. *n.*14., & *Rot. in Barcinonen. jurium parochialium* 2. *Octobris* 1735.§.*Demum coram Ssmo D.N.* Hinc propterea nullam quartam deberi alienis parochis.

Ad III. se contendere ait tantum de alienigenis. Sac. Congregationem negociis Episcoporum, & Regularium præpositam rescripsisse, viatores, exteros, vagos, & peregrinos fixum non habentes in loco domicilium in cathedrali ecclesia sepeliendos esse *Rot.in Barcinonen. jurium parochialium* 13.*Januarii* 1730. §.31. & *seq. cor.cl.mem.Card.Aldrovando*, & *cor.Ssmo D. N. dec.*240.*num*4., & *S.Congreg. in Savonen. jurium parochialium* 12.*Novembris* 1712.

Ad IV. spectare omnia ad capitulum metropolitanæ in funeribus ducendis *Rot.in Melevitana funerum* 20.*Novembr.* 1744.

§.4.

§.4. *coram cl.mem. Card. Millino*, *& in eadem ſuper acceſſu regularium ad collegiatam* 23. *Novembris ejuſdem anni* §.3. *coram eodem*. Tum aſperſionem cadaveris, tum præire funebrem cantum *Caſtald. in prax. cæremon. lib.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 2., *Catalan. in comment. ad cæremon. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 7. *§.* 10. *num.* 3. Capitulum cathedralis ſtatuere horam ducendi funeris *Rot. in Taurinen. præeminentiarum* 8. *Martii* 1743. *§.6.*, *& in Melevitana funerum ſuper acceſſu regularium ad collegiatam* 23. *Novembris* 1744. §.8. *coram Millino*. Parochum una cum ſuo clero debere ad eccleſiam cathedralem accedere *Rot. in dicta Taurinen. præeminentiarum §.* 3. Incedere parochum ſub cruce capituli cathedralis. *Rot. in Theatina funerum* 28. *Martii* 1732. §. *Prout coram Nunez*. Reliqua ex ſcriptis.

De loco ſepulturæ certa juris regula eſt defunctum ſepeliendum in eccleſia, quam ſibi elegit, *cap. nos inſtituta* 1. *cap. fraternitatem* 3. *cap. cum liberum* 6. *cap. cum ſuper* 8., *cap. cum in noſtra* 10. *de ſepult.*: ſi vero non elegit, in ſepulcro majorum *cap. cum nos inſtituta* 1. *de ſepult. cap. cum quis* 2., *& cap.* 15. *qu.* 3. *eodem tit. in* 6., ſin minus in ſua parochiali. Quartam autem funebrem deberi ſemper parocho domicilii *cap. relatum* 2. *cap. de his* 4. *cap. cum ſuper* 8. *de ſepult.*, *& Clement. dudum de ſepult.* quamvis in cathedrali ſepeliatur, ut in *Fanen. quartæ funeralis* 17. *Septembris* 1757., *& in Faventina præeminentiarum, & funerum* 7. *Junii* 1760. *ad VII. dubium.*

Exceptio regulæ eſt, ſi eccleſia cathedralis expreſſe ſibi ab initio jus non ſolvendi præſervavit, ut in *S. Miniatis quartæ funeralis* 12. *Maji* 1729., *& in Melphien.*, *ſu Rapollen.* 17. *Maji*, *& 5. Julii* 1749. Vel ſi exemptionem non ſolvendi legitima præſcriptione acquiſivit *Barboſ. de offic. & poteſt. paroch. part.* 3. *cap.* 25. *num.* 22., *Paſſerin. de ſtat. hom. qu.* 187. *art.* 4. *num.* 486., *Rot. in rec. dec.* 276. *num.* 2. *part.* 1., *& in Barcinonen. jurium parochialium ſuper quarta, & oblationibus* 9. *Julii* 1732. §.4. *coram Aldrovando*.

De canonicis vero, aliiſque eccleſiæ cathedrali addictis, jus adminiſtrandi ſacramenta, infirmis tamen, ſpectare ad parochum domicilii cenſuit S. Congregatio in *Mantuana juriſdictionis* 16. *Martii* 1680. *ad IV. dubium*, in *Tyburtina juris adminiſtrandi ſacramenta, & funerandi* 12. *Maji* 1685. In *Tolentinaten. jurium parochialium* 11. *Septembris* 1694. in *Narnicn. jurium parochialium* 26. *Septembris* 1699. Et licet contrarium ex peculiaribus fortaſſe facti circumſtantiis dixerit in *Derthonen. jurium parochialium* 3. *Decembris* 1718. *ad XV. dub.*, attamen in *Eugubina jurium parochialium* 12. *Februarii* 1729., præcedentem ſententiam conſtabilivit, ut in *S. Severini præeminent.* 13. *Martii* 1756. Sac. Cong. Rit. quoque cenſuit.

Eos vero ſepeliendos in eccleſia, cui addicti ſunt, ſi in ea peculiare proprium ſepulcrum habeatur, ſin minus in ſepulcro majorum dixit in *Tyburtina juris adminiſtrandi ſacramenta, & funerandi* 12. *Maji* 1685. in qua propoſito dub.: *an*

idem

idem canonicus decedens non electa sibi sepultura, debeat sepeliri in ecclesia cathedrali tamquam sua parochia, vel in parochia domicilii, vel potius in sepulcro suorum majorum, rescripsit *in cathedrali, si in ea adsit sepulcrum proprium canonicorum, sin minus in sepulcro majorum, alias in sua parochia*, ut in *Derthonen. jurium parochialium 3. Decembris 1718. ad XVI. dub.. Viden. Pignatel. tom. 8. consult. 5. num. 4.*

Quocumque tamen casu de iis deberi quartam parocho rescripsit *in eadem Tyburtina juris administrandi, & funerandi 12. Maji 1685.* in qua proposito III *dub.*: an *pro sepultura canonici, ut supra defuncti debeatur quarta funeralis parocho cathedralis, vel parocho parochiæ suorum majorum*, respondit *deberi parocho domicilii, lib. 35. decret. pag. 232.* Et in *Narnien. jurium parochialium 26. Septembris 1699.*, in qua, cum ageretur de canonico ecclesiæ cathedralis, proposito V. dub., *& quatenus licita fuerit tumulatio in ecclesia cathedrali*, an *parocho domicilii debeatur saltem quarta funeralis*, rescripsit *deberi quartam parocho*.

Ad III. de exteris, peregrinis, & viatoribus regula est sepeliendos in cathedrali *Card. Petra commen. ad constit. 9. Innoc. III. sect. un. num. 50.*, nisi contraria consuetudo habeatur; vel nisi per aliquod tempus habitaverint in aliqua parochia, in cujus ecclesia tunc sepeliendos censuit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium in *Fulginaten. 5. Julii 1592. etiam circumscripta consuetudine advenas, & pertranseuntes in cathedralibus, & reliquos in parochia intra cujus fines obierint, si per aliquod tempus habitaverunt, esse sepeliendos*.

Ad IV. de functionibus funeris peragendis, in quibus cum parocho adsit capitulum cathedralis, vel collegiatæ ecclesiæ, S. Congregatio Rituum in una *Ostiensi die 18. Aprilis 1607.* dixit: *quando contingit associare funus alicujus defuncti ad aliquam parochialem ecclesiam, in quam simul capitulum ecclesiæ collegiatæ, cum parochis aliarum Ecclesiarum dicti loci conveniunt, præcedentiam dandam esse Archipresbytero, & canonicis ecclesiæ collegiatæ etiam supra proprium parochum, cui tamen jus faciendi officium in propria ecclesia reservetur*. In *Prænestina Cavarum 18. Augusti 1618.* pariter censuit, *præcedentiam semper, & ubique competere Archiepiscopo, & canonicis ecclesiæ collegiatæ supra prædictum parochum, & in asportandis funeribus defunctorum propriæ parochiæ, jus tamen faciendi officium in propria ecclesia ipsi parocho reservetur*. Atque id ipsum censuit eadem S. Congregatio *die 34. Maji 1643. in associatione funerum, salva legitima loci consuetudine, deberi præcedentiam capitulo collegiatæ supra parochum, etiam proprium defuncti, sine tamen præjudicio in reliquis jurium, & præeminentiarum eidem parocho de jure, vel consuetudine competentium*.

Quod locum habet, etiamsi parochus stola induatur *Pignatel. tom. 4. cons. 32. num. 1., & seq.* S. Congregatio *in Derthonen. jurium parochialium 3. Decembris 1718. ad X. dub.*. Parochus

vero cum ſuo clero ad eccleſiam cathedralem debet accedere *Rot. in Taurinen. præeminentiarum* 8. *Martii* 1743. §.6. *cor. Millino*, & incedere ſub cruce capituli *Rot. in Theatina funerum* 28. *Martii* 1732. §. *prout cor. Nunez*.

De aſperſione autem cadaveris antequam de domo elevetur, & de inchoanda *antiphona ſi iniquitates* S.Rit.Congr.in *Eugubina die* 5. *Julii* 1614. reſcripſit *non eſſe probatam conſuetudinem, & idcirco terminandam eſſe cauſam ſecundum jus commune, videlicet,quod quando quis in una parochia moritur, & in alia ſepelitur,benedictionem in domo mortui faciat circa corpus proprius parochus, qui ſtolam deferens a domo defuncti uſque ad eccleſiam, in qua corpus ſepeliendum erit, aliis omnibus præcedere debet. In eccleſia vero, in qua corpus ſepelitur, officium faciat circa corpus, & aliis præcedat parochus ipſius eccleſiæ, & ita ut ſupra in Civitate Eugubina inter curatum eccleſiæ cathedralis, & curatum S. Petri Monachorum Olivetanorum ſervandum eſſe cenſuit, & declaravit, atque ſervari mandavit quibuſcumque non obſtantibus, ut in fol. Eugubinæ* 12. *Martii* 1729.

Item in *una Averſana* 15. *Septembris* 1640. eadem S. Congregatio Rituum cenſuit : *ad ſolum parochum ſpectare aſpergere aqua benedicta cadaver, antequam levetur de domo, & ad eumdem pertinere intonare antiphonam ſi iniquitates, & officium ſuper cadavere in ſua eccleſia peragere, ap.Pignat.t.6.conſ.*58.

Id ipſum firmavit S.Congregat. in una *Faventina præeminentiarum* 7. *Junii* 1760., in qua propoſito : *an intonatio antiphonæ exultabunt Domino, antequam defuncti cadaver e domo efferatur, ſpectet ad primam dignitatem capituli, ſeu potius ad parochum*, reſcripſit *negative ad* I. *partem, & affirmative ad II.*

Hac itaque juris diſpoſitione animadverſa, videndum de *I.* & *II.*an favore metropolitanæ præſcriptio ex contraria conſuetudine inducta ſit. Communis diſtinctio obtinet, aut agitur de præſcribenda quantitate quartæ funeralis, ut vel quarta parte major ſit, vel infra dimidiam, & tunc poſſe præſcribi dicunt ſpatio decem annorum ; aut agitur de præſcribenda portione canonica infra quartam, vel ut nihil ſolvatur, & hoc caſu requiri conſuetudinem 40. annorum cum titulo, vel immemorabili *Petrus Ubald. de canon. paroch. cap.*1. *num.*3., *Barboſ. de offic.*, & *poteſt. paroch. par.*3*s cap.*25. *num.*6.,& S. Congregatio *in Faventina præeminentiarum*, & *funerum* 7. *Junii* 1760. *ad VII. dubium*.

Rota tamen in *Barcinonen. jurium parochialium ſuper quarta*, & *oblationibus* 9. *Julii* 1732. §.4. *cor. cl. mem. Card. Aldrovando* cenſuit: *quoties prout hic agitur de jure quartæ funeralis inter eccleſiam cathedralem*, & *parochos particulares*, *nec eſt quidem de jure neceſſarius ſolemnis centenariæ concurſus*, *ſed per ſimplicem quoque quadragenariam recte conſtabiliri poteſt ejuſdem cathedralis exemptio a tali ſolutione quartæ, ob eam ſcilicet prævalidam rationem, quia reſpectu cathedralis ſubingreditur juridica præſumptio, quod talis quadragenaria poſſeſſio proceſſerit, vel*

vel ex præambulo tituli, & jure matricitatis, vel ex quo ita conventum fuerit in primordiali parochiarum divisione, & erectione.

Verum hac posita sententia *Rotæ*, ponderandum esset an locum hic habere posset præsumptio tituli ex jure *matricitatis*, sive *pacti* in primæva parochiarum divisione, contra literas Joannis XXII., & contra præstationem quartæ usque ad dimidium circiter præteriti sæculi factam, quam non impugnat capitulum metropolitanæ.

Ponderandum, an etsi quadragenaria sine præsumpto titulo, vel pacto sufficeret, ea per *judiciales actus anni* 1706., & 1726. interrupta fuerit. Rursus, cum præscriptio exceptio sit, an illam probare teneatur capitulum metropolitanæ ex præstationibus non factis, quæ eo tempore in aliquot funeribus fieri debuissent, & non coniicere in parochum onus probandi acceptas solutiones; ex regula juris, quod exceptio a proponente probanda est.

Advertendum in III. dubio inquiri generaliter de parochianis *S. Agricolæ*, non speciatim de advenis, & peregrinis.

EE. Patrum doctrina secernet omnia, ac dijudicabit

I. *An capitulo ecclesiæ collegiatæ, & parochiali S. Agricolæ debeatur quarta funeralium parochianorum, qui in ecclesia metropolitana sepeliuntur in casu &c.*

II. *An capitulo ecclesiæ collegiatæ, & parochialis S. Agricolæ debeatur quarta funeralium canonicorum, beneficiatorum, aliorumque addictorum servitio ecclesiæ metropolitanæ Avenionen. decedentium intra limites dictæ ecclesiæ parochialis, quatenus in eadem ecclesia metropolitana tumulentur in casu &c.*

III. *An capitulo ecclesiæ metropolitanæ Avenionen. liceat sepelire cadavera parochianorum S. Agricolæ in parochia decedentium, non electa sepultura in dicta ecclesia metropolitana in casu &c.*

IV. *An vocato ad funera parochianorum S. Agricolæ capitulo ecclesiæ metropolitanæ, aspersio cadaveris, antequam e domo educatur, & intonatio antiphonæ si iniquitates spectent ad dictum capitulum metropolitanæ, seu potius ad capitulum S. Agricolæ in casu &c.*

Non proposita, cum sequentibus.

NULLIUS TERRÆ PONTIANI. Canonicus *Martinus de Dominis* terræ *Pontiani Nullius Trium Fontium* anno 1721. nuncupavit hæredem *Joannem Baptistam* fratris filium, eoque sine masculis defuncto, mandavit, ut in patria erigeretur monasterium sub regula S. Francisci pro fœminis omnibus, tam per lineam masculinam, quam fœmininam descendentibus a *Joanne Baptista* seniore patre. *Sess. 24. cap. 1. de Reformat.*

Non placuit, uti persæpe accidit, primo hæredi substitutio. Hinc triennio post tribunal *Fabricæ* adiit, ac non bona fide com-

commutationem voluntatis, in unum erigendum in eccle-
ſia *Pontiani* canonicatum, obtinuit. Verum eo defuncto de-
ſcendentes a *Joanne Baptiſta ſeniore* in S. Congregatione ir-
rita eſſe omnia proclamarunt, ac commutationem in plu-
res canonicatus, & ſubſidia dotalia pro vocatis puellis petie-
runt. Itaque propoſitis I. an *ſubſtineatur compoſitio cum ceſſione
jurium facta a R. Fabrica Sancti Petri favore qu Joannis
Baptiſtæ de Dominis*, & quatenus negative II. an *ſit conſulen-
dum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis qu. Canonici Mar-
tini de Dominis*, prodiit reſcriptum *die* 5. *Maji* 1742. *ad I. ne-
gative, ad II. dilata, & firmetur ſtatus hæreditatis canonici Mar-
tini de Dominis coram Vicario Apoſtolico, qui procedat etiam pro
redditione rationis adverſus hæredes Joannis Baptiſtæ de Domi-
nis junioris*, quod die 21. *ejuſdem anni* confirmatum fuit.

Ex firmato ſtatu hæreditatis apparuit primum poſt mortem
teſtatoris illam fuiſſe in 16772. 49., ſed vivo primo hærede
corraſam, vix reliquam eſſe in 10696. 72. Hinc die 8. Fe-
bruarii 1744. propoſito: an *ſit conſulendum SSmo pro commu-
tatione voluntatis qu. canonici Martini de Dominis, & quo-
modo*, reſponſum eſt *dilata, & ad mentem, nec non audiatur
Eminentiſſimus Commendatarius: mens eſt, quod compellantur
hæredes ad ſolutionem debiti*.

Audito tunc temporis cl. mem. Card. Commendatario Proſ-
pero Columna de Sciarra, propoſitum eſt die 30. *Januarii* 1745., an *ſit conſulendum SSmo pro commutatione voluntatis
qu. Canonici Martini de Dominis, & quomodo*, & reſcrip-
tum eſt: *conſulendum SSmo pro commutatione voluntatis juxta
mentem communicandam Eminentiſſimo Commendatario: in reli-
quis ad judices ſuos; & interim Eminentiſſimus Abbas incumbat
adminiſtrationi, & indemnitati hæreditatis etiam cum facultati-
bus S. Congregationis*.

Hinc factum, ut ex mente S. Congregationis a SSmo appro-
bata, Eminentiſſimus Commendatarius decreverit: *proſe-
quendo mentem S. Congregationis intendimus contemporanee deſti-
nare, ac fundare duplex ſubſidium dotale, quotannis tradendum
puellis in gradu proximioribus conſanguineis dicti canonici de Do-
minis, quas in ſuo teſtamento prædilexit. Idcirco in executionem
dictæ mentis volumus, & mandamus, ut ex reditibus bonorum
aſſignatorum dictis duobus canonicatibus, & reſpective canonicis,
ſingulis annis ſubdantur ſcuta* 100. *pro dictis duabus ſubſidiis ad
ratam ſcilicet ſcut.* 50. *pro quolibet, & exactiſſime in fine cujuſ-
libet anni per dictos canonicos deponantur ſcut.* 50. *per primum,
& alia ſcut.* 50. *per ſecundum canonicum in arca capitulari pro
effectu illa erogandi in dotatione illarum puellarum, quæ coram
nobis docebunt de earum in gradu proximitate dicto canonico de
Dominis fundatori*.

Suſanna Conſtantia Monetti a Joanne Baptiſta ſeniore deſcendens,
petiit anno 1762., ut ex depoſito pecuniarum, quod ex-
tabat, *ſcut.* 200. ſibi darentur pro contrahendo matrimo-
nio

nio cum *Petro Paulo Monetti*, quod contraxit poſtea ea pecunia promiſſa, quam obtinendam ſperabat. Quia vero Eminentiſſimus Commendatarius preces ad Sac. Congregationem, uti debebat, remiſerat, hinc eo defuncto, audito Vicario apoſtolico de his precibus eſt cognoſcendum.

Suſanna ait teſtatorem in monaſterio erigendo nonniſi deſcendentes utriuſque lineæ a *Joanne Baptiſta ſeniore* patre contemplatum fuiſſe; Sac. Congregationem nonniſi eaſdem in ſubſidiis dotalibus elegiſſe. Non agi nunc niſi de augenda quantitate ſubſidii. Haberi depoſitam pecuniam *ſcut.* 600. Nullam ex vocatis adeſſe fæminam, quæ de ea pecunia petat: ſe unicam, & pro qualitate familiæ pauperem eſſe: ſimilem quantitatem ſorori, quæ Reatæ in monaſterio S. Scholaſticæ regularem vitam profeſſa eſt, antea conceſſam. Omnes, de quorum jure agi poſſet, aſſentiri.

Neque obeſſe per matrimonium ſibi jam proviſum eſſe. Non dediſſe e ſuo, niſi *ſc.* 350. in prædio, & pecunia, inopem certe dotem pro eo viro, qui clare dixit in contractu, ſe illud non initurum fuiſſe ſine ſpe hujus additamenti obtinendi. Preces jam dediſſe antea, non dubiam ſpem fuiſſe ejus conſequendæ pecuniæ. Non eſſe nova eiuſmodi rerum exempla etiam in nuptis *Rot. in Aquilana dotis* 8. *Maji* 1752. §. 10. *cor. cl. mem. Card. Mattejo*.

Vicarius Apoſtolicus *die* 15. *Junii proxime elapſi* retulit: *a tempore vero, quo ea conſtituta eſt, unius tantum ſubſidii petitio, & largitio numeratur facta in ſcut.* 200. *ex reſcripto EE. VV. favore puellæ ex deſcendentibus, quæ in monaſterio S. Scholaſticæ Reatis ſolemnem emiſit profeſſionem: viget propterea in Sac. Monte pietatis Urbis effectivum depoſitum ſcut.* 600. *ſuppetit igitur quantitas conſpicua pecuniarum: deſcendentes auditi juxta EE. VV. mandata non contradicunt, quin imo ſcripto, quod EE. VV. exhibeo, conſentiunt, ut Oratrici ſubſidium ſibi in genere debitum tanquam ad illud vocatæ, quodque proinde longe ante hac petiit, & ſub ejus ſpe tandem nupſit, largiatur in ſcut.* 200.

De augenda quantitate dotis conſanguineis, dum indigentia expoſtulabat, pluries Sac. Congregatio dixit, ut in *Romana applicationis legati* 20. *Septembris* 1692., in *Romana dotium* 2. *Octobris* 1731. in *Camerinen. ſubſidiorum dotalium* 8. *Auguſti* 1733., in *Panormitana ſubſidiorum dotalium* 15. *Januarii* 1735., in *Romana* 22. *Maji* 1757., & in *Narnien. ſubſidiorum dotalium* 21. *Auguſti* 1762.

Conſiderandum, quid dici debeat de dando ſubſidio mulieri tertio ante anno jam nuptæ, propterea quod ſubſidia hæc ad facile inveniendas nuptias reapſe conſtituta ſunt *Bald. conſ.* 193. *lib.* 5., *Sanchez de matrim. lib.* 7. *quæſt.* 91. *num.* 64. De hac quæſtione certant, ut videre eſt apud *Anoſtaz. de cauſ. piis lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 23., *& ſeq.*, *Card. de Luc. de legat. diſc.* 60. *num.* 7.

Diſtinguunt tamen, quod vel agitur de diſpoſitione generali

rali *pro incertis de incertis*, ita ut generaliter pro pauperibus puellis subsidia sint, & hoc casu, cum nulla major sit ratio affectionis erga jam nuptas, excludi debeant, quæ jam matrimonio sunt junctæ *Rosa consult.*60. *num.*22., *Sanchez. de matrim. desponſ. lib.* 1. *pag.*33. *num.*32., *Lara de anniv.*, *& capell. lib.* 1. *cap.*21. *num.*30. *Card. de Luc. de legat. disc.*90. *num.*11., *&* 12.

Aut agitur de subsidiis dandis *certæ personæ*, aut *incertis de certo genere*, ut nuberent, & hoc casu, etiam iis, quæ nuptæ sunt, dari debeant, propterea quod præsumitur testatorem non minus egenti jam nuptæ, quam innuptæ consultum voluisse *Castill. lib.*5. *contr. cap.*84. *num.*48., *& cap.*90. *num.*35., *Sanchez lib.*7. *de matrim. disp.*91. *num.*65., *Amostaz de cauſ.piis lib.*4.*cap.*6.*n.*31., *Constant.vot.decis.*425.*n*10., *& seq.*

Præsertim si vocata mulier, antequam matrimonium inierit, legitime de subsidio habendo patronos, vel executores interpellaverit, ne præsentis tunc matrimonii occasio interciperetur *Valenzuel. cons.*132. *num.*22., *& seq.*, *Lara de anniv*, *& capell. lib.* 1. *cap.*21. *num.*30. *in fin.*, *Olea de cess. tit.*3. *quæst.*8. *num.*39.

Advertendum sane hic non agi de interpretanda mente testatoris, nam unice clausrales voluit in suo testamento. Ponderandum autem rem esse non solum de dando, sed de augendo pro tribus partibus ultra præstitutam quantitatem subsidio. Videndum tamen quid faciant preces antea datæ; quid *Susannam* juvet, quod unica sit, quæ petat. Postulatur

*An sit locus submini*ſ*trationi dotis Susannæ Monetti in summa scut.*200.*ex depoſito scut.*600. *erogan. in subsidiis dotalibus pro puellis consanguineis canonici Martini de Dominis in casu &c.*

Sess. 21. *cap.* 4. *de Reformat.*

NOVARIEN. DISMEMBRATIONIS. In Congregatione *diei* 14. *Decembris mox elapsi anni* propositum est I. *an sit locus approbationi concordiæ anni* 1761., *&* quatenus negative, II. *an admittenda sit dismembratio, seu separatio ab ecclesia parochiali loci Nunii, & erigenda nova Parochia in Castro Brolj*; ac tantum comparente communitate Castri *Brolj* responsum est: *ad I. affirmative*, *ad II. affirmative*. Videndum est *folium diei* 23. *Novembris ejusdem anni* 1765., in quo plenissimus de causa est sermo habitus.

Communitas *Nunii* de suis juribus iterum cognosci supplicavit, sed expectata adhuc nihil dedit. Remoranda amplius non est causa, quæ dilationem multam non patitur. Proponitur

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

*Sess.*23. *cap.*18. *de Reformat.*

VICEN. TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. In ecclesia parochiali *Sanctæ Mariæ* oppidi *Moyæ Vicen. diœcesis*, *communitas* quædam adest presbyterorum, qui eidem inserviunt, & choro ad instar collegiatarum

aſſiſtunt . Parochia autem plures ſub ſe pagos extra oppidum habet, in quibus quatuor eccleſiæ ſunt *S. Jacobi, S. Mariæ Magdalenæ, S. Andreæ, & B. Mariæ Virginis* . In iis eccleſiis, ex teſtamentis piorum hominum, quorum multi ex pagis erant, celebrari debent permulta ſacra per presbyteros *communitatis* , maxima ex parte diebus feſtis , reliqua diebus aliis . *Communitas* ex imminutione redituum jam a nonnullis annis numero minor facta , credit non poſſe hæc onera extra ſuam eccleſiam adimplere , niſi cum ſummo incommodo , & quod plus eſt , cum ſuæ eccleſiæ detrimento . Hinc omnia ea ſacra ex eccleſiis pagorum ad ſuam tranſferri ſupplicat .

Inquit ſolos *viginti quatuor* nunc eſſe . Ex iis *octo* extra parochiam degere , atque ob itineris diſtantiam raro venire . Ex aliis ſexdecim, *unum* ſenem , & valetudinarium , *duos* parochi munia obire , *quinque* ſacramentales confeſſiones excipere , *unum* debere tempore matutino celebrare miſſam , *quatuor* neceſſarios choro ad recitationem officiorum de *fundatione* , *quatuor* alios pro miſſa ſolemni retinendos .

Videri hinc non poſſibile eſſe , ut præſertim diebus feſtis , ad circumſtantia loca per totum agrum mittantur . Ob eam rationem plura incommoda , & abſurda huc uſque veniſſe . Expedire omnino itaque , ut translatio onerum fiat ad eccleſiam omnium matrem , cujus cultum præferri debere omnibus .

Præter hæc utilitatem hinc maximam creari agricolis omnibus , & pagorum habitatoribus , qui ex ea , quam habent nunc commoditate , matrem eccleſiam adeunt fere nunquam , vocem paſtoris non noſcunt , rudimenta fidei ignorant . Etiam aliis parochiis , quæ in ea vicinitate ſunt , utilitatem hanc fieri , cum earum homines plerunque ad illas eccleſias vadant , ſuis eccleſiis , & parocho relictis .

Non repugnare hanc translationem teſtamentis . Teſtatores ſui expiationem unice reſpexiſſe , non incolarum commodum . Imo aliquos eorum providiſſe , ut ſi impedimentum extaret , ſacra in parochiali eccleſia celebrarentur . Non diſſentire eos, quorum intereſſet. Quamobrem translationem demandandam uti omnibus utiliſſimam *Amoſtaz. de eauſ. piis lib. 1. tit. 14. num. 32. Rot. coram Seraph. deciſ. 847. num. 3. , & in recent. part 1. deciſ. 676. num. 10.*

Convenire judicium Epiſcopi, qui in re præſente pluries eam utilitatem cognoviſſe , ac laudaviſſe teſtatur . Exploratum eſſe quanti judicium Epiſcopi in ejuſmodi rebus ſit æſtimandum *Monet. de commut. volunt. cap. 6. num. 86. , Barboſ. de jur. eccleſ. lib. 3. cap. 27. num. 56 , & Rot. cor. Ubag. deciſ. 58. num. 4.*

Epiſcopus , cui mandatum erat , ut audiret omnes , dicit vocaſſe eos quidem, *unum* autem comparuiſſe *Emanuelem Coma agri-*

agricolam ejuſdem parochiæ de Moya, qui mera tantum narratione, & non juſtificativo modo quamplura mihi expoſuit, quibus probare conabatur ſui intereſſe eſſe, ne miſſæ fundatæ in capella S. Jacobi Apoſtoli alibi celebrarentur. Dicebat primo in loco prædictam capellam extructam intra ſui patrimonii terminos, miſſas in ea dicendas fundatas per ſuos anteceſſores, & cognatos fuiſſe, una dempta annuali, quæ fundata reperitur per F. Calderò; credendum, & conjecturandum eſſe dictos fundatores magis ad commoditatem ſuorum ſucceſſorum, quam ad animarum ſuffragium reſpexiſſe, inſuper habita commoditate communitatis presbyterorum, atque ideo commoditatem hæredum Manſi, ſeu domus de Coma præferendam eſſe illi, ne ob talem commutationem loci tenerentur cum graviſſima moleſtia parochialem eccleſiam pro audiendo ſacro adire, miſſas præfatas inſtante ipſa communitate auctas, & redactas in caritate, & numero inſpecto labore commeationis ſacerdotis celebrantis unius dimidiæ horæ itineris, & tandem ajebat numerum presbyterorum dictæ communitatis eſſe trium, & viginti; de cæteris vero fundationibus aliarum capellarum nemo fuit, qui aliquid opponeret.

Refert deinde *communitatis* presbyterorum rationes, quibus adhæret. Videnda ejus *relatio* eſt.

Translatio hæc commutationem plurium voluntatum importat. De iis, earumque juſta, & neceſſaria cauſa ſatis, ſuperque dictum eſt in *Caſſanen.* 24. *Septembris* 1763., in *Vicen.* 18. *Januarii*. in *Imolen.* 24. *Martii*, in *Fanen.* 15. *Decembris* 1764., & in *Peruſina reductionis* 27. *Aprilis anni elapſi*.

Speciatim vero de translatione onerum miſſarum in *Lunen.* *ſeu Sarzanen.* 14. *Aprilis* 1764. in *Comen. translationis miſſarum* 15. *Septembris ejuſdem anni*; in *Panormitana* 23. *Martii*, in *Taurinen.* 27. *Aprilis*, & in *Comen. translationis* 23. *Novembris præteriti anni* 1765.

Conſiderandum teſtatores nonnullos fuiſſe illorum pagorum indigenas. Videndum num præcipue ſuis eccleſiis proſpexiſſe, credendum ſit, ac ſuorum tribulium commodo, ne pro ſacris habendis extra locum per longinqua vagari deberent. Ponderandum ſi translatio concedenda eſſet, num indiſcriminatim de translatione omnium legatorum idem eſſet dicendum, vel ſaltem eſſet diſtinctio aliqua adhibenda.

De conſenſu autem, qui affertur, advertendum non contradicere populum oppidi *Moyæ*, cui ſane translatio utilis eſt; nihil vero haberi de hominibus pagorum, quorum res agitur, niſi quod non comparuerint, præter *unum*, qui ex communibus rationibus apertiſſime translationem, uti omnibus damnoſam impugnavit. Petitur

An ſit locus translationi oneris miſſarum celebrandarum in eccleſiis foraneis ad eccleſiam parochialem B. Mariæ de Moya in caſu &c.

Die

Die Sabbati 22. Martii 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

NOtantur ante alias quatuor cauſæ, quæ in Congregatione *diei* 1. *hujus menſis* propoſitæ non fuerunt.

AVENIONEN. JURIUM PAROCHIALIUM.

I. *An capitulo eccleſiæ collegiatæ, & parochiali S. Agricolæ debeatur quarta funeralium parochianorum, qui in eccleſia metropolitana ſepeliuntur in caſu &c.* *Seſs. 25. cap. 13. de Reform.*

II. *An capitulo eccleſiæ collegiatæ, & parochiali S. Agricolæ debeatur quarta funeralium canonicorum, beneficiatorum, aliorumque addictorum ſervitio eccleſiæ metropolitanæ Avenionen. decedentium intra limites dictæ eccleſiæ parochialis, quatenus in eadem eccleſia metropolitana tumulentur in caſu &c.*

III. *An capitulo eccleſiæ metropolitanæ Avenionen. liceat ſepelire cadavera parochianorum S. Agricolæ in parochia decedentium, non electa ſepultura in dicta eccleſia metropolitana in caſu &c.*

IV. *An vocato ad funera parochianorum S. Agricolæ capitulo eccleſiæ metropolitanæ, aſperſio cadaveris, antequam e domo educatur, & intonatio antiphonæ* Si iniquitates *ſpectent ad dictum capitulum metropolitanæ, ſeu potius ad capitulum S. Agricolæ in caſu &c.*

Ad I. Affirmative, & amplius. Ad II. Affirmative, & amplius. Ad III. Negative, & amplius. Ad IV. Negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam, & amplius.

NULLIUS TERRÆ PONTIANI.

An ſit locus ſubminiſtrationi dotis Suſannæ Monetti in ſumma ſcut. 200. ex depoſito ſcut. 600. erogan. in ſubſidiis dotalibus pro puellis conſanguineis canonici Martini de Dominis in caſu &c. *Seſs. 24. cap. 1. de Reform.*

Affirmative.

Sess. 21. cap. 4. de Reform.

NOVARIEN. DISMEMBRATIONIS.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Ad I. Prævio recessu a decisis, negative. Ad II. In decisis juxta modum, nempe esse locum separationi, facta obligatione in forma juris valida præstandi congruam novo parocho, firma remanente annua præstatione Ecclesiæ S. Ambrosii Eumeniæ, nec non cum solo onere solvendi parochiæ Nunii loco antiquæ præstationis, pro una vice lib. imperiales 1300., scilicet 200. pro ecclesia, & reliquas pro fundo ejusdem parochiæ.

Sess. 23. cap. 18. de Reform.

VICEN. TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM.

An sit locus translationi oneris missarum celebrandarum in ecclesiis foraneis ad ecclesiam parochialem Beatæ Mariæ de Moya in casu &c.

Non proposita, cum reliquis.

Sess. 25. cap. 2. de Reform.

FOSSANEN. Anno 1633. *Melchior Costaforte* e civitate *Fossani* donavit sodalitio *Sanctissimi Rosarii* erecto in ecclesia *B. Mariæ Virginis fratrum minorum de observantia* censum sortis floren. 3300., quæ *scut. 60. mon. rom.* sunt, cum onere, ut rectores sodalitii *debbano, e siano tenuti cadauna settimana far celebrare all'altare della detta Ven. Compagnia del Rosario in detta chiesa dell'Annunziata perpetuamente una messa, ed altre sette messe in onore, e lande, e sempre che occorrerà la festa della Santissima Vergine, cioè detto giorno una messa, e similmente altra messa il giorno, e festa di S. Giuseppe di cadaun anno.*

Addidit, *che occorrendo all'avvenire, che del redito di detti denari donati non si potesse effettuare la manutenzione dell'elemosina competente per detta celebrazione di una messa cadauna settimana, altra messa cadauna festa della Santissima Vergine, ed altra la festa di S. Giuseppe, e che conveniesse aggiunger maggior prezzo di quanto rende la sudetta donazione, che essi Signori agenti di detta Ven. Compagnia non siano tenuti per tal celebrazione al pagamento di quello per più che non renderà detta somma donata, o sia donazione delle lire 300., ma faranno celebrare per quello che si potrà supplire col redito di quello, che se ne caverà, ed a rata di quanto si potrà fare, e non altrimenti &c.*

Anno autem 1545. *Maria Solco* vidua *Joannis Antonii Borelli* legavit sodalitio eidem *libr. 1700.*, quæ sunt *scut. 340.*, *con obbligo alla compagnia del Santissimo Rosario di far celebrare per-*

perpetuamente all'avvenire alla cappella di essa compagnia tutti i giorni feriati, o sia di lavoro, e nell'alba del giorno nell'istesso tempo, ed ora, che si celebrarà la messa dell'alba nella catedrale di questa città, una messa da requie in suffragio dell'anima di essa testatrice, e di quella del fu Gio:Antonio Borello suo marito, ed anco di quelle de'loro antenati, facendosi far la celebrazione da' PP. dell'Annunziata, e caso essi PP. non potessero, o non volessero accettare il carico di celebrare la sudetta messa, in tal caso li sudetti rettori, ed agenti di detta compagnia del Santissimo Rosario, quella faranno celebrare all'altare maggiore della chiesa parochiale della Santissima Vergine del Salice di questa città dai RR. Curati.

Usque ad annum 1755. pro utroque legato *fratres conventus B. Mariæ Virginis Annuntiatæ* cum sola manuali eleemosyna, quam *sodales* dabant, sacra celebrarunt. Deinde uti posse existimarunt quadam facultate a s.m.Benedicto XIII. *anno* 1724. ad tempus concessa, & a san.me. Benedicto XIV. *anno* 1754. prorogata de reductione pro legatis facienda. Propterea de primo legato reductionem fecerunt ad sacra 30., de secundo ad 97. quotannis celebranda.

Res cum silentio transiit, ac *fratres* ad modum factæ reductionis, minorem sacrorum numerum cum pristina eleemosyna agebant. Id postquam resciverunt *sodales* recusarunt eam *fratribus* suetam pecuniam dare.Hinc cum de ea re contentio orta esset, *fratres* iidem celebrationi sacrorum in posterum faciendæ renunciarunt ex auctoritate superiorum *die* 4. *Maji* 1764. cum decreto ministri provincialis: *cum ordo noster, cujus singulare patrimonium est altissima evangelica paupertas, & singularis fidentia in Deum providorem maximum, non soleat, nec debeat hisce in casibus juridice agere, juridice velle, quod titulo parcæ eleemosynæ acceptarunt majores nostri; ad tollendum quodcumque jurgii genus, atque ut rem gratam faciamus iis ipsis, quos hac in re habemus contra sentientes, in perspicuum nostræ paupertatis argumentum, nostro hoc decreto injungimus eidem R. Patri Guardiano, ut illico significet illis, ad quos spectat, conventum nostrum Fossanensem non posse, nec debere amplius prædictis duobus oneribus missarum perpetuarum satisfacere.*

Recusavit tamen parochus *Salicis* secundi legati onus, ad quod substitutus fuerat. Hinc supplicarunt *sodales* SANCTISSIMO, ut sacra peragenda ad altare *Rosarii* ecclesiæ cathedralis transferrentur, ac eleemosyna augeretur tantum pro *missa auroræ*. Hæc *sodalium* petitio excitavit *syndicum* apostolicum, ut contradiceret. Hic modo de duobus disputat I. de firmitate *reductionis* jam factæ a *fratribus*; II. ut quolibet casu, quo alia *reductio* fieri debeat, *fratres* ad celebranda sacra duorum legatorum in sua ecclesia cum ea *reductione* sint præferendi.

Ad I. *reductionem* ait legitime factam ex privilegio duorum

Pontificum Benedicti XIII, & XIV., de quorum potestate in concedendo dubitatio absurda, & temeritatis plenissima esset. Non autem irritam dici posse, vel ex quò *sodalium* consensus non accesserit, vel ex quo facta fuerit super fructibus legatorum sodalitio relictorum. Respondet etenim in facultate Pontificia nullum de requirendo consensu verbum esse; ideo nec de eo petendo necessitatem fuisse. Præterea *fratres minores* dominii incapaces certe esse, fructus vero loco eleemosynæ pro implendis oneribus nunc accipere posse. Multa cumulat de ea re, quæ in scriptis habentur.

Itidem jus certum illius ecclesiæ esse. In ea celebrari debebant sacra nominato altari designata. In uno autem ex legatis clarissime præscriptam esse celebrationem a *fratribus* faciendam. Cæteroquin si sacra ex *fundatione* in ea ecclesia peragenda sunt, illos non posse cogi, ut alienum sacerdotem admittant, Justitiam autem factæ *reductionis* apparere ex eo ipso, quod *sodales* de *reductione* saltem pro *missa auroræ* nunc supplicant.

Ad II. æquissimam esse petitionem quam facit, ut saltem si nova *reductio* fiat, *fratres* ad celebrationem præferantur. Legata pro illorum ecclesia fuisse. *Mariam Borellam* de celebratione a *fratribus* facienda statuisse apertissime.

Neque obesse renunciationem. Hanc potuisse unice prodesse parocho *S. Mariæ del Salice*, qui onera jam repudiavit. Insuper renunciationem respexisse manualem eleemosynam, ideoque extendi non posse ad casum faciendæ cum congrua eleemosyna *reductionis*. Exemplum ipsissimum haberi, in quo Sacra Congregatio *die* 19. *Novembris* 1693. prælationem in simili legato concessit Taurini *fratribus* ipsis *de observantia conventus S. Thomæ*, qui antea ob solam manualem eleemosynam renunciaverant.

Videnda est *relatio* Episcopi, qui de præsenti statu horum legatorum refert. Eorum legatorum *primum* reditus *scut.* 4. 20. *Secundum scut.* 16. habet.

Sodales adhuc ad contradicendum non comparuerunt, nec de *reductione*, quam petebant, verba fecerunt amplius. Notandum, quod de primo legato conditio ab ipso donante adjecta est de minuendis sacris, si reditus decresceret.

Fratres minores de observantia, qui patrimonio altissimæ evangelicæ paupertatis a Divo Francisco, admirando supra omnem antiquitatem exemplo, suis relicto, merito gloriantur, etiam legata perpetua pro sacris agendis, ac ipsas perpetuas eleemosynas constanti animo, ne suæ regulæ maculam ullam admitterent, continuo repudiarunt.

Quamobrem Summi Pontifices, ne legata perirent, ac ne expiatio piorum defunctorum deficeret, de iis providerunt semper; atque aliquando beneficia ecclesiastica erexerunt, injuncto certo numero sacrorum pro omnibus; ut præsertim

tim accidit in Regno Neapolitano, in quo cum *fratres* omnia legata, & eleemosynas perpetuas plurium *conventuum*, ne a suo pauperrimo instituto deficerent, *Sedi Apostolicæ* repudiarent, Urbanus VIII. ex iis reditibus duo beneficia ecclesiastica erexit, unum in civitate Neapolitana, quod *Egidio Ursino* dedit; alterum sub titulo *S. Caroli* in civitate *Aletii*, quod contulit *Adriano Cevæ* postmodum Cardinali; non modico injuncto pro omnibus missarum numero, ut ex *liter. Apost. diei* 31. *Augusti* 1626. regist. *in lib. V. decret. Urbani VIII fol.* 268. cui anno 1631. *die* 23. *Martii* alios aliorum *conventuum* repudiatos reditus adjecit, ut in *lib.* 13. *decret. ejusdem fol.* 29.

Extat decretum Sacræ Congregationis *Fabricæ die* 14. *Februarii* 1633. ab eodem Pontifice approbatum de legatis iisdem *fratribus* factis, quod *non extinguantur, vel reducantur per compositionem, sed illorum capitalis, sive sors principalis, vel proprietas, absque alia diminutione conservetur semper, & perpetuo, ad effectum, ut in usus Romano Pontifici pro tempore existenti benevisos possint applicari. Ita tamen ut quandiu applicationem specialem auctoritate Apostolica fieri non contingerit, hæredes, vel debitores possint libere, si velint, dictis fratribus dare dicta annua legata per eosdem fratres recipienda in eleemosynam, non autem per eos exigenda. Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio fratribus supradictis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ne audeant, seu præsumant, nec quilibet eorum audeat, seu præsumat per se, nec per alios syndicos, ministros, seu procuratores tam sæculares, quam regulares dictas annuas præstationes, seu legata nec judicialiter tam coram quocunque judice ecclesiastico, quam seculari ordinario, vel delegato, nec alias nisi juxta formam dicti decreti Congregationis fratrum minorum de observantia S. Francisci cismontanæ familiæ a S.S.mo D. N. deputatæ ab hæredibus, seu quibuscumque aliis eorum debitoribus petere.*

Veruntamen idem ipse Urbanus *anno* 1637. *die* 27. *Julii* de legatis, de quibus *per Romanum Pontificem aliter non esset dispositum, nec ejus auctoritate in alios usus jam applicatis*, & in posterum faciendis, ad sedandas animorum perturbationes in *fratribus*, temperandum rigorem duxit, eosque ad reditus legatorum per modum eleemosynæ recipiendos admisit: *tenere posse annua, & perpetua legata, vel certos aliquos reditus, aut proventus annuos, & perpetuos præfatæ puritati regulæ consentaneos per modum eleemosynæ, aut pretii, seu mercedis vice pro spirituali dictorum fratrum labore recipiendos, nempe pro missarum solemnium, privatarumque sacrificiis, aliisque divinorum officiorum oneribus secundum pias benefactorum, seu vivorum, aut defunctorum intentiones institutis; sive pro fabricis, & reparationibus ecclesiarum, sive pro studiis sacræ Theologiæ, & bonarum disciplinarum, nec non aliis conventuum utilitatibus, sive pro prædictis omnibus causis, aut aliqua illarum divisim;*

ſim , vel conjunctim jam diu prædictos reditus , aut proventus fundatos, & conſtitutos , vel fundandos, & conſtituendos ſuper hujuſmodi bonis cujuſque naturæ ſint .

Hinc factum , ut judicis officio nunc hæredes , qui onus legatorum habent , ea , per modum eleemoſynæ a *fratribus* accipienda , præſtare cogendi ſint . Ita de legato pro *victu, & veſtitu* reſcripſit S.Congregat. B.R. *die 12. Auguſti* 1651., *26. Aprilis* 1678. , 10. *Maii* 1692. Et Sac.Congreg.de legato *ferculi* in *Æſina legati* 4.*Maii* 1697. . De *oleo , & cera* pro uſu ſacrarii in *Faventina legatorum* 2.*Martii* ejuſdem *anni* 1697., & generaliter in *Salernitana legati* 12. *Junii* 1704.

Verum enim vero ad reductionem factam , quod pertinet , advertendum , an facultas conceſſa fuerit pro *monialibus , & fratribus tertii ordinis, poſſidentibus tantum* . Præſtat habere ante oculos oblatas preces Benedicto XIII. *Miniſter generalis totius ordinis Sancti Patris Franciſci provolutus ad pedes S. V. exponit humiliter ultra fratres , & moniales nihil effective poſſidentes , alias autem moniales , alioſque fratres , qui poſſident ſub ſuo regimine inveniri , & moniales quidem , nec uno inſtituto ſunt , nec uno nomine appellantur , fratres vero ſunt omnes tertii ordinis de pœnitentia a Patriarcha Seraphico inſtituti , quorum alii regulares ſunt , & in provinciis , ut cæteri ordines diſtributi , alii autem ſunt ſæculares , atque hi ſodalitiis duntaxat conſtant , quæ ſunt invicem inconnexa , nec unum ab alio dependens eſt . Hæc igitur omnia , ſive ſodalitia , ſive conventus , ſive monaſteria ad prædictos moniales , & fratres , qui poſſident pertinentia , ob peſtilentias , bella , contributiones , aliaſque iimis notas , & magnas noſtrorum temporum calamitates , afflicta ubique gemunt dura paupertate , præſertim ob largitiones fidelium quammaxime imminutas , & ob fundos , ac capitalia miſſarum perpetuarum præmiſſis , aliiſque cauſis , aut in totum deperdita , vel magna ex parte , aut conſumpta , aut labefactata . Propterea idem Miniſter generalis eadem humilitate ſupplicat pro dictarum miſſarum perpetuarum , quas uſque ad præſencem diem celebrari debuiſſent , & non fuerunt celebratæ , benigna condonatione quoad præteritum , & pro earumdem miſſarum quoad futurum , reductione , atque moderatione .*

De iis ſan.mem. Benedictus XIII. , conſulta Sacra Congregatione , ad præfinitum tempus , annuit . Benedictus vero XIV. nonniſi tempus *reductionis* faciendæ prorogavit : *attentis expoſitis benigne annuit pro gratia , ut petitur , ſervatis ſervandis juxta leges decretorum, atque indulta a s.m. Benedicto XIII. ad hunc effectum alias elargita .*

Quod ſpectat ad reductionem faciendam , de ea nunc tacent *ſodales*.Cæteroquin de primo legato conditio ab ipſo teſtatore adjecta eſt de minuendis ſacris , ſi reditus decreſcerent . Proponitur

I. *An conſtet de validitate reductionis miſſarum relictarum a Melchior-*

ebiorre Coſtaforte, & Maria Borella factæanno 1755. *in caſu &c.*

II. *An in qualibet caſu reductionis PP. minores obſervantes Foſſani præferendi ſint in celebratione miſſarum in caſu &c.*

Seſs. 22. cap. de iret. de obſerv. & evit. in celebr. miſs.

REATINA. Adminiſtrator eccleſiæ Reatinæ *Pompejus Cardinalis Columna* anno 1520., auctoritate ſibi perSedem Apoſtolicam conceſſa, *ſexdecim*, qui aderant *canonicis* cum ſuo *archidiacono*, *& duodecim beneficiatis*, alios *duodecim clericatus* adjunxit ex reditibus quarumdam *capellaniarum* ejuſdem eccleſiæ, quos *maſſæ* capituli uniit, data lege, *quod capellaniæ hujuſmodi debitis propterea non fraudentur obſequiis, ſed congrue ſupportentur onera illis incumbentia, & clerici, qui pro tempore erunt, eidem eccleſiæ in divinis diu noctuque inſervire teneantur. Item teneantur ferre luminaria diebus feſtis. Item comitari incenſantem. Item teneantur celebrare, & celebrare facere bis in qualibet hebdomada. Item teneantur cantare epiſtolam, item teneantur comitari ferentem pacem &c.*

De ſimili celebratione onus habebant ex veteri uſu *duodecim beneficiati*. Orta eſt dubitatio, an utrique ad ſacrificii *applicationem* tenerentur. Anno 1715. de ea re actum eſt in S. Congregatione, quæ die 12. *Januarii* de *beneficiatis* judicium diſtulit, ut novis probationibus afferendis melius quæſtio enodaretur; *clericos* autem teneri dixit. Inter cauſæ monumenta habetur *ejus diei folium*, quod in *theſauro* non eſt.

Conquieverunt *beneficiati* ad annum 1753., quo ſuam ſortem denuo experiendam exiſtimarunt. Quamobrem propoſito die 3. *Februarii* an *beneficiati teneantur applicare binas miſſas hebdomadales*, meliorem illam, quam auſpicabantur ſuis rebus fortunam ſunt conſecuti. Reſponſum etenim eſt *negative*. Videndum eſt *folium ejus dici*.

Sors, quæ *beneficiatis* arriſit, animum *clericis* addidit iterum ſua jura proponendi, ut recedatur a priori ſententia, ac re intrinſecus perſpecta de ſe quoque ſupplicant, ut declaretur ad ſacrificii *applicationem* ſimiliter non teneri.

Inquiunt non agi hic de *capellaniis*, vel beneficiis erectis præcipue ad finem celebrandi ſacra, in quibus præſumptio eſſet demandatæ *applicationis*, ſed de *clericatibus* inſtitutis ad eccleſiæ, & chori ſervitium, in quibus ea præſumptio non intrat *Quart. de ſacrific. miſs. queſt.* 4. *punct.* 3. *§.* 3. Deberi evidenter probari juſſam *applicationem Ludovic. a cruc. in explicat. Bullæ ſi cruciat. diſc.* 3. *dub.* 19.. Aliter, ſi expreſſe injuncta non ſit, non faciendam *Rot. in Hiſpalen. applicationis miſſæ pro populo* 17. *Junii* 1765. *cor. Rmo Olivatio*.

Nec aliquid facere, quod *clericatus* ipſi erecti ſint ex *capellaniis* jam exiſtentibus, Neſciri onera *capellaniarum*. Potuiſſe non habere onus ejuſmodi celebrationis, non habere ſaltem *applicationis*. Veriſimile non eſſe, quod *Cardinalis*

Co-

Columna, ſi hoc onus *applicandi* ſacrificia aderat, declarare illud prætermiſiſſet.

Itidem *capellanias*, earumque reditus non *clericis*, ſed capitulo datos cum facultate in *ſuos*, ac *capellaniarum*, & *menſæ* uſus, ac utilitatem convertendi, partemque deſignatam redituum dandi *clericis*. Capitulum plura onera ferre, & ſacra agere, quæ ad *capellanias* referri poſſunt. Neceſſarium non eſſe, ut hæc ſacra *clericis* injuncta, ſubrogata dicantur aliis ſacris veterum *capellaniarum*, quæ in obſcuro eſt an agerentur, neſcitur cujus generis eſſent, neſcitur an ea ſint, quæ adhuc præſenti tempore a capitulo peraguntur.

Clericos præcipue fuiſſe inſtitutos ad eccleſiæ augendum ſervitium. Bina ſacra demandata ut eccleſia majori frequentia populi, & majori cultu celebraretur. Extare ipſiſſimum exemplum in *beneficiatis*, quos Sacra Congregatio ab hoc onere exemit. Communem eſſe conditionem omnium: non deberi de iiſdem diſſimiliter judicari.

Accedere quod uſque ab initio vel *applicatio* facta non eſt, vel ſaltem a nonnullis ad liberandum a religione ſuos animos tantummodo facta eſt ſub *conditione*. Ex hoc optime interpretari, de hac *applicatione* facienda neque præceptum aliquod, neque præcepti traditionem aliquam extitiſſe, *Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 3. cap. 1. num. 51.*

Denique rem conficere non ſolum exemplum de *beneficiatis*, ſed ipſius S. Congregationis declarationem, quod hoc onus celebrandi non ad *clericorum* perſonas, ſed ad collegium pertineat, dum anno 1630. die 23. *Novembris* unum ex *clericis* ſtudiorum cauſa in urbe commorantem ab onere celebrandi per ſubſtitutum abſolvit *lib. decret.* 102. *pag.* 127.

Epiſcopus in utramque partem differit. De ſuo judicio nihil aperte profert. Videnda ejus *relatio eſt*.

Videnda etiam *relatio* altera 18. *Julii* 1713. tunc temporis Epiſcopi de priori cauſa, in qua habetur: *cum etenim pro clericatuum erectione ſexdecim capellaniæ maſſæ communi fuerint unitæ, hæ de quarum prima fundatione licet hodie non conſtet, tamen poſſibile eſt, quod aliquod onus miſſarum cum obligatione applicationis annexum habuerint: unde inferri poſſe videbatur, quod onus celebrandi bis in hebdomada fuerit ſubrogatum in locum onerum, quæ prius dd. ſexdecim capellaniis erant injuncta.*

Certe onus bina ſacra agendi in *clericis* ex aperta *fundationis* lege deſcendit. Certum eſt reditus veterum *capellaniarum* directe datos *menſæ* capituli, nonniſi eorum partem habere *clericos*. Certum eſt capitulum implere aliqua *capellaniarum* onera, ac capitulo dictum, quod *capellaniæ debitis non fraudarentur obſequiis, ſed congrue ſupportentur onera illis incumbentia*. Inde, licet per continuatam orationem, additum, *& clerici, qui pro tempore erunt eidem in divinis deſervire, & alia facere, & obſervare, quæ in conſtitutionibus, & capitulis in-*

infrascriptis continentur. Deinde tenor constitutionum, & capitulorum adiicitur. Multa in iis plane sunt de solo servitio ecclesiæ, & chori. Inter hæc de celebratione sacrorum verba habentur.

In beneficiis, & capellaniis perpetuis regula est, *applicationem* sacrorum in sola demandata celebratione comprehensam, *ut* in *Spoletana applicationis* 11. *Januarii* 1710., in *Romana reductionis, & applicationis missarum* 15. *Decembris* 1712. in *Ferrarien. applicationis* 26. *Martii* 1718., in *Senogallien. missarum* 20. *Decembris* 1731., in *Florentina applicationis missæ quotidianæ* 24. *Julii* 1734., in *S. Miniatis applicationis missæ quotidianæ* 20. *Novembris* 1734., & in *Fulginaten. applicationis missæ* 17. *Augusti* 1737.. Nisi contraria mens testatoris, vel expressis verbis, vel urgentibus conjecturis appareat, *ut* in *Collen. applicationis sacrificii* 17. *Septembris* 1679. *lib.* 40. *decret. pag.* 4., in *Tricastinen. applicationis* 19. *Decembris* 1718. & in *Narnien.* 22. *Novembris* 1727.

Perpendendum an eadem regula sit in beneficiatis, vel capellaniis erectis ob servitium ecclesiæ, & chori: viden. *Zaart. de sacrif. missæ quæst.* 4. *punct.* 3. §. 3., *Thomas Vrtad. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *resol. num.* 156., *Rot. in Hispalen. applicationis missæ pro populo* 17. *Junii* 1765. §. 7., & 8. *cor. Olivatio*.

Ponderandum an veri aliquam similitudinem habeat, quod *Cardinalis Columna* congerere inter alia voluerit, sive in personas, sive in collegium *clericorum*, hoc etiam ingens pro tenui reditu onus *sacrorum* 1152. quolibet anno, si illud a *capellaniis*, quas extinguebat originem non traxisset.

Considerandum, quod, etsi verum esse possit, quod aliqua pars oneris a capitulo impleatur, num pars illa respondeat parti reddituum, quam capitulum habuit, pars vero alia a *clericis*, qui aliam reddituum partem habent, implenda sit.

Advertendum in precibus oblatis anno 1630. a clerico in Urbe commorante expositum fuisse: *jam vero dicti Cathedralis canonici assignatam portionem integram tradere negant, quia opinantur debere dictum clericum per vicarium celebrare duas missas singulis hebdomadibus, ad quas tamen certum est ipsum teneri solum ratione sui collegiati beneficii, non autem ob aliquam capellaniam, aut legatum, vel alia similia, diversitatem a collegio in se continentia. Hujus dubii declaratorias litteras orator humiliter expetit ab Amplitudinibus vestris*, Sacram autem Congregationem respondisse: *secundum ea quæ proponuntur oratorem non teneri missas per substitutum celebrare*. Quæritur

An clerici beneficiati in ecclesia Reatina erecti a Cardinali Pompejo Columna anno 1520. *teneantur singuli applicare missas duas hebdomadales, ita ut sit standum, vel recedendum a decisis anno* 1715. *in casu &c.*

Sess. 22. cap. 4. de Reformat.

FAVENTINA. *Hieronyma Lega Taroni* Faventina suis tabulis anno 1750. hæredem usufructuarium instituit *Savinum Azzurini* virum, proprietariam vero *Camillam Lucretiam Azzurini* filiam nuptam *comiti Dionysio Naldo*. Filiæ substituit monasterium erigendum *Faventiæ* in sua domo, pro monialibus discalceatis S. Theresiæ. Ut autem voluntas pinguius impleretur, voluit filiam, post mortem viri usufructuarii, deponere in eam causam quolibet anno *scut.* 50. quoad viveret, addiditque, *che tutti i proventi, che si ricaveranno dalla detta casa, e podere, dopo la morte della prefata mia erede, tutti si mettano a cumulo, come sopra, a comodo del Monastero fino all'attuale di lui fondazione, ed erezione*, quod tamen tempus usque ad decennium post filiæ mortem prorogandum dixit. Sua bona descripsit, ac nonnulla credita ad summ. *scut.* 1800. *circiter*. Erecto monasterio sacrum quotidianum celebrandum, aliaque jussit, quæ in tabulis videnda sunt.

Expressam itidem conditionem adjecit, *caso mai, che per non preveduti accidenti, e circostanze, si rendesse impossibile la fondazione del monastero sopradetto con perfetta clausura, voglio, che nella mia casa s' introducano le Carmelitane tertiarie di S. Teresa perfette, tali quali sono in Bologna, e a queste, in difetto delle prime, lascio tutto ciò, che avevo disposto per quelle, cioè casa, orto, casetta, podere, mobilia, e cumulo, e ogni altra cosa sopra disposta, e nominata. Queste dovranno essere zitelle civili, e la loro dote sarà di scudi 500., e quella delle converse di scudi 150., salvo sempre l'arbitrio, e disposizione del P. Provinciale &c. il loro numero sarà di quattordici comprese due converse, e quando mai col tempo si aprisse qualche strada di metterle in clausura, voglio, che così si effettui a maggior gloria di Dio.*

Anno vero 1757., quo obiit, codicillos fecit: *non solo conferma a favore del signor Savino l'usofrutto di tutta l' intiera di lei eredità, vita sua durante, ma di più per titolo di prelegato, ed in ogni miglior modo lascia liberamente al medesimo signor Savino tutti li di lei crediti, che disse avere in somma di scudi 600., o 700., e tanti quanti erano, ricordando specialmente il credito della libraria venduta in Roma, e l'altro contro il signor Paolo Conti, di tutti li quali crediti di lei ereditarj tanti quanti erano, la detta signora Girolama asserì lasciarli liberamente al detto signor Savino, di modo che il medesimo ne fosse assoluto padrone, e nel rimanente della sua eredità, conferma il suo testamento &c. Aggiunse di piu, che dava facoltà a detto signor Savino di potere alienare de beni della di lei eredità, senza che potesse detto signor Savino essere astretto da veruna persona a dover render conto, assolvendolo in tutto, e per tutto &c.*

Hæreditas omnis, mortuo *Savino* patre anno 1760., ad *Camillam Lucretiam venit*, quam tamen non sufficientem exi-

sti-

ſtimat ad implendum quocunque tempore mandatum opus. Hinc de commutatione ſupplicat vel ad *ſcut.* 600. pro una vice danda Xenodochio Faventino pauperum ægrotantium nuper ſumma munificentia ex providentia Epiſcopi erecto, vel ad perpetua *ann. ſcut.* 12. . De his precibus agitur.

Ante omnia affirmat teſtatricem ipſam in ſua priori voluntate non perſeveraſſe. Patere id, quod nunquam vivens paravit, quæ potuit, pro monaſterio. Bona non auxit. In codicillis nova legata viro fecit, ac facultatem alienandi dedit. Hæc monſtrare apertiſſime omnem de monaſterio abieciſſe cogitationem, neque de eo curaviſſe amplius *Rot. deciſ.* 547. *num.* 3. *part.* 4. *diverſ.*, *& cor. Falconer. deciſ.* 14. *n.* 10. *de fideicomiſ.*. Propterea facilius concedendam commutationem, quam ſane a voluntate ipſius teſtatricis non omnino abhorrere dicendum eſt.

Sed non ſolum facile commutationem dandam, ſed neceſſitatem illius concedendæ eſſe. Patrimonium vix ad 9808. tempore teſtamenti fuiſſe. Deductis *legatis*, *debitis*, credito *lucri dotalis*, quod maritus acquiſivit, *legitima*, *& trebellianica* filiæ, vix reliquum eſſe in *ſcut.* 1626.. Depoſitum fieri non poſſe ob annuum legatum relictum etiam ancillæ. Ad conſtructionem ſolam monaſterii requiri *ſcut.* 12000.

Quamobrem ſi juſta cauſa commutationis propoſita uſquam fuerit, hanc, quæ modo proponitur, eſſe fortaſſe unicam, & convenientem *Barboſ. de offic.*, *& poteſt. Epiſc. alleg.* 83. *num.* 7. , & neceſſariam *Rot. deciſ.* 267. *num.* 2. *part.* 19. *tom. primo*. Agi de novo monaſterio in civitate horum abundanti. Epiſcopum diſſentire. Credibile eſſe, quod facultas a ſede Apoſtolica non detur. Hinc concurrere omnia ad commutationem propoſitam, cui Epiſcopus favet, cujuſque judicium maximopere æſtimandum *Vgolin. de offic.*, *& poteſt. Epiſc. §. quære num.* 2., *Rot. deciſ.* 747. *num.* 3. *part.* 18. *recent.*

Perperam vero executorem teſtamentarium, nempe *conſervatorem carmelitarum* excipere de inventarii defectu. Ipſam teſtatricem in ſuo teſtamento ſua bona omnia deſcripſiſſe. *Savinum* virum de iiſdem inventarium confeciſſe. Recentia eſſe omnia. Conſtare de quantitate, & qualitate bonorum. Exulare fraudem, ac doli quancumque ſuſpicionem. Se neque uti ſimplicem hæredem habendam, neque privandam ſua *legitima*, & *trebellianica*. *Rot. in Tyburtina immiſſionis* 23. *Junii* 1731. *§. Placuit coram Nunez*, quamvis agatur de cauſa pia ſubſtituta *Rot. cor. Molines deciſ.* 1038. *num.* 50., *& ſeq.*

Epiſcopus de aſſe per peritum purgato ad *ſcut.* 1606., ac de impenſa pro monaſterio exſtruendo neceſſaria ad *ſcut.* 12000. refert: *ut autem innoteſceret, quanti tota hæreditas habenda eſſet,*

esset, peritorum operam, judiciumque scisitatus, non amplius esse comperii, quam scutorum novem millium supra octuaginta circiter novem, totamque ex una domo, uno prædio, duobus vineis, varii generis mobilibus, nonnullisque debitorum nominibus constare hæreditatem.

Cum autem debitis partim sponte volitis, nec non detractionibus legitimæ, & trebellianicæ Camillæ filiæ hæredi gravatæ spectantibus, legatisque obnoxia sit hæreditas, periti etiam Curialis usus ministerio, qui deductis ab hæreditate iis omnibus, quæ jure deducenda essent, vi etiam testamenti, atque codicillorum, reliquum puræ hæreditatis valorem exhiberet, involutum as omnino dissolvendum, atque explanandum curavi. Hoc itaque ex relata ejus relatione ad sola demum scut. 1626. circiter pertingere potest.

Ut vero quid in extruendo Monasterio a testatrice indicto, eoque a vicinorum, confiniumque ædificiorum prospectibus eximendo, ac tuendo opus esset expensarum, mihi etiam constare posset, quid in ea arte periti sentirent, audire volui: iique duodecim saltem milla scuta in eam causam eroganda esse putarunt quanti ne quidem totum as nullis factis deductionibus æstimatur, neque indictus cumulus ad hæredis vitam ipsi assi superadditus conficere unquam posset.

Quæ cum ita sint, minimeque propterea testatricis voluntas, hæreditariis viribus ab imposito onere nimium superatis, exequi possit, commutanda necessario videtur in aliud pium opus testatricis voluntati magis consentaneum ejus hæreditatis erogatio. Nullum vero respondere magis ejus pietati, & in pauperes, dum viveret exercitæ commiserationi potest opus, quam ægrotorum in hujus Civitatis Xenodochio laborantium fieri sul sidium Qua tamen id effici proportione possit in Comitissa Camilla hærede gravata, non incongrua videri possint, quæ sese propterea gessuram in adnexis suis precibus spondet, id prorsus ab EE. VV. dignoscendumque relinquo.

Videnda sunt quæ *conservator carmelitarum* in suo libello dixit contra. Inter monumenta causæ habetur.

Quæ in testatrice de variatione voluntatis dicuntur, parum fortasse opportune dicuntur. Scitum est ex lege *Justiniani* Imperatoris *sancimus* 27. *cod. de testam.*, præter lapsum decennii, ad testamenti abrogationem requiri apertam professionem contrariæ voluntatis apud *acta*, ut dixerunt ad prædictam legem *interpretes*, vel saltem certam, & indubitatam variationis probationem. Videnda *Alex. & Castr.* vid. *Connan. in comment. jur. civil. lib. 9. litt. T. de injust. rupt. & irr. testam.*, *Mantica de conject. lib. 12. num. 1.*, aliique, & *Rot. in Romana testamenti* 16. *Januarii* 1728. §. *indeq. cor. Corio*. In casu lapsum decennium non erat, testatrix autem in codicillis dixerat: *e nel rimanente della di lei eredità conferma il suo testamento, nelle parti però non contrarie alla presente sua codicillare disposizione.*

Pri-

Prima inſpectio itaque eſt de ſtatu hæreditatis in *facto*, quæ permultas controverſias de *jure* involuit. Ad hanc pertinent debita ab hæreditate detrahenda.

De primo lucri dotalis pro viro ad medietatem dotis *Hieronymæ*, quæ fuerat in *ſcut.* 1600., videndum, an compenſatum dici debeat cum creditis legatis in *ſcut.* 1060., & cum ipſo uſufructu. Diſceptatio hæc pendet a cognoſcendo, an debitum hoc lucri fuerit neceſſarium, quod compenſatur cum legatis, vel voluntarium, quod compenſationem non admittit. Vid. *Rot. coram Comitolo dec.* 162. *num* 16., *in Romana dotis*, & *lucri* 12. *Decembris* 1718. §. *quamobrem coram Gamaches*, *in Romana*, *ſeu Ferentina dotis*, & *lucri* 4. *Maii* 1733. §. *ultim. coram Millino*, *in Romana pecuniaria* 11. *Januarii* 1734. §. 28., & *ſeq. coram Calcagnino*, & *in Senogallien. legitimæ* 17. *Maii* 1737. §. *ad ſpeciem coram SSmo D. N.*

Variæ de hoc lucro ubique ſunt leges municipales, ac ſecundum eorum variam naturam eſt judicandum. Romæ, ubi *ſtatutum* utriuſque conjugis favorem reſpicit, dicitur voluntarium, *quod de partium contrahentium voluntate poteſt remitti*, *aut aliter conveniri*.

Statutum Faventinum *rub.* 25. reſpicit favorem mariti tantum, cui medietatem dotis abſolute dat: *ſtatuimus*, & *ordinamus*, *quod quicunque de civitate*, *comitatu*, & *diſtrictu Faventi accepit uxorem*, *eamque deſponſaverit*, & *ad domum traduxerit*, *dictaque uxor prædeceſſerit ſive communibus*, *vel cum communibus liberis*, *quod ex dote data*, *ſeu promiſſa a dicta ſua uxore*, *ſeu ab alio pro ea*, *viro ſuo*, *aut alteri pro eo*, *ſed etiam dictæ uxori conſtituta inter vivos*, *aut legata quovis titulo in qualibet ultima voluntate*, *quod medietatem hujuſmodi dotis lucretur*, & *lucrari debet talis maritus*, *quam retinere poſſit*, *quando dotem percipit*. Contraria pacta prohibet ſub certa pœna, atque omnino abrogat; additque: *quæ omnia etiam obſerventur*, *non obſtante*, *quod per inſtrumentum publicum etiam iuramento roboratum*, *vel alio modo*, *appareret ipſum virum ſub quacumque verborum forma in receptione dictæ dotis promiſiſſe dotem integram reſtituere in caſu ejus reſtitutionis*, *niſi in dicto inſtrumento*, & *in tali promiſſione*, *fuerit per ipſum virum huic ſtatuto*, & *ejus beneficio clare*, *expreſſe*, & *ex certa ſcientia renunciatum*.

De *trebellianica* advertendum agi de ſubſtitutione cauſæ piæ. Videndum itaqe an habeat locum regula, quod non detrahatur a fideicomiſſo ad cauſam piam relicto *Bonfin. de fideic. diſput.* 146. *num.* 15., *Rot. deciſ.* 279. *in fin. part.* 14., & *in Piſtorien. beneficii* 17. *Januarii* 1738. §. 15. *coram de Vais*.

De *legitima*, ſane filia hæres non imputat in eam fructus hæreditatis. Sed ponderandum an imputare debeat promiſſam dotem *ſcut.* 1000. Vid. *Rot. coram Cavaler. dec.* 318. *num.* 1.,

num. 1., *in Nullius, ſeu Senogallien. dotis, & pecuniaria* 11. *Maii* 1731 §. *at vero, &* 14 *Januarii* 1732. §. *tum cor. Calcagnino, in Romana tranſactionis ſuper hæreditate paterna* 8. *Junii* 1733. §. 13. *cor. eod., & in Camerinen. dotis & fructuum* 15. *Februarii* 1734. §. *utrum cor. eod.*. Maxime quia teſtatrix in teſtamento de hac promiſſione mentionem fecit, ubi inter *ſua bona*, de ſua dote loquitur, cujus *partem* filiæ promiſſam enunciat.

Denique ponderandum eſſet an mulier inter credita, quæ legavit viro, legaverit quoque, quod hæreditatem non modice minuebat, creditum ſuæ medietatis dotis. Verba legati ſunt: *laſcia al medeſimo Signor Savino tutti gli di lei crediti, che diſſe aver in ſomma di ſcudi* 600. *o* 700., *e tanti quanti erano, ricordando ſpecialmente il credito della libraria &c. e l'altro col ſignor Paolo Conti*. Credita legata erant 1060. Conſiderandum an veriſimiliter legaverit illud creditum dotis mulier, quæ monaſterium erigendum tantopere exoptabat, & quæ virum ipſum in teſtamento monuerat, ut in illud opus quandoque complendum, vel de ſuo conferret aliquid.

Ponderandum ulterius quid adverſus credita, quæ proponuntur, faciat exceptio non legitimi, & non ſolemnis confecti inventarii. His perpenſis reſtat conſiderandum de cumulo, qui hæreditati accedere poteſt ex depoſito *ann. ſcut.* 50. faciendo quoad vivat hæres filia.

Altera demum eſt inſpectio cauſæ an inopportuna hæc ſint, atque intempeſtiva. An, ſi non poſſit *monialium* ſuo tempore extrui monaſterium, vocandæ ſint *tertiariæ* expreſſe ſubſtitutæ. Poſtremo loco, an hæreditatis ſubſtantia omnis quantulacunque ea ſit, tota in aliud opus pium magis proximum voluntati teſtatricis ſuo tempore convertenda ſit, vel potius ea commutatio nunc ſit admittenda, quæ proponitur, & quæ etiam ſecundum ea, quæ proponuntur vel condonationem, vel tranſactionem, pro quantitate, quæ ante mortem nunc filia hæres daret, utique non neceſſariam, importat.

De commutationibus voluntatum ſatis abunde habetur in aliis *foliis*. EE. Patrum ſapientiſſimo judicio relinquenda ſunt omnia. Petitur

An & quomodo ſit conſulendum SSmo pro commutatione voluntatis Hieronymæ Lega Taroni in caſu &c.

Seſſ. 25. cap. 5. de Reformat.

CÆSENAT. LEGATI. *Joannam Floravantem* uxorem hæredem nuncupaverat anno 1670. *Hypolitus Manninus* Cæſenas, dixeratque onus *di far celebrare meſſe cinquanta ogni anno nella chieſa de RR. PP. di S. Agoſtino per ſalute, e refrigerio dell'anima di detto ſignor Teſtatore, ed anco dì dare ogni anno alla compagnia di S. Giuſeppe di Ceſena dodici can-*

de-

delotti di cera bianca d'una libra l'uno fino tanto, che camperà, e viverà detta ſignora Giovanna ſua erede, gravandola adeſſo per allora a confermare nella ſua ultima voluntà il ſudetto legato, e laſciare, che gli eredi di detta ſignora Giovanna ſiano obbligati a far celebrare le dette meſſe cinquanta ogni anno nella chieſa di S. Agoſtino, e di dare ogni anno alla detta compagnia di S. Giuſeppe gli dodici candelotti di cera nel modo detto di ſopra, fin a tanto che gli eredi di detta ſignora Giovanna camperanno, e viveranno: e ſe detta ſignora Giovanna in ſua vita mancaſſe di far celebrare dette meſſe cinquanta l'anno nella ſudetta chieſa di S. Agoſtino, e di dare detti dodici candelotti a detta compagnia l'anno come ſopra, ovvero gl'eredi di detta ſignora Giovanna mancaſſero di far celebrare dette meſſe cinquanta in detta chieſa, e di dare detti dodici candelotti di cera a detta compagnia di S. Giuſeppe ogni anno come ſopra, ha ordinato, vuole, ordina, e comanda detto ſignor teſtatore, che gli RR. PP. di S. Agoſtino, e detta compagnia, e ſuoi confratelli poſſino voltarſi ſopra li beni, ed eredità di detto ſignor teſtatore in caſo di mancanza, e ciò tante volte, quante occorrerà.

Anno 1681. *Joanna* obiit, hærede inſtituto fratris filio *Petro Antonio Floravanti*, nulla legatorum, quæ vero impleverat, mentione facta. Implevit tamen ſumma bona fide ad annum 1710., quo vixit, hæres *Petrus Antonius*. Contenderunt poſtea *Marcus Joſeph*, & *Stephanus* filii finiiſſe legata, quæ nonniſi primos *Joannæ* hæredes ex teſtamento ſequebantur. Hinc cum *legatorum piorum curatore*, *ac fratribus Auguſtinianis*, unanimes Sac. Congregationis judicium exquiſiverunt. Propoſito itaque *an legatum*, *de quo agitur*, *ſit perpetuum*, *adeo ut ſit continuanda præſtatio in caſu &c.* de perpetuo creditum eſt, exiitque *die* 16. *Martii* 1715. reſponſum *affirmative*.

Anno 1758. novi hæredes iterum veterem quæſtionem jam tot ante annis intermortuam excitarunt cum *ſodalitio Sancti Joſephi* de cereis non dandis. Facilem invenerunt tranſigendi viam, quia non rectam, ſed tranſverſam ſemitam tenuerunt. Adiverunt etenim Sac. Congregationem negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam, cujus auctoritate concordia inita eſt de unica ſolutione *ſcut.* 60. *ſodalitio* danda, nullaque in conventione facta mentione antiquæ controverſiæ, fortaſſe ob facti ignorantiam, concordiæ approbationem obtinuerunt.

In novam iccirco ſpem erecta *Lucretia Floravantes* nunc ipſa cum aliis petit, ut recedatur a priori ſententia *diei* 16. *Martii* 1715. de altero legato ſacrorum quinquaginta quolibet anno eccleſiæ *Auguſtinianorum* relicto; vel ſaltem ex bono, & æquo pro medietate ad ſola 25. annua contrahatur.

Inquit claram eſſe teſtatoris mentem de temporariis legatis: *fin' a tanto, che gli eredi di detta ſignora Giovanna camperanno, e viveranno*. Onus injunctum *Joannæ* tantum *di confermar*

nel

nel ſuo teſtamento il ſudetto legato. Repetitam inde *taxativam* denominationem *degli Eredi di detta Giovanna*.

Certum præterea eſſe verba de *Joanna* prolata, *finchè camperà, o viverà*, non poſſe niſi temporaria intelligi. Nullam proinde cauſam eſſe, cur verba eadem, de *Joannæ* hæredibus *finche camperanno, e viveranno* ad perpetuam durationem pro infinitam poſteritatem accipienda ſint. Favorem ipſum cauſæ piæ nihil tale abſonum, ac tantæ diſcrepantiæ importare poſſe.

Addit, quod ſi dubitatio aliqua, in re tamen clara, haberi poſſit, liberalitet agitur, ſi ad medietatem reducatur onus. Perpetuum hoc modo, ac certum reddi. Liti finem ultimum poni. Exemplum haberi de legatis *cereis* jam tranſactis auctoritate alterius S. Congregationis. Neminem contradicere.

Epiſcopus anno 1762., qui in vivis erat, retulit: *communicato hujuſmodi recurſu* una cum dictis foliis *Patribus S. Auguſtini*, ab eiſdem *poſtea reſponſum habui, numquam velle ullam oppoſitionem facere pro ſubſtinenda continuatione dicti legati, non tantum pro eorum exemptione ab expenſis, verum etiam ſtante periculo amittendi totum legatum, quocirca potius inclinare ad reductionem pro medietate dictarum miſſarum, ad effectum in futurum habendi alteram medietatem: propterea cenſerem EE. VV. indulgere poſſe pro dicta reductione.*

Auguſtiniani, vel expenſas litium fugientes, vel de exitu cauſæ multo fortaſſe magis quam expedit, timidi, ſive alia de cauſa, nihil fecerunt poſtea ad hanc diem.

Notandum, quod *anno* 1715. tunc temporis Epiſcopus in ſua *relatione* de perpetuis legatis exiſtimavit. Habetur ex *ejus diei* folio: *informare itaque juſſus Epiſcopus, redditis literis non dubitat quin perpetuo ſervari debeat teſtatoris voluntas, præſertim quia hæredes Joannæ, ut nunc vivunt, ſemper in perpetuum vivent, ac hæredum ſucceſſores, primi teſtatoris hæredes dici proprie poſſunt.*

De hæredis appellatione *Ulpianus* dicit: *hæredis appellatio non ſolum ad proximum hæredem, ſed etiam ad ulteriores hæredes refertur. Nam, & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur.* Rurſus: *hæredis appellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi l. 65. & 170. de verb. ſignific.*

De eadem appellatione in annuis legatis *Modeſtinus* ait: *annuam pecuniam ad ludos civitatis reliquit, quibus præſidere hæredes voluit. Succeſſores hæredum negant ſe debere, quaſi teſtator tandiu præſtari voluerit. Quæro igitur, an cum præſidendi mentionem fecerit, ad tempus fideicommiſſum, an perpetuo præſtari voluerit. Modeſtinus reſpondit, fideicommiſſum quotannis in perpetuum Reip. præſtandum eſſe l. 6. de ann. legat.*. Idem ſtatuit *Juſtinianus* Imper. *cod. eod. tit. l. 22. In annalibus legatis, vel fideicommiſſis, quæ teſtator non ſolum certæ perſonæ, ſed ejus hæ-*

re-

redibus præſtari voluit, earum exactionem omnibus hæredibus, & eorum hæredum hæredibus ſervari pro voluntate teſtatoris præcipimus. Videndi *interpretes* ad eos textus, & *Caſtil. de uſufruct. cap.61.num.59.*, *& Rot.cor.Molines dec.1019. num.2.*

Quod autem teſtator nominaverit *gli eredi di detta Giovanna*, videndum quid de nativa hæredum appellatione detraxerit hæc deſignatio. *Scevola* dixit: *Attia fideicommiſſum his verbis reliquit, quiſquis mihi hæres erit, fidei ejus committo, ut det ex reditu cœnaculi mei, & horrei poſt obitum ſacerdoti, & hierophylaci, & libertis, qui in illo templo erunt, denarios decem die nundinarum, quas ibi poſui. Quæro, utrum iis dumtaxat, qui eo tempore, quo legabatur, in rebus humanis, & in eo officio fuerint, debitum ſit, an etiam his, qui in locum illorum ſucceſſerunt. Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, miniſterium quidem nominatorum deſignatum, cæterum datum templo. Item quæro, utrum uno dumtaxat anno decem fideicommiſſi nomine debentur, an etiam in perpetuum decem annua præſtanda ſint. Reſpondi in perpetuum. l.20. de ann.legat. §.1.*

Perpendendum quid ſupra hæc, quæ generali jure obtinerent, adjiciat favor ipſe cauſæ piæ, ut etiam in quolibet dubio legatum perpetuum dicatur. Viden. *Card. de Luc. de legat. diſcur.34.num.6.*, *Tiraquell. de cauſ.pia privil.36.num.1.*, *Rota diverſ. dec.140.n.2.part.2.* Maxime ſi teſtator proſui expiatione legata fecerit. Viden. *Amoſtaz. de cauſ.piis lib.1. cap.13. num.17.*, *Ciarliv. diſcept.for. cap.7. num.10.*, *& Albert. Cabrun. lucubr.48.num.21.*

De his autem verbis *finchè viveranno*, *e camperanno*, præter quamquod de perpetua hæredum duratione in omnibus legatis intelligi poſſint, an hoc quoque certius obtineat in legatis piis viden. *Cabrun. lucubr.49. num.39.*, *Gobb. conſult. dec.76. num.16.*, *Gratian. diſcept.cap.104.num.53.*

Ob eam fane rationem, quia non præſumitur, qui ſuæ animæ favorem reſpexit, voluiſſe minus gravare remotos, quam proximos. Viden. *Camarell. de legat.7.tit.9. privil.17.*, *Leoncill. de privileg.paup.part.2.privil.203.*, *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.1. cap.13. num.17.*, *Cabrun. d.lucubr.49. num.26.*, *& Gobb. dec.76. num.16. & 17.* Cœterum omnes ejuſmodi quæſtiones ad eruendam veram defunctorum mentem pertinent. Dubitatur.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die 16.Martii 1715., ſeu potius ſit locus concordiæ faciendæ pro reductione miſſarum ad medietatem in caſu &c.

Seſs.25. cap.4. de Reform.

BONONIEN. De cauſa videndum eſt *folium diei 8. Junii anni elapſi*. Propoſita eſt die 3. *Julii* ſequentis, ſub *dub. an ſit locus augmento diſtributionis in caſu*. Reſcriptum eſt: *dilata, & firmetur ſtatus juxta inſtructionem*.

Datæ propterea ad Eminentiſſimum Archiepiſcopum literæ ſunt, ut referret *de præciſo reditu capellaniarum in moneta*

romana , de adimplemento ſacrorum menſualium , eorum numero, qui in præſens celebratur a quolibet ex capellanis , de reditu aucto ex induſtria capellanorum , & quæ ſumma ſuperſit ultra diſtributiones conſuetas , & eleemoſynas quindecim miſſarum , quæ ab unoquoque ex capellanis celebrari debent juxta reductionem ab initio factam : ac ſuper præmiſſis Sacram Congregationem inſtructam redderet , & animi ſui ſenſum aperiret .

Eminentiſſimus Archiepiſcopus negocium primo dedit *ratiocinatori* eccleſiæ metropolitanæ Bononien., qui dixit capellaniarum reditum eſſe *ſcutorum* 168. 61. 6., ex quibus ſubducta quotidiana diſtributione chorali in *obulis* 7. pro quolibet capellano, *aſcendent.* ad *ſcut.* 153. 30., tantum ſupereſſe pro celebratione miſſarum annua *ſcuta* 15. 31. 6., & nonniſi pro hac reſidua ſumma, aliquando etiam majori, ſacra celebrata fuiſſe . Itidem augmentum veniens ex induſtria capellanorum in agendis muneribus *ratiocinatoris* , *æconomi* , & *villici* eſſe ad annua *ſcuta* 28.

Reſpondit poſtea *die vigeſima octava menſis Septembris* proxime elapſi: *oratores videri dignos , ut ipſis indulgeatur , quod expoſtulant in eorum precibus . Quidquid enim ſit, an tractu temporis ſperari poſſit , ut reditus fundorum ita accreſcant , ut ex eis ſuppleri poſſit augmento diſtributionis quotidianæ nunc petitæ in ſumma obulorum trium qualibet die , & inſuper eleemoſynis quindecim miſſarum quolibet menſe , certum eſt nunc temporis ob auctum laborem iiſdem capellanis , & frequentiorem intereſſentiam choro ob cauſas jam in alia mea relatione expoſitas iſti Sac. Congregationi , certum eſt , inquam , quotidianum ſtipendium ſeptem obulorum impar omnino eſſe oneri ipſis injuncto , quare ſi ex eorum mera induſtria reditus augeantur , hos ex æquitate cedere potius debere in eorum commodum ad reddendas pinguiores diſtributiones , quam eos convertendo in eleemoſynas , quibus ſit annexum onus celebrationis miſſarum . Habemus inſigne exemplum ſan. me. Benedicti XIV. , qui auxit reditus aliorum , qui inſerviunt choro hujus metropolitanæ . Item particulam ſtatutorum , quæ edita ſunt a Cardinali Columna , ex qua particula eruitur diſtributiones eſſe augendas , ſi reditus augeantur , ea ratione primaria inventa a fundatore , ſcilicet ſervitii eccleſiæ, ex qua demum fortaſſe ratione , & non alia , etiam ex præſcripto ipſius Sac. Congregationis reductio miſſarum ſemper habita eſt in caſibus emergentibus , abſque eo quod ullo pacto aliquid fuerit detractum de quotidianis diſtributionibus . Ex his cauſis igitur videtur perſuaſum eſſe poſſe petitionem oratorum ſuffultam eſſe æquitati ſuper expoſtulato augumento .* Nunc itaque poſtulatur

An , & in qua quantitate ſit locus augmento diſtributionis in caſu &c.

Die

Die Sabbati 19. Aprilis 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis, de jure reſolvenda.

TRes cauſæ a præterita Congregatione *diei* 22. *Martii* non ſunt. Aliæ ad hanc dilatæ, EE. Patrum judicio iterum ſubjiciuntur.

VICEN. TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM.

Seſs.23. cap.18. de Reform.

An ſit locus translationi oneris miſſarum celebrandarum in eccleſiis foraneis ad eccleſiam parochialem Beatæ Mariæ de Moya in caſu &c.

Negative.

FOSSANEN.

I. *An conſtet de validitate reductionis miſſarum relictarum a Melchiorre Coſtaforte, & Maria Borella factæ anno* 1755. *in caſu &c.*

Seſs.25. cap. 2. de Reform.

II. *An in quolibet caſu reductionis PP. Minores Obſervantes Foſſani præferendi ſint in celebratione miſſarum in caſu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Eſſe præferendos in celebratione Miſſarum utriuſque legati.

REATINA.

An clerici beneficiati in eccleſia Reatina erecti a Cardinali Pompejo Columna anno 1520. *teneantur ſinguli applicare miſſas duas hebdomadales, itaut ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis anno* 1715. *in caſu &c.*

Seſs.22. cap.4. decret.de obſerv. & evit.in celebr. miſſ.

Iterum proponatur.

Seſs.22.cap.4. de Reform.

FAVENTINA.

An, & quomodo ſit conſulendum SSmo pro commutatione voluntatis Hieronymæ Lega Taroni, in caſu &c.

Non propoſita, cum ſequentibus.

Seſs.25. cap. 5. de Reform.

CÆSENAT. LEGATI.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die 16. Martii 1715., ſeu potius ſit locus concordiæ faciendæ pro reductione miſſarum ad medietatem in caſu &c.

Seſs.25. cap.4. de Reform.

BONONIEN.

An, & in qua quantitate ſit locus augmento diſtributionis in caſu &c.

Seſs.23.cap.18. de Reformat.

VITERBIEN. TAXÆ SEMINARII. Seminarium Viterbii nonniſi multum procedente præterito ſæculo erectum eſt opera, & munificentia Cardinalis Epiſcopi *Franciſci Mariæ Brancacii* Neapolitani. Hic canonicam contributionem pro eo ſtatuit, quam *anno* 1724. in ſynodo Epiſcopus *Sermattei*, ditiori jam facto ſeminario non amplius ſolvendam decrevit.

Elapſo anno ob æs alienum, quo ſeminarium gravabatur, *deputati* ſupplicarunt primum pro approbatione *taxæ* ad rationem 1. 50. *pro cent.*, quam Eminentiſſimus Epiſcopus conſtituerat. Occaſione harum precum interrogatus, ut moris eſt, idem Eminentiſſimus, antequam referret, vocavit coram ſe quatuor ſeminarii deputatos, duos e cathedrali, duoſque alios ex clero electos, quatuor cleri rectores, ejuſque procuratorem, ac quinque dignitates tum cathedralis, tum eccleſiarum collegiatarum. Duo ex iis claudendum interea ſeminarium opinati ſunt, donec ex integris reditibus æs contractum diſſolveretur. Alii rem melius dilucidandam exiſtimarunt, cognito prius reditu, ære alieno, ac neceſſaria futura impenſa.

Hoc ſecundum conſilium, uti debebat, placuit. Hinc re plene animadverſa patuit reditus ann. non eſſe niſi ad *ſcut.* 218., æs alienum ad *ſcut.* 2163., mercedem præceptorum, & miniſtrorum, alioſque ſumptus importare ſummam *ſcut.* 142. 10.. Quamobrem die 15. *Septembris* ejuſdem anni

anni iterum coacta congregatio conſenſit, ut per *triennium* tantum pro utraque civitate, & diœceſi *Viterbienſi*, & *Tuſcanenſi* ſtatueretur *taxa* ad rat. 4. *pro cent.*. Alumni autem tot retinerentur numero, quot in præſens tunc aderant.

Non omnibus ex clero arriſit hæc ſententia. Duo deputati ex clero, duoque alii ſeminarii ſimul, & cleri deputati comparuerunt, & contradicunt. Hinc de ea contributione, & ejus quantitate, ac duratione diſceptatur.

Præſtat habere ante oculos quid Eminus Epiſcopus retulerit; qui tamen perpetuam contributionem pro quantitate congrua nunc ſtatuendam credit. Videnda ejus *relatio* eſt, in qua facti omnis hiſtoriam pleniſſime retexit, additque: *unum hic omittere non debeo, videlicet in more poſitum fuiſſe ab ipſis hujus ſeminarii incunabulis, ut alumni ſinguli ſive pauperum, ſive ditiorum filii forent, annuam pro alimentis præſtationem ſolverent ſcut. 7., ac rubri unius cum dimidio frumenti: poſtquam vero ſublata taxa, apparuit ſeminarii indigentia, adauctam fuiſſe præſtationem annuam ad ſcut. 15. præter rubrum ſupradictum frumenti cum dimidio. Id in cauſa eſt, cur adoleſcentes pauperes tanto ſumptu deterriti ab eo collegio recedant, & ad præſens quatuor tantum juvenes ibi moram trahunt, cum antea triginta, ac quadraginta clerici ibi inſtituerentur.*

Ut mei nunc animi ſenſum aperiam, non is ſum, qui credam per ſolam hanc quadriennalem taxam, etiamſi ad præfatam rigoroſiorem rationem imponeretur in priſtinum bonum ſtatum reſtitutum iri ſeminarium. Præter æs alienum ſupra recenſitum, aliæ ſunt expenſæ neceſſariæ ſubeundæ. Quota enim pars exactori debebitur? quota perſæpe evaneſcit, ſi quando mortem obeuntibus beneficiariis vix reperire erit hæredes, qui pares ſint ſolvendo inexactam ratam ex rei familiaris anguſtia? quota tandem primis præſertim annis inſumenda erit in ſumptus faciendos pro cultura vinearum, & prædiorum ad extremum prope ſterilitatem jam vergentium. Quapropter optimum facto ducerem ſi ab EE. VV. juxta præfatæ Benedictinæ Conſtitutionis normam perpetua ea taxa ſtabiliretur, per quam ad rationem ſcut. 3. pro quolibet centenario, & anno nedum repararetur contractum æs alienum, verum etiam pueri pauperum filii gravi illo onere levabuntur ſolvendi annuam eam præſtationem, quæ ditiorum etiam filiis non levis videtur.

Pro *ſeminario* dicunt hanc Eminentiſſimi Epiſcopi ſententiam collaudandam eſſe, atque approbandam. Unicum hoc remedium fore pro ſeminario retinendo, quod neceſſarium omnino eſt. Hoc venire ex aperta lege Concilii, & conſtitutionis ſan.mem. Benedicti XIII.. Hanc doctrinam non indigere ut exornetur, notiſſimam eſſe, atque ubique receptiſſimam. Contributionem vero *ad rat.* 1. 50. ſufficientem non eſſe, ut ex purgato ſtatu ſeminarii apparuit, ſaltem non minus quam 3. *pro cent.* præſiniendam.

Qui

Qui autem contra ſunt, ajunt, uſque ad *annum* 1760. ſeminarium ſine ulla contributione triginta circiter alumnos retinuiſſe, & ſine ullo ære alieno. Æs alienum tunc cæpiſſe, cum remoto rectore *Bocalino*, qui ſpatio quadraginta, & ultra annorum adminiſtraverat; novus rector inauditis deputatis datus eſt, ex cujus diſpenſatione ſequuta mala omnia, auctas pro libitu impenſas, contracta debita. Hinc neceſſario poſtmodum imminutum præceptorum numerum, & alumnos vix ad ſeptem redactos. Multa de iis damnis exponunt. Adminiſtrationem damnoſam, inſciis deputatis factam, ab eo, qui cauſam dedit, rectore ſarciendam dicunt, non compenſandam cum pecunia aliorum, qui nullam damni cauſam dederunt.

Cæterum etſi neceſſaria eſſet contributio aliqua, illam eſſe non poſſe, niſi temporalem, vel ad ſummum ad *ſcut.* 2. Ita impoſitam ſeminarii initio, cum nulli reditus erant. Inde factam minorem. Inde deletam providentia *Sermattei.*

Neque obſtare circa contributionis quantitatem conſtitutionem *Benedictinam*. Etiam poſt editam conſtitutionem illam, minorem quantitatem a Sacra Congregatione approbatam fuiſſe. Totam rem pendere a neceſſitate, & a facultate eorum, qui præſtare debent. Plures eſſe in utraque diœceſi, qui ad eam ferendam ſunt impares. Concludunt demum, melius fore, ut aliquo brevi tempore ſeminarium claudatur, quod facillime ad bonum ſtatum veniet. Perpaucos nunc alumnos eſſe. Haberi ſimilia exempla in *Puteolana unionis* 11. *Ianuar.* 1744., *& in Valliſoletana* 3. *Febr.* 1753.

Certum eſt collegia clericorum, quæ primum monaſteria dicebantur ſub Epiſcoporum cura, vetuſtiſſima in Eccleſia eſſe. Eſt *canon* ſynodi Toletanæ IV. *cauſ.* 12. *quæſt.* 1. *canon.* 1. : *de hoc ſuo clericorum monaſterio pluribus egit S. Auguſtinus ad populum Hipponenſem ſermone* 49. *&* 50. *de diverſis, modum, & inſtitutum vivendi, quod tenere propoſuerat, exponens; una declarans, quod ſtatuiſſet, nullum ordinare clericum, qui non ſecum in hoc monaſterio, ſive collegio vivere voluiſſet.*

Hiſce collegiis alio nomine, ſed ſimili inſtituto ſucceſſerunt *ſcholæ*, quas Epiſcopi pro clero habebant, & ex quibus miniſtros eccleſiæ ſumebant tanquam ex *ſeminariis*, unde *ſeminarii* vox facta. Poſt ſæculum XI., ſive iniquitate, ac perturbatione temporum, ſive negligentia Epiſcoporum, ſive, quod magis credendum eſt, ceſſante neceſſitate ex commoditate ſtudiorum ob varias academias, & ſcholas publicas tunc temporis inſtitui ubique cæptas, ſenſim hæc omnia evanuerunt.

Concilium Tridentinum univerſæ bono Eccleſiæ conditum, inter præcipuas inſtaurandæ diſciplinæ curas, hanc collegiorum neceſſitatem cognovit. Atque, *ut adoleſcentium, qui Eccleſiæ aliquando inſervirent a teneris annis ad pietatem, & re-*

li-

ligionem ætas informaretur, hæc collegia erigenda edixit. De administrandis leges dixit; nec non de instituendis, & instruendis adolescentibus; *pauperum autem filios præcipue eligi voluit*.

Hinc ad necessariam dotem pro sustentandis collegiis statuit, *quod Episcopi cum consilio duorum de capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur, itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad clerum pertineat ex fructibus integris mensæ episcopalis, & capituli, & quarumcumque dignitatum, patronatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum cujuscunque ordinis, etiam regularis, aut conditionis, vel qualitatis fuerit, & hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem, & beneficiorum quorumcunque, etiam regularium, etiamsi juris patronatus cujuscunque fuerint, etiamsi exempta, etiam nullius diœcesis, vel aliis ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, & aliis quibusvis locis piis, etiam exemptis annexa, & ex fabricis ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscunque aliis ecclesiasticis reditibus, seu proventibus partem aliquam, vel portionem detrahant, & eam portionem sic detractam huic collegio applicabunt, & incorporabunt, sess. 23. cap. 18.*

Ex his patet, quam absurde de claudendo Viterbiensi seminario mussitetur. *Puteolana* unionis 11. Januarii 1744., & *Vallisoletana* 3. Februarii 1753. erant de unionibus beneficiorum seminario factis, quæ secundum canones non sustinebantur, ideoque irritæ dictæ sunt. Restat itaque inquirendum de contributionis necessitate, & ejusdem quantitate præstanda.

De quantitate contributionis magis præcise edixit san. mem. Benedictus XIII. in notissima constitutione *credita nobis*, *quod* non esset *minor scut. tribus*, neque major *scut. quinque pro quolibet cent. & anno*. Verum enim vero, cum res omnis ex seminarii necessitate pendeat, Sac. Congregatio, etiam post Benedictinam constitutionem, minorem quantitatem contributionis aliquando approbavit, ut *de taxa ducat.* 1. 50. *in Militen. taxæ seminarii* 6. *Decembris* 1738.. De taxa *scut. duorum* in *Interamnen. taxæ seminarii* 11. *Maji* 1722., & *Prænestina taxæ seminarii* 18. *Decembris* 1723.. Et de taxa *scut.* 2. 50. in *Brictinorien. taxæ* 7. *Aprilis* 1753.

De necessitate autem seminarii Viterbiensis considerandum quid Eminentissimus Episcopus modo referat; quid censuerit congregatio coram eodem coacta. Æs alienum est in *scut.* 2163. reditus 218. 23. stipendia ministrorum, aliaque ad *scut.* 142. Pro sustentandis alumnis reliqua sunt *scut.* 76. 13. Impositа contributione ad *rat.* 1. 50. habentur 272. 22. Ad *rat.* 3. veniunt 544. 44. EE. PP. viderint an contributio necessaria sit, & cujus quantitatis, & an perpetua, vel pro certo tempore, ut respondeant

An, & in qua quantitate sit locus contributioni taxæ seminarii, vel potius quomodo sit providendum in casu &c.

TAR.

Seſſ. 14. *cap.* 7. *de reformat.*

TARRACINEN. *Magentiæ*, loco diœceſis *Tarracinenſis*, *die* 1. *Julii* 1762. riſa orta eſt inter aliquot juvenes, qui noctu cantando curſitabant, cum aliis, qui occurrerant. Diaconus *Michael Angelus Faſanus*, qui vicem tunc abſentis prætoris gerebat, ne ſequentibus noctibus ſimilia evenirent, maxime ob vulgatum rumorem quod cum armis iterum inceſſuri eſſent, duos e proximo *Carpineto* accerſivit ſatellites, iiſque addito ſuo curiæ apparitore armato, mandavit, ut ſi quos invenirent noctu per oppidum vagantes caperent, & in carceres traherent. Hinc *die* 3. *ejuſdem menſis* excitata contentione inter eos cum iiſdem, quos vagantes ſimiliter invenerunt, unus eorum cultro leviter vulneratus eſt, alter vero occubit.

Curia *Tarracinenſis*, poſt multa *Faſanum* a pœna tandem abſolvit, qui deinde *diſpenſationem ab irregularitate* petiit. Verum *die* 4. *Junii* 1763., ac 23. *Martii* 1765. Sacra Congregatio rejecit preces. Eas nunc tertio inſtaurat. Se I. dicit non eſſe irregularem. II. ſaltem credit eſſe *diſpenſationi* locum.

Ad I. ait, *irregularitatem* hanc ex delicto dici poſſe; delictum vero non eſſe ſine culpa; ſe autem culpam non habere; ideoque neque eſſe irregularem *Sot. lib.* 5. *de juſtit. quæſt.* 1. *art.* 8. *verſ. id autem*, *Enriquez lib.* 13. *de excom. concluſ.* 1. *colum.* 994.

Debuiſſe tunc facere, quod fecit, ut jurgia, ac perturbationem publicam prohiberet. Si non feciſſet reprehenſione dignum fuiſſe. Ad eam rem ſatellites vocaſſe. Ideo miſiſſe, ut perterrefacerent, ac continerent vagantes armatos. Quod accidit, ex improviſo eveniſſe. Nihil præmeditatum. Nihil excogitatum. Nihil de hoc vereri ſe potuiſſe. Mortem ultro occurrentis, & rixantis hominis fortuitam ſibi non tribuendam inſcio, & abſenti, qui nihil tale mandavit, nihil prævidit, nil cogitavit.

Neque aliquid facere, quod curiæ apparitor ab ſua domo arma tulerit. Ea ſe non dediſſe, ut aliquem læderet. Præterea apparitorem homicidium non perpetraſſe. Cœterum dare arma ſine homicidii animo, vel præmeditatione, illicitum eo caſu non fuiſſe; ac propterea ex iis, quæ ſequuta ſunt, quemadmodum non culpa, ita neque *irregularitas* venire potuit *cap. continebatur cap. ad audientiam*, *cap. ex lit. de homicidio*.

Ad II. ſe quadriennii exſpectationem, ac repulſam paſſum. Commiſeratione nunc dignum eſſe, ne ſacerdotii gradu, quem tantopere exoptat diutius prohibeatur. Ipſum Epiſcopum, qui antea renuebat, nunc conſentire. Majorem ſe exorare nunc ex Apoſtolica benignitate, ac lenitate indulgentiam.

Epiſcopus ter retulit de ejuſmodi re. Primæ literæ ſunt diei 22. Martii 1763.: *His igitur ſtantibus clarum eſſe crederem*

rem incidiſſe Diaconum prædictum in irregularitatem propter dictum homicidium cauſa ipſius commiſſum, eo quia birruarios vocavit, & inſuper ſclopum, & cultrum bajulo tradidit, quare cum modo idem petat diſpenſationem ab hujuſmodi irregularitate, eamdem judicio, arbitrioque remitto EE. VV.

Secundæ diei 27. Februarii 1765.: *Diſpenſationem neſcio quando aſſequi valeat: moribus enim poſt prædicta non ſe exhibuit talem, qualem ſe exhibere debuerat; nihilominus quoad petitam ab irregularitate diſpenſationem ſapientiſſimo EE. VV. judicio me ſubjicio.*

Tertiæ *diei* 15. *Januarii* proxime elapſi: *in prædicta Terra Magentiæ exercet modo Diaconus præfatus munus publici Ludimagiſtri, quod nequaquam requirit qualitatem ſacerdotalem, quamvis parochum coadjuvare teneatur in pueros docendo Chriſtianam doctrinam: nihilominus, quia ad præſens mutatis moribus, diverſimodo apparet, etiam cum Sacramentorum frequentia, & divino officio diebus ſolemnibus interventu, ut parochus teſtatur, a deſuper enunciata irregularitate diſpenſandum eſſe cenſerem.*

Ob homicidium *irregularitatem* contrahi certum eſt, niſi de eo agatur, quod in vitæ diſcrimine ad propriam vitandam mortem neceſſarium fuerit, ut ait Innocentius III,: *vim vi repellere omnes leges, & omnia jura permittunt, id tamen debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam vindictam, ſed ad injuriam propulſandam cap. ſignificaſti* 18. *de homicid.*

Atque ita a canonum regula homicidas alienos Eccleſia habuit, ut ſi voluntarii homicidæ fuerint, nunquam ullo tempore ad ſacros ordines promovendos ſtatuerit. Clariſſima eſt ſanctio Concilii: *cum etiam qui per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab altari avelli debeat, qui ſua voluntate homicidium perpetraverit, etiam ſi crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoveri poſſit; nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam non habeant animarum conferre liceat; ſed omni ordine, ac beneficio, & beneficio eccleſiaſtico perpetuo careat: ſi vero homicidium non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, ut quis ſe a morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quam ob cauſam etiam ad ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcumque, ac dignitates jure quodammodo diſpenſatio debeatur, committatur loci Ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, diſpenſare poſſit ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de reformat.* . Et licet Epiſcopis *diſpenſandi* facultatem in *irregularitatibus ex delicto ocaltò provenientibus* indulſerit, excepit eas, quæ *ex homicidio voluntario ſunt ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat.*

De homicidiis autem, quæ caſu, ac præter mentem agen-

tis, ſive mandantis accidunt, communis diſtinctio obtinet inter illud, quod venit ab opera rei licitæ, ab eo, quod eſt ab opera rei ab initio illicitæ.

De I. certum eſt non contrahi *irregularitatem*. Innocent. III. *cap. dilectus* 13. *de homicid. cum capellanus* (qui equum cohibere non valens, occidit mulierem) *nec voluntate, nec actu homicidium perpetravit, nec dedit operam illicitæ rei, non impedias, quominus divina officia valeat celebrare*, & Honor. III. in cap. 23. eod. tit. *Nos igitur attendentes, quod dicto ſacerdoti, qui dabat operam rei licitæ, nihil potuit imputari, ſi caſus omnes fortuitos non prævidit, mandamus dictum ſacerdotem ſacerdotale officium exequi permittatis*.

Niſi tamen dans operam rei licitæ de negligentia, & culpa arguì poſſit, *cap. presbyterum* 7. *cap. ad audientiam* 12. *de homicid.*, *Giball. de irregularit. cap.* 4. *per tot.*, *Diana tract.* 2. *reſol.* 21. *part.* 2., *Reinfenſtuel. in lib.* 5. *decret. tit.* 12. *de homicid. §.* 5. *num.* 181., *& Gonzalez in coment. ad dictum cap.* 7. *num.* 8.

De II. indubitatum eſt contrahi *irregularitatem cap. continebatur* 8. *cap. ſuſcepimus* 10. *de homicid. volunt. D. Thomas* 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 8., *Innocent. in cap. tua nos* 19. *de homicid.*, *Laiman. lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 3. *num.* 4., *Fagnan. in cap. ad audientiam* 10. *de homicid. num.* 9., *Reinfeſtuel. lib.* 5. *decret. tit.* 12. §. 5. *num.* 181.

His poſitis videndum quid de *Faſano* dicendum ſit. Armas dedit ſuæ curiæ apparitori, qui cum ſatellitibus armatis circumiret, licet neque mandatum occidendi, neque lædendi dederit. Bonifacius VIII. edixit: *is qui mandat aliquem verberari, licet expreſſe inhibeat, ne occidatur ullatenus, vel membro aliquo mutiletur, irrogularis efficitur, ſi mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat, cum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire poſſe debuerit cogitare, cap. is qui* 3. *de homicid. in* 6.

Conſiderandum num cogitare prudenter debuerit, quod vagantes prohibere, ac capere, contentionem, rixam, offenſiones, & turbas excitare debuiſſet.

Sacra Congregatio in una Alben. 7. *Septembris* 1604. propoſito *utrum is, qui gravibus ab aliquo affectus injuriis famulo, mandavit, ut illi in faciem vultus leve cæſim infligeret, inhibuitque ne illum interficeret; ſi mandatarius fines iſtos excedens, pluribus mortiferis vulneribus ei mortem intulerit, cenſeatur incidiſſe in irregularitatem provenientem ex homicidio voluntario; adeo ut omni ſpe diſpenſationis ad præſcriptum decreti Concilii cap.* 7. *ſeſſ.* 14. *perpetuo carere debeat*, cenſuit *incidiſſe in irregularitatem, ſed non eam, quæ provenit ex homicidio voluntario; ac propterea Oratorem decreto Concilii non excludi a ſpe diſpenſationis, imo perpenſis ejus qualitatibus dignum eſſe diſpenſatione, atque ita referendum Sanctitati ſuæ*.

Verum enim vero *Faſanus* diaconus in feudo *Magentiæ*, licet in-

intra Eccleſiæ ditionem, ſine Apoſtolica facultate, munus gerere, quod gerebat, non potuit. Alexander III.: *jubemus etiam ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus emendare noluerit excommunicationi ſubiaceat cap. clericis 5, ne clerici, vel monaci.* Innocentius III. *clerici officia ſecularia non exerceant cap. clerici 15. de vit., & honeſt. cleric.*

Hinc ſi rei ſibi illicitæ navabat operam, quæ inde ſecuta ſunt omnia, ad ejus culpam recidere videntur; proptereaque homicidio cauſam dediſſe, & *irregularitatem* pro ſacerdotio obtinendo contraxiſſe. Idem Alexander dixit: *de cætero noveris, quod diaconus, qui homicidio cauſam dediſſe videtur, non videtur ad ſacerdotium promovendus cap. 2. de homicid.*

Ad *diſpenſationem* autem, quod pertinet, Sacra Congregatio fere nunquam de voluntario *diſpenſationem* concedere conſuevit. *Vid. Biſacen. irregularitatis* 10. *Junii* 1741., *Feretrana irregularitatis* 22. *Januarii* 1757., *Brixien. irregularitatis* 19. *Januarii* 1765. Præſertim ſi ageretur non de promoto, ſed promovendo, ut in *Lamacen. irregularitatis* 13. *Septembris* 1738.

Ubi vero actum eſt de homicidio non ex induſtria, neque ex propoſito, ſed quia rei licitæ operam dans, diligenter non caverit, vel quia tantum rei illicitæ dabatur opera, rerum circumſtantias expendit. *Diſpenſationem* diſtulit fere ſemper, ac poſtmodum probata vitæ conſtanti emendatione conceſſit, ut in *Nullius provinciæ Compoſtellanæ* 2. *Octobris* 1723., in *Montis Faliſci irregularitatis* 6. *Junii* 1739. in *Imolen. irregularitatis* 28. *Januarii* 1741., in *Murana irregularitatis* 12. *Martii* 1763., & etiamſi ageretur de promovendo, ut in *Averſana irregularitatis* 2. *Auguſti* 1755.

Notandum hic unice, an inter *ſecundas*, *& tertias* Epiſcopi literas, tale tempus interceſſerit, ut firmum, ac conſtans de *Faſani* moribus, atque emendatione vitæ judicium dari potuerit. Dubium eſt

I. *An conſtet de irregularitate in caſu &c.* & quatenus affirmative

II. *An ſit locus diſpenſationi*,

PISAUREN. Eccleſia *S. Matthæi Roncaleæ* diœceſis *Piſauren.*, quæ *filialis* eſt eccleſiæ *S. Caſſiani* civitatis *Piſauri*, unica parochialis eſt in oppido, & toto agro, qui latiſſime circuit per duo de viginti fere mill. paſs.. Aſperrimos montes in ſuo amoitu habet, difficillima, & longa itinera, ac præruptas vias, præſertim qua ad mare vergit. Alia in medio totius parochiæ eccleſia eſt *S. Mariæ dell' imperiale* ſeu delle *fabreccie*, cui anno 1734. ſa. mem. Clemens XII. quod-

Seſs. 25. cap. 1. de Reformat.

quoddam beneficium eccleſiaſticum uniit, ut inibi ex ejus reditibus capellanus eſſet curatus, arbitrio Epiſcopi nominandus, ac retinendus; ſuadente, atque exorante omnia Cardinali *Fabio Oliverio*, qui propterea beneficium illud dimiſerat.

Petit nunc populus parochiæ, ut eccleſia *S. Mariæ* in novam, & veram parochialem erigatur. Quæ de hiſce petitionibus admittendis proponi ſolent profert omnia, diſtantiam ab eccleſia parochiali, viarum incommoditatem, inacceſſos montes, brumalia frigora, nivem, glaciem, gelu. Multa, quæ inde veniunt, damna enumerat, fidei rudimenta non edoceri, & quod præcipuum eſt, permultos ſine ſacramentis obiiſſe.

Non compenſari hæc damna ex capellano, qui mercenarius non paſtor eſt, oves non amat, quæ ſuæ non ſunt, quas pro libitu, ſi melior conditio fiat, deſerit, alterius nutu deſerere etiam ſine ſua culpa cogi poteſt.

Plurima in jure de ejuſmodi rebus congerit. Denique addit exorare de hoc populum omnem, & parochum ipſum *S. Matthæi*. Nulli injuriam fieri. Epiſcopum non diſſentire, imo laudare omnia, dummodo de ſuo nominandi jure non derogetur.

Epiſcopus unionem beneficii narrat, capellanos ab eo tempore in eccleſia *S. Mariæ* fuiſſe ſemper, pacta refert ab initio inter capellanum, & parochum *S. Matthæi* inita auctoritate ſui deceſſoris, deinde ſubdit: *poſt omnia noviſſimis temporibus ſæpedictus rector S. Matthæi non ſemel inſtetit, ut enuncintam eccleſiam, in qua capellanus curatus reſidet in veram, & realem parochiam ab altera Roncaleæ penitus diviſam, ac diſtinctam erigerem, animo tamen ad novam ſic erectam parochialem eccleſiam tranſeundi, cum ſibi exinde optionem dari arbitraretur. Hujuſmodi Parochi voluntati non diſſentiebam, ut ſic omnis litium, & amaritudinum occaſio inter rectorem, & capellanum prædictos ſuper enunciatarum conventionum obſervantia e medio ſublata remaneret, accedente quoque dicti capellani conſenſu, qui tamen de altera parochia Roncaleæ inveſtiri poſtulabat. Rebus autem ſic ſtantibus ordinario jure, & ſine Apoſtolicis literis hæc omnia fieri poſſe, etiam quoad ſolam dicti rectoris perſonam cum dubitarem, rector ipſe ad graves effugiendas expenſas, implorata EE. VV. auctoritate, intentum ſibi facile aſſecuturum confidens, priores ſuas preces ſacro iſto confeſſui humiliter porrexit. Sed cum videret nec dum hac via ſatis ejus fieri poſſe deſiderio, quoniam juxta dictarum precum tenorem ſpiritualibus quarundam familiarum indigentiis provideri potuiſſet, eas prædictæ eccleſiæ S. Mariæ quoad Sacramentorum adminiſtrationem aſſignando, novas idcirco preces iterum porrigendas curavit. Inter cætera vero, quæ modo ſupponenda exponit, longe a veritate aberrat, dicendo prædicto nominandi juri ad præfatum beneficium me fore renuncinturum: licet enim in parochiam dicta Eccleſia S. Mariæ dell'Impe-*

via-

riale, seu delle Fabreccie erigeretur, salvum tamen jus prædictum pro tempore Episcopo vellem remanere.

De divisione parochiarum, & novis erigendis parochiis plenissime habetur in *Lunen.*, *seu Sarzanen.* 14. *Aprilis*, & *Derthonen. dismembrationis* 2. *Junii* 1764., in *Novarien.* 23. *Novembris*, & *Derthonen.* 14. *Decembris proximi elapsi anni* 1765.

De causis divisionum Alexander III. admisit causam, *quod villa tantum perhiletur ab ecclesia parochiali distare, ut tempore hyemali, cum pluviæ inundant, non possint parochiani sine magna difficultate ipsam adire, unde non valent congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse cap. ad audientiam* 3. *de eccles. ædif.*

Concilium dixit: in *his vero locis quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam constitutionis* Alexandri III., *quæ incipit audientiam constituere possint ses.* 21. *cap.* 4. *de reformat.*

Solam itaque distantiam locorum, ob *magnam difficultatem, sive ob magnum incommodum* ad divisionem faciendam idoneam esse causam ex ipsa canonum litera apparet. Veruntamen divisiones odiosæ communiter existimantur ob eam præcipuam rationem, propterea quod ex divisionibus veteri parochiæ matri irrogatur injuria, cui territorium imminuitur, ac decrescunt reditus, sive quia ex ea detrahendi sint ad novum parochum sustentandum, sive quia cum parte populi, quæ separatur, emolumenta parochi reapse deficiunt.

Propter ejusmodi rationem non sine magna animadversione hæ divisiones admitti consueverunt invitis rectoribus, vel aliis quorum interest. Invitis etenim, nisi ex necessitate, jus non dicitur, ne aliter jus ipsum vis fiat. Hinc providetur aliquando per solum vicarium perpetuum. Hinc per solum vicarium, seu capellanum pro nutu amovendum; ut scilicet minus, quam fieri possit alterius jura lædantur.

Cæteroquin re intime perpensa, si nulli irrogaretur injuria, si nullius detrimentum esset, utilius certe dicendum plures, quam unum habere parochos, qui populum doceant, ac salutem ejus curent. Res adeo patet ipsa, ut probatione non indigeat. *Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus, parochias, & cæmeteria eis diximus* habetur *in canon.* 1. *quæst.* 1. *caus.* 13.

Et licet casu, de quo agitur, jam per capellanum provisum sit, attamen exploratum est, quod multo melius populo si fieri posset, per parochum provideretur. Christus Dominus de se dixit: *Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis; mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & di-*

dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oves: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus, Joan. x.

Concilium vero, de parochis etiam loquens, ait: *cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt, sess. 23. cap. 1. de reformat.*

Propterea parochis de jure nec propter intemperiem aeris, nec propter inimicitias, nec propter senectutem, aut infirmitatem, nec propter ipsam pestis causam, etsi vicarium idoneum deputent, vel coadjutorem habeant, licet a suo populo abesse; ut ita vel ejus curam ipsi gerant, vel munus dimittant. De his *viden. canonistæ*. Rigoremque hunc pristinæ disciplinæ tenaciissima retinuit Sac. Congregatio, ut in una *Mediolanen.* 13. *Aprilis* 1630., in qua censuit, approbante Pontifice, *parochos tempore pestis teneri in ecclesia parochiali residere, illosque cogi debere ad præscriptum cap.* 1. *sess.* 23. *de Reform.*; & in una *S. Agathæ* 16. *Martii* 1641., in qua respondit *intemperiem, & insalubritatem aeris non excusare a residentia*. Nec nisi aliquando ex vehementibus, imo necessariis peculiaribus causis, illum paulisper remittendum existimavit.

Quando autem nova parochia erigenda sit, videndum an Episcopo jus nominandi sit dandum, atque advertendum quid de hoc jure in beneficiis curatis dixerit Concilium *sess.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.*; & san.mem. *Benedictus XIV. in constitutione redditæ nobis* 9. *Aprilis* 1746. Proponitur

An, & quomodo sit locus erectioni ecclesiæ S. Mariæ in novam parochiam in casu &c.

Die Sabbati 10. *Maji* 1766. *in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.*

ANte alias deſcriptæ ſunt cauſæ, quæ ab acta *die* 19. *Aprilis* Congregatione ad hanc ſunt tranſlatæ.

FAVENTINA.

An, & quomodo ſit conſulendum SSmo pro commutatione voluntatis Hieronymæ Lega Taroni, in caſu &c. *Seſs.* 22. *cap.* 4. *de Reform.*

Negative, non retardato annuo depoſito ſcut. 50. ad formam diſpoſitionis, & amplius.

CÆSENAT. LEGATI.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis ſub die 16. *Martii* 1715. *ſeu potius ſit locus concordiæ faciendæ pro reductione miſſarum ad medietatem in caſu &c.* *Seſs.* 25. *cap.* 5. *de Reform.*

Eſſe locum concordiæ propoſitæ.

BONONIEN.

An, & in qua quantitate ſit locus augmento diſtributionis in caſu &c. *Seſs.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*

Adimpletis oneribus miſſarum, & ſupportatis oneribus adminiſtrationis pro gratia augmenti ſcut. 28. ann. tantum.

VI-

Sess.23. cap.18. de reform.

VITERBIEN. TAXÆ SEMINARII.

An, & in qua quantitate sit locus contributioni taxæ seminarii, vel potius quomodo sit providendum in casu &c.

Affirmative ad ratam scut. 3. juxta votum Emi Episcopi, servatis tamen conditionibus præscriptis à Sac. Conc. Tridentino.

Sess.24. cap.7. de reform.

TARRACINEN.

I. *An constet de irregularitate in casu &c.*, & quatenus affirmative

II. *An sit locus dispensationi.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Affirmative.

Sess.25. cap.1. de reform.

PISAUREN.

An, & quomodo sit locus erectioni ecclesiæ S. Mariæ in novam parochiam, in casu &c.

Negative.

Sess.23.cap.1.de reform.,& sess.25 cap.4. de reform.

URBEVETANA. *Vulsinium* diœcesis Urbevetanæ oppidum, partim in planitie est, partim ad instar arcis insurgit. Agro circuit fere 2.*mill.pass.* per vias arduas, difficilesque. Non minus 1400.hominum incolunt. Unica est parochialis, & collegiata ecclesia *S. Christinæ*, cui *præpositus* inservit cum quinque canonicis, quos *capitulares* vocant, præter eos, qui super numerum sunt.

Tam *præpositus*, quam *capitulares* suas habent præbendas, præter communes reditus, qui in binas partes dividuntur, & de una duplicem accipit *præpositus*, de altera vero æqualem partem. *Capitulares* ex veteri consuetudine sine venia *præpositi* baptismi sacramentum administrant, defunctorum sua hebdomada cadavera elevant, participant de quarta funerum, & de decimis, ac contribuunt in expensis *pro vino, & hostiis, & candelis*, quæ in die *Purificationis* distribuuntur, sacrum quoque pro populo diebus festis *applicant*.

Ca-

Cajetanus *Caneſtrellius præpoſitus* credidit capitulares teneri ad ſe adjuvandum in cura, præcipue pro infirmis morti proximis, quod cum recuſaſſent *capitulares*, Sac. Congregationem adivit. De ea re nunc agitur.

Inquit *præpoſitus* decimas præſtari ad alimoniam eorum, qui ſpiritualia adminiſtrant a populo in compenſationem laboris *Gonzal. in lib. 1. decret. tit. 35. cap. 7. num. 6.*, *Barboſ. de offic. & poteſt. paroch. part. 3. cap. 25. num. 1.*: emolumentaque parochialia dari perſonæ, quæ ipſa curam animarum exerceat *Rot. in nuperr. dec. 289. num. 22. tom. 4.*, *& in Montis Alti ſuper ſolutione mercedis* 14. *Martii* 1755. §. 8. *coram Eño Molino*.

Quemadmodum itaque non dubitatur *capitulares*, præter ſuas præbendas, participare tum de iis decimis, tum de emolumentis parochialibus, ita neceſſario ſequi, quod ferre debeant quæcunque onera, & labores parochiæ *Rot. recent. deciſ. 333. num. 14. part. 19.*

Neque obſtare, quod de onere *capitularibus*, ſeu *canonicis* adjuvandi *præpoſitum* nulla probatio exiſtat ex *erectionibus*, nullaque mentio fiat in *literis collationum*. Affirmat etenim monumenta *erectionum* incendio cremata quondam fuiſſe, ſed ex ipſo veteri uſu præſumi legem oneris. In *literis* vero conſuetum eſſe, ut indicetur tantum beneficiorum qualitas, non vero omnia iis annexa onera enumerentur. Præterquamquod, cum cura animarum ipſi capituli collegio inſideat, propterea neceſſarium non fuiſſe, ut unicuique in *literis*, dum canonicatum accipit, & in collegium intrat, demandaretur *Piton. diſcept. eccleſ. 104. num. 37.*, *& Rot. coram Arguell. dec. 34. num. 31.*

Ob eamque rationem propterea quod collegio univerſo hoc onus injunctum eſt, poſſe *canonicos*, ſine *examine*, & *concurſu* admitti *Pax Jordan. tom. 2. lucubr. lib. 1. tit. 8. num. 82.*, *& Rot. in Sutrina præcedentiæ 8. Maji* 1716. §. *Et ex cor. Althan*; atque etiam ſimplices clericos capaces eſſe *Rot. dec. 31. n. 33. part. 10. recent.*

Rem autumat conficere inveteratam conſuetudinem, quæ in eccleſia eſt, ut *canonici* parochum adjuvent, quæ non ad facultatis mere actus referri poteſt, tum quia antiquiſſima, & præter hominum memoriam omnem, tum quia tendit ad augmentum divini cultus, & curandam populi æternam ſalutem, tum quia provenit a natura ipſa munerum parochialium, quæ canonici ſuopte jure exercent, uti eſt baptiſmum dare, miniſtrare infirmis viaticum, & ſacrum oleum, defunctorum efferre, & tumulare cadavera, ac miſſam *applicare* pro populo.

Cæterum cum ſolus *præpoſitus* nequeat in peramplo oppido, ejuſque præruptiſſimo ſitu, non minus, quam toto latiſſime circumſtanti agro ſolus ubique occurrere, ne gens ſacramentorum præſidio careat, idcirco non minus æquita-

tis, quam juſtitiæ eſſe, ut ipſius eccleſiæ *canonici*, qui parochi juribus, & emolumentis utuntur, in laboribus, & oneribus parocho opem ferant, cum eoque laborum, & onerum ſuam partem habeant *Rot.dec.*340.*num.*1.*part.*2.*recent.*, *& in Conſtantien. ſubſidii parochialis* 9.*Junii* 1755.§.7.*cor.cl.m. Card. Buſſio*.

Vindicant vero *canonici* ſuam libertatem, ex quo ſine *examine*, & *concurſu* eliguntur, & etiam clerici aliquando. Nulla unquam in *literis* de cura animarum mentio facta fuerit, & ad audiendas ſacramentales confeſſiones indigeant peculiari approbatione. Multo magis, quod *præpoſitus* ipſe, dum opus fuit, ſemper alios ſibi adjutores aſſumpſit; vacante autem præpoſitura nunquam curam gerere coacti fuerint. Ex his ajunt omnem obligationem excludi *Rot.cor. Carill.dec.*60.*n.*6.*& ſeq.*, *& in Imolen.Vicariæ* 13.*Januar.*1758, §.2. *coram Herreros*.

Clariſſimum autem eſſe dicunt totam curam penes *præpoſitum* eſſe. Non admitti *præpoſitum* ſine *concurſu*, & *examine*. In *literis* proviſionis, eidem curam dari. Eo impedito œconomum deputari. Explorata hæc omnia eſſe ex monumentis, ex *viſitationibus* Epiſcoporum, ex ipſa deceſſorum præpoſitorum conſtanti affirmatione, quæ omnia canonicis libertatem aſſerunt *Rot. in Colonien. congruæ* 5. *Marti* 1751. §. 3. *& ſeq. coram Eminentiſſimo Migazzi*, *& in Montis Alti ſuper ſolutione mercedis* 18. *Martii* 1754. §.7. *cor. Eminentiſſimo Molino*.

Neque mirum ſi tota cura data ſit *præpoſito* habenti præbendam, quæ una omnes alias *canonicorum* æquat, nec non duplicem partem ex medietate communium redituum.

Quin aliquid faciat, quod de decimis participent. Potuiſſe decimas acquiri alio titulo, neque de jure ex hoc concludi onus curæ *Rot. in Nullius*, *ſeu Celſonen. parochialis ſuper bono jure* 3. *Decembris* 1728. §. *atque coram Aldrovando*, *& in Sabinen. jurium* 5.*Aprilis* 1737. §. *argumenta coram Millino*. Præſertim cum res ſit de decimis non ſacramentalibus *Rot. in Aſculana contributionis congruæ* 28. *Aprilis* 1755. §. *omnis coram Emo Elephantutio*.

Quemadmodum neque aliquid contra ipſos *canonicos* capi poſſe, ex quo adminiſtrent baptiſmum, & elevent cadavera, & habeant partem de quarta funebri. Potuiſſe hæc omnia venire ex privilegio, & conſuetudine, & præſcriptione, *Gonzalez ad regul. Cancell. gloſs.*6. *num.*53., *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.*57. *num.*161., *Rot. coram Bich. dec.*645. *num.*21. *coram Ludoviſ. dec.*387. *num. primo*, *& coram Zarat. dec.* 45. *num.* 53.

Maxime ſi comparentur cuncta hæc cum expenſis, quas faciunt, & cum aliis oneribus, quæ ferunt; patebit etenim longe minus eſſe emolumentum, quod capiunt, impenſa, & eo labore, quem tolerant.

Hinc

Hinc omnino ſe non adigendos dicunt: quando autem in caſu extremæ neceſſitatis adjuvare parochum debeant, deberi congruam pro incommodo mercedem conſtitui *Rot. in Conſtantien. ſubſidii parochialis 9. Junii 1755. per tot. coram cl. mem. Card. Buſſio.*

Epiſcopus rationes pro utraque parte allegat, additque *in hoc rerum conflictu ſicuti canonicorum momenta ſtare mihi videntur, corruere vero illa præpoſiti, cum jus baptizandi, & alia hujus generis legitima conſuetudine præſcribi poſſint, & aſſiſtentia moribundis aliquando præſtita a canonicis referri queat ad actum facultativum, & ex charitate, ita in ſenſu eſſem canonicos prædictos neutiquam vere eſſe coadjutores, nec uti tales declarandos.*

At conſideranti mihi pro meo paſtorali muncre ſolum præpoſitum imparem eſſe ſubveniendi in his, quæ in dicta laboriosa cura debet exequi, & non intuitu unius parochiani, ſed etiam pluriuu, ac in horis eiſdem, & locis diſtinctis paratus eſſe debet, prout accidit, in ope ſpirituali præbenda infirmis in extremo vitæ periculo conſtitutis, & e contra dictos canonicos ex decimis, aliiſque parochialibus emolumentis participare, videtur congruum eſſe eoſdem, ut adjuvent, & agonizantibus aſſiſtant hortari, & ſolum modo, & forma præſcribenda cogi in caſu neceſſitatis.

Sacra Congregatio ſecundum varias facti ſpecies, quæ proponebantur, ſententiam dixit. In una *Farfen. decimarum*, in qua *onus curæ animarum integre erat apud Archipreſbyterum eccleſiæ B. Mariæ Aſſumptæ oppidi Podij Mirteti, ac contendebant canonici ex conſuetudine participare de decimis*, propoſito, *an canonici, caſu, quo de decimis participare poſſint, teneantur coadjuvare archipresbytero in adminiſtratione ſacramentorum, & cura animarum, ita ut iſte cogendus non ſit ad coadjutorem ſibi de novo aſſumendum pro numeroſitate populi* reſpondit die 1. Septembris 1691. *affirmative, & teneri parocho coadjuvare.*

In una *Caputaquen.*, in qua Epiſcopus *in viſitatione oppidi Montisfani præſcripſerat, quod omnes ſacerdotes ſub pœna privationis decimarum aſſiſtere deberent agonizantibus pro commendatione animæ, diſtributis inter ſe horis, quorum primus eſſet parochus* propoſito VI. dubio: *an iidem presbyteri participantes de decimis prædialibus teneantur per turnum aſſiſtere cuilibet moribundo juxta decretum Epiſcopi, vel potius teneantur tantum coadjuvare eundem parochum, ejuſque ſubſtitutum in concurſu, ſeu copia ægrotantium*, & quatenus affirmative VII. *an illi, qui aſſiſtere renuant, ſint puniendi ſuper iiſdem decimis*, reſcripſit die 14. Maji 1729. *ad VI. presbyteros hortandos, ſed non cogendos, niſi in caſu neceſſitatis: ad VII. affirmative in caſu neceſſitatis.*

In una *Sypontina*, in qua Epiſcopus *in viſitatione ſub multa pecuniaria obſtrinxerat presbyteros addictos eccleſiæ parochiali San-*

Et. Mariæ Majoris Iſchitellæ, atque ex decimis, cæteriſque parochialibus emolumentis participantes, ad coadjuvandum parochum ejuſdem eccleſiæ in animarum curæ exercitio, ac præſertim ad præbendam ſpiritualem opem infirmis in extremo vitæ periculo conſtitutis, die 12. *Maji* 1731. reſcripſit: *qui ſacerdotes decimarum participes fiunt, parocho præſtare opem debent in morientium agone, ne his ullum deſit in tanto diſcrimine eccleſiaſticum ſubſidium: illi autem non viginti carolenorum pœna ad hujuſmodi officium inducendi ſunt, ſed ſubtracta decimarum parte, quæ munus idem ſedulo agentibus accedat*, ut in eadem *Sypontina* relat. *in fol.* alterius *Sypontinæ* 1. Decembris 1736.

In una *Larinen. decretorum ſynodalium*, in qua Epiſcopus ſynodali decreto præſcripſerat: *aſſiſtant omnes ſacerdotes, præſertim de numero participantium, parochos, & eos ubi poterunt, non autem in adminiſtratione ſacrorum ſine noſtra licentia, coadjuvent, prout ipſos id paterne, & enixe exhortamur, & quoad participantes etiam mandamus*, propoſito IX. dubio: *an juxta decretum ejuſdem ſynodi portionarii eccleſiarum matricium participantes maſſam communem teneantur coadjuvare parochum in cura animarum*, & quatenus affirmative *X. an prædicti portionarii teneantur hoc munus coadjutoris obire abſque alio emolumento*, reſcripſit die 30. Auguſti 1732. *ad IX. affirmative cum approbatione, & juxta aſſignationem Epiſcopi, ad X. affirmative.*

In altera *Sypontina*, *propugnante Archiepiſcopo ſuſtineri decretum, quod ipſe in viſitatione parochialis eccleſiæ oppidi S. Joannis Rotundi adverſus ſacerdotes, & capitulares participantes ejuſdem eccleſiæ renuentes Archipresbyterum in cura animarum exercitio coadjuvare ediderat*, propoſito *an presbyteri capitulares terræ S. Joannis Rotundi teneantur præſtare aſſiſtentiam morientibus in caſu*, cenſuit *die* 23. *Novembris* 2737. *teneri in caſu neceſſitatis.*

In una *Policaſtren. contendente Archipresbytero parochialis, & receptitiæ eccleſiæ S. Nicolai Oppidi Laureæ ſacerdotes participantes obſtrictos eſſe in cathechiſmi explicatione, in aſſiſtentia moribundis præſtanda, in adminiſtratione SSmi Viatici, & extremæ unctionis, ac demum in cæteris omnibus parochialibus functionibus ſibi opem ferre* propoſito V. dub. *an presbyteri participantes eccleſiæ S. Nicolai teneantur coadiuvare Archipresbyterum, tum in explicatione cathechiſmi, tum in aſſiſtentia moribundis, tum in adminiſtratione viatici, & extremæ unctionis, tum in cæteris functionibus parochialibus* reſcripſit *die* 1. *Junii* 1737. *ad V. hortandos eſſe, ſed non cogendos, niſi in caſu neceſſitatis*, & denuo propoſita cauſa in Congregatione *diei* 13. *Septembris* 1738. reſpondit *In decisis.*

Et in altera *Policaſtren. ſtante conſuetudine coadjuvandi parochum* propoſito dub. *an presbyteri adſcripti ſervitio parochialis eccleſiæ S. Jacobi Terræ Laureæ, & participantes de decimis, & aliis*

emo-

æmolumentis parochialibus æqualiter cum parocho, teneantur eidem parocho coadjuvare in explicatione cathechiſmi, tum in aſſiſtentia moribundis, tum in adminiſtratione viatici, & extremæ unctionis, tamque in cæteris functionibus parochialibus ſub pœna privationis partis decimarum, aliorumque emolumentorum parochialium, eaque accreſcat aliis ſedulo id munus agentibus, reſcripſit *die* 14. *Martii* 1744. *affirmative juxta facultates ſingulorum participantium.*

Cæteroquin penſanda certe ex variis rerum conditionibus res eſt, ſed ſi intime ea res omnis inſpiciatur, obligatio parochum adjuvandi omnibus, qui ex eccleſia ſunt, ſuapte natura inſidet penitius, quam dici poteſt; nimirum aliquando ex caritate, ſi alias proviſum populi ſaluti ſit, ex religione autem, & neceſſitate, ſi neceſſitas poſtulet. Salus enim populi, & præſertim æterna ſuprema lex eſt; eam curare modis omnibus tenentur omnes, & præſertim, qui dum de eccleſia ſunt, de emolumentis eccleſiaſticis, ſive beneficiis, ſive oblationibus, ſive eleemoſynis capiunt.

S. Carolus Borromeus *in ſynodo diœceſana IV. decreto V.* ſtatuit: *ſacerdotes, & clerici inferiores, Dominicis, feſtiſque diebus, qua hora in choro divinis officiis celebrandis adſtricti non ſunt, parochum, intra cujus parochiæ fines habitant, in doctrinæ chriſtianæ ſcholis adjuvent.* Et in ſynodo diœceſ. XI. *monit.* 1. *de oper. a ſacerd. navand. in muner. doctr. chriſt.*: *quicumque ſacerdos, aut beneficium obtinens parochum non adjuvet, mulctetur duobus nummis realibus; & in Inſtruct. part.* 4. *tit. de viſit. & cur. infirm. & quoniam parochus aliis parochialis curæ officiis aliquando fortaſſe detineri poteſt, propterea parochiæ ſuæ ſacerdotes uſu præſtantes deliget, qui ægrotum adeant, rectèque cohortentur eum ad vim morbi patienter in Domino ferendam, tum alia chriſtianæ pietatis officia præſtanda.*

Benedictus XIII. in ſua *provinciali Beneventana ſynodo anni* 1729. *tit.* 1. *de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* edixit: *licet omnem hactenus diligentiam adhibuerint Epiſcopi, ut Chriſti fideles, præſertim parvuli catholicæ doctrinæ rudimentis imbuerentur, cum tamen eos parum in re tanti momenti profeciſſe intellexerit, hæc ſacroſancta ſynodus innovandum cenſuit, quod omnes eccleſiarum conventualium, ſeu receptitiarum participantes, vel ſacris ordinibus conſtituti, ubi opus fuerit, adjutores ſe præbere debeant Parochis in parvulorum inſtructione, quod ſi renuerint, presbyteros remediis opportunis Epiſcopi compellant.*

Benedictus XIV. in conſtitut. *Etſi minime* 7. *Febr.* 1742. *§. Sitæ,* ſanxit: *quoad vero parvas eccleſias a parochiali longe ſepoſitas, cum difficile admodum ſit parochianos ob locorum diſtantiam, longum iter, atque aſperum, hyemali præſertim tempore, cum pluviæ inundant, parochialem adire, ibique divinis officiis intereſſe relicta eccleſia proximiore, decernat Epiſcopus gravibus etiam ſtatutis pœnis, quod ſacerdotes ibi operantes chriſtianæ doctrinæ*

ſum-

ſummam populo tradant, divinamque legem annuntient.

Qua de re optimo jure *anno* 1761. in tribunali A. C., pleniſſime excuſſa cauſa, Epiſcopus Termulanus ſententiam latam a *Secretario* tunc *Locumtenente* obtinuit, quæ ſuum decretum firmavit de obligandis cum multa presbyteris *Collis Niſii*, qui de decimis, & emolumentis parochialibus participabant, ad opem in orbem ferendam parocho pro morientibus, & ad fidei rudimenta edocenda; a qua ſententia appellatio, licet interpoſita, ulteriorem progreſſum non habuit.

Verum enim vero ſemper, ut ſupra dictum eſt, in quolibet caſu peculiares rei circumſtantiæ ſunt perpendendæ; & non minima inſpectio de reditibus eſt.

EE. PP. edicent quid ſit cenſendum in ea quæſtione, quæ nunc proponitur

An canonici capitulares collegiatæ eccleſiæ S. Chriſtinæ teneantur coadjuvare præpoſitum in exercitio curæ animarum, & præcipue in aſſiſtendis moribundis in caſu &c.

Non propoſita, cum ſequentibus.

Seſſ. 24. cap. 1. de refor. matrim.

CONSTANTIEN. *Carolus Dominicus Lütz* Svittenſis in Helvetiis, qui permultos annos in ſenatu patriæ jus dixit, ſupplicat, ut, conceſſa *diſpenſatione ab irregularitate*, detur ſibi venia, qua ad ſacros ordines promoveatur, relicta *Roſa Magdalena* uxore, quæ emiſſo perpetuæ *continentiæ* voto, in ſanctimonialium domum aliquam uſque ad ſupremos vitæ dies ſe recipere parata eſt.

Ad *diſpenſationem*, quod attinet, ait, facile hanc dandam eſſe ei, qui in ſæculo munia publica exercuit. Ignotam fuiſſe prioribus Eccleſiæ ſæculis hanc *irregularitatem*. Nunc facillime de ea dari veniam, maxime viro bonis moribus commendato. De ſuis autem bonum teſtimonium exhibet Emi Epiſcopi.

Libere itidem ſibi permittendum, ut aſcendat ad ſacros ordines. Septuagenarium ſe eſſe, uxorem vero quinquagenariam ſummæ pietatis fœminam. Hinc ſi ex regula canonum permittitur ſeneſcenti mulieri, ut in ſæculo maneat, multo magis concedendum, ut emiſſo *continentiæ* voto in clauſtro degat. Convenire ſententiam Nuncii Apoſtolici, qui utriuſque conjugis propoſitum laudat, commendatque.

Eminentiſſimus Epiſcopus ſuis literis *diei* 11. *Auguſti* 1765. retulit: *compertum habeo, & ex ſcientia certa atteſtor præfatum Carolum Dominicum ætatis ſuæ* 70. *circiter annorum eſſe virum eruditiſſimum, probum, & Sanctæ Matri Eccleſiæ a teneris ſui annis ſemper fidelem, qui ultra* 28. *annos in celeberrimo monaſterio Einſidenſi Cancellarii munus laudabiliſſime geſſit, poſt*

ſuum

ſuum vero in Patriam reditum, ob egregias animi dotes unanimi populi conſenſu, & votis ad ſumma quæque officia, muneraque fuiſſe promotum, in quibus ſemper intrepidum fidei, libertatis, & juſtitiæ defenſorem ſe ſe exhibuit, de optima nota tam in, quam extra Patriam commendatus, adeo ut boni omnes condoleant adverſæ ſorti, qua exortis aliquo abhinc tempore in Patria ſua turbolentis quibuſdam populi commotionibus, graviſſima in officiis, honoribus, & bonis temporalibus perpeſſus eſt damna. Roſam Magdalenam dein ipſius conjugem ætatis 50. annorum eſſe mulierem piam, devotam, ſemper conſtantem in profeſſione Ortodoxæ Fidei, & Sanctiſſima Sacramenta aliaque Divina devote, & diligenter frequentare ſolitam. Dignos proinde eſſe cenſeo hos conjuges, ut eorum preces exaudiantur, & per neceſſariam Sedis Apoſtolicæ diſpenſationem, & facultates ad Monaſterium ingrediendum, virque per diſpenſationem ſuper irregularitate etiam ad effectus Sacros Ordines, & Presbiteratum ſuſcipiendi habilitentur.

De *irregularitate*, certum eſt contrahi ab iis, qui munera publica geſſerunt, ſpeciatim ſi de criminum quæſtionibus, multoque magis ſi de capite judicaverint. In *can. ſi quis* 8. *diſt.* 50. ſtatuitur: *ſi quis viduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum, quod ſi irrepſerit, dejiciatur. Similiter ſi homicidio, aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut defenſione poſt baptiſmum conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit, dejiciatur.* Gloſs. in verbo *ſi quis* inquit *judex, executor, & aſſeſſor in cauſis criminalibus non poſſunt promoveri.* Et verbo *aut præcepto* explicat *ut judex.*

Itidem Innocentius in *can. aliquantos* 1. *diſt.* 51. inquit: *aliquantos ex his, qui poſt acceptam baptiſmi gratiam in forenſi exercitatione verſati ſunt, & obtinendi pertinaciam ſuſceperunt, accitos ad Sacerdotium eſſe comperimus: aliquantos ex curialibus, qui dum parerent poteſtatibus, quæ ſunt ſibi imperata fecerunt, quorum omnium neminem ad ſocietatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenire.* Et explicat gloſs. *dicuntur autem large curiales omnes, qui aliquo modo ſunt obligati curiæ, ſive milites, ſive advocati forenſes, ſive judices, ſive officiati.* Et verbo *ad ſacerdotium*: *quicumque fuit accuſator, aut advocatus, aut judex, aut teſtis, vel etiam notarius in cauſa ſanguinis non poteſt promoveri.*

Non autem ii ex delicto arcentur, delictum etenim non eſt munera reipublicæ gerere: ait enim idem Innoc. *canon.* 41. *cauſ.* 23. *quæſt.* 4.: *quæſitum eſt etiam ſuper iis, qui poſt baptiſmum adminiſtraverunt, aut tormenta ſæva exercuerunt, aut etiam capitalem protulerunt ſententiam. Nihil de his legimus a majoribus definitum: meminerant enim a Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei miniſterio eſſe datum in hujuſmodi vindices.* Solumque id clericis vetarunt canones, ut in *Tarracinen. diei* 19. *Aprilis* proxime *elapſi §. Verum enim vero.*

Sed

Sed quia ea animi lenitate carent, qua altaris ministerio qui adhibendi sunt, proxime quantum fieri potest accedant ad mansuetudinem Christi, qui de se ait, *discite a me, quia mitis sum*, ac noluit ream mortis pronunciare mulierem adulteram. Etiam apud ethnicos sacra post effusum humanum sanguinem non attrectabantur. Ejus rei luculenta exempla profani scriptores sive historici, sive poetæ exhibent. *Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates, me bello e tanto digressum, ac cæde recenti attrectare nefas* apud *Virg.* In veteri lege *David* Rex templum ædificare prohibitus est: *multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo. Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus, & ipse ædificabit domum nomini meo Paralip.* 22. 8.

Facilis tamen de hisce *irregularitatibus* venia datur, si anteactæ vitæ mores diuturno experimento probati, ac non dubia spes affulgeat, quod opera, diligentia, & exemplo, utiles Ecclesiæ futuri sint, qui veniam petunt.

De admissione vero ad sacros ordines ejus, qui uxorem habet, receptum est communiter, quod si ambo conjuges ea ætate sint, quæ suspicionem non excludat, non admittatur, nisi uterque regularem statum in claustris profiteatur *cap. Episcopus 6. dist. 77.: sane si conjugati juvenes se consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut segregatæ mansionis cubiculo, religione promissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur.*

Hinc Sac. Congregatio in una *Veronen.*, in qua agebatur de muliere *ann.* 24., quæ vitam claustralem eligebat, relicto in sæculo viro ætatis 40. *ann.*, qui ad sacros ordines promoveretur, *die* 12. *Febr.* 1729. existimavit rescribendum *dilata*.

Quemadmodum neque vir senex admittitur, qui uxorem florenti ætate relinquat, nisi ea religionem ingrediatur *gloss. in cap. sane 6., & Innoc. Hostiensis, Abbas, & plene Fagnan. in cap. conjugatus de convers. conjug. Sanchez. de Matrim. lib. 7 disput. 32. num. 4., & Lesana cons. 30. num. 25., & 26.*

Admittitur certe, si ambo conjuges senes sint, licet mulier non ingrediatur religionem, dummodo ea tamen votum perpetuæ *continentiæ* emittat *Alexan. III. cap. 5. de conv. conjug. Nullus cojugatorum est ad Sacros Ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam profitente fuerit absolutus* ibique gloss. verbo *continentiam, quod dicitur hic intellige in eo casu, in quo esset senex, & sterilis, ita quod nulla est suspicio de uxoris incontinentia,* & D. Thomas *in 4. distinct. 37. quæst. 1. art. 2. ad 2. Uxorem de cujus licentia vir Ordinem Sacrum suscipit, teneri perpetuam continentiam vovere, non tamen teneri religionem ingredi, si sibi non timeat de incontinentiæ periculo.*

Speciale solummodo esset, si quis vivente adhuc uxore ad Episcopatum *ordinari* deberet. Tunc etenim etiam vetula

uxor

uxor religionem deberet profiteri, ut idem Alexander *ſeq. cap.6. eod. tit. auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne uxoratum præſumatis in Epiſcopum ordinare, niſi uxor prius profeſſa continentiam, ſacrum ſibi velamen imponat, & religioſam veſtem aſſumat.* Gloſſ. in verbo *ſacrum* inquit *ſed quid, ſi eſſet vetula, numquid ſufficit, ſi continentiam profiteatur? reſpondeo non ſufficit, niſi convertatur, & eſt ſpeciale in uxore Epiſcopi, alias contradiceret capitulo præcedenti: quidam dicunt, quod non ſufficeit, & eſt ſpeciale in Epiſcopo: credo quod ſufficeret, & hoc intelligitur de juvene.*

Summa itaque rei, de qua agitur, animadverſio eſt de ætate *Caroli Dominici, & Roſæ Magdalenæ.* Vir certe ſenex eſt, ſeptuaginta etenim annos habet: dubium eſt de muliere quinquagenaria tantum. Sac. Congregatio in una *Pariſien. 6. Maji* 1645. reſpondit: *ſi Sanctiſſimo Domino placuerit diſpenſationem petitam ſuſcipiendi Ordines Sacros de conſenſu uxoris concedendum eſſe Joanni de Moheron in forma tamen commiſſaria, verificatis ætate ipſius ſexaginta duorum annorum, & ætate uxoris quinquaginta octo annorum, quòdque ipſa emiſerit votum ſolemne caſtitatis in manu Archiepiſcopi Pariſienſis, & quod ex atteſtatione eiuſdem in dicta uxore ceſſet omnis incontinentiæ ſuſpicio, & ipſe ſit benemeritus Sedis Apoſtolicæ ob ſervitium præſtitum Sac. Congregationi de Propaganda Fide lib.17. decret. pag.471. a ter.*

De quinquagenaria exemplum deeſt. Videndum num eæ circumſtantiæ ſint, ut nunc primo dari oporteat, atque aliquantulum ſit temperandum rigori. Num ſaltem ad votum *continentiæ* adiicienda ſit conditio permanſionis in aliqua ſanctimonialium domo, cui in ſuis ipſis precibus mulier non repugnare viſa eſt. In *Barcinonenſi diei 28. Septembris* præteriti anni 1765. latiſſime de materia tractatum eſt. Poſtulatur

An, & quomodo, prævia Apoſtolica diſpenſatione ab irregularitate, ſit concedendum Carolo Dominico Iutz, ut aſcendere poſſit ad Sacros Ordines in caſu &c.

VITERBIEN. JURIS TUMULANDI. *Orioli*, quod oppidum diœceſis *Viterbienſis* eſt, in eccleſia S. Antonii *Reformatorum* S. Franciſci *Fauſtus Leoni ſibi, & familiæ ſuæ utriuſque ſexus conſtruxit ſepulcrum anno* 1754., in quo, & ipſe, & duo filii conditi ſunt. Defuncto *die 15. Februarii* 1764. ſacerdote *Dominico* alio filio, de eo ſepeliendo quæſtio orta eſt inter archipresbyterum parochum *S. Georgii* pro ſua eccleſia, & eccleſiam *S. Antonii*. Loci Vicarius mandavit exſpectari judicium Eminentiſſimi Epiſcopi, & *Seſs.25. cap.13. de Reform.*

interim, ſalvis juribus, ad eccleſiam parochialem ferri cadaver, ibique funere exacto deponi. Judicium ſupervenit Eminentiſſimi Epiſcopi contrarium eccleſiæ *Reformatorum*, qui inde reclamarunt, ac modo de ſuo jure, ut cognoſcatur, poſtulant.

Ajunt in eccleſia habere ſepulcrum a *Fauſto Leoni* pro ſe, ſuaque familia legitima auctoritate extructum. Ibi *Fauſtum* ipſum, duoſque filios tumulatos. De jure eſſe, ut in eò alius filius ſit tumulandus *cap.nos inſtituta* 1. *de ſepult.cap.*15. *qui* 3. *eodem tit. in* 6., *Barboſ. in cap. fraternitatem num.* 3. *eodem tit.*, *Gonzales in jus canon. lib.*3. *tit.*28. *cap.* 1. *num.*8., *& Rot. in Faven. juris tumulandi* 2. *Martii* 1733. §. 14. *cor. Calcagnino*.

Nec recedendum a regula juris propterea quod *Dominicus* fuerit ſacerdos, quodque in parochiali adſit deſignatum pro ſacerdotibus, & clericis ſepulcrum. Animadvertunt etenim non agi hic de ſacerdote, vel clerico addicto ſervitio eccleſiæ, vel in ea titulum beneficii habente, ut in ea ſepeliendus omnino ſit. De iis tantum ſenſiſſe DD. *Pignatel. conſ. canon.* 5. *num.*4. *tom.*8., *Ugolin. de offic.*, *& poteſt. Epiſc. part.* 1. *cap.* 17., *Rot. in Barcinonen. jurium parochialium* 13. *Januarii* 1730. §. 28. *coram clar. mem. Card. Aldrovando*.

Sed de ſacerdote nullo vinculo, ac nullo beneficio parochiali alligato. In hoc caſu præferendum eſſe ſepulcrum familiæ receptiorem, ac veriorem eſſe doctrinam *Reinfenſtuel lib.*3. *decr. tit.* 28. *de ſepult.* §.1. *num.*13., *Antonel. de regim. eccleſ. lib.*1. *cap.*12. §.1. *num.* 29., *Franceſ. de eccleſ. cathed. cap.*17. *num.*18., *Ventriglia in prax. eccleſ. annot.* 52. §. *unic. num.*24.. Hoc ipſum declaraſſe, cognita ex imperio Pontificis pleniſſime controverſia, Sac. Congregationem *Rituum* in una *Senogalien. jurium parochialium* 9. *Maii* 1705. *ad XV. dub.*

Proptereaque de primo diſtinctionis capite intelligendum eſſe *Rituale* Romanum *tit. de exequiis*, nec non reſolutionem Sac. Congregationis ſuper negotiis *Epiſcoporum*, *& Regularium* præpoſitæ, cæteroſque, qui generaliter de ſacerdotibus loquuntur, uti probat *Pignatel. conſult.* 5. *num.* 4. *tom.* 8.

Eccleſiam *S. Georgii* eſſe ſimplicem parochialem, & non *beneficiatam*, conſtitutam *de ſimplicibus presbyteris patrimonialibus*, ut videtur agnoviſſe ipſe Eminentiſſimus Epiſcopus, qui ſumma, ut ſolet, animi ingenuitate, faſſus eſt non habere locum legem ſynodi dioeceſanæ, quæ de *incardinatis atque intitulatis eccleſiæ* loquitur.

Perperam autem confugi ad conſuetudinem. Nullum de ea monumentum, nullamque ſervatis ſervandis inductam illius probationem juxta notiſſima requiſita; non ideo attendendam *cap. fin. de conſ. in* 6. *l.* 1. *quod non ratione ff. de legibus*, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 79. *num.* 10., *Rot. deciſ.*72.

cis. 72. num. 25. part. 2. divers. de cis. 913. num. 12. coram Cerro.

Eminentissimus Episcopus de re plenissime disserit : *quam exhibuerant PP. Minor. Reformati terræ Orioli hujus meæ Viterbien. diœcesis, quæstionem adversus ecclesiam illam parochialem, seu matricem S. Georgii super jure tumulandi cadaver defuncti sacerdotis Dominici Leoni, ut ex litteris ad me datis 18. elapsi mensis Maii, jamdiu pro meo sensu definiendam favore ecclesiæ matricis insinuaveram, prout iidem Patres reclamantes in supplici libello fatentur. Ab eadem, quam semel scripsi, sententia me non revocant rationes, quas ii Religiosi in præfato libello coacervant. Data enim etiam legitima extructione sepulcri majorum prædicti sacerdotis, adhuc apud Canonistas comprobatum novi ex Rituali Romano, & ex pluribus Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium resolutionibus, sacerdotes non esse sepeliendos in sepulcro majorum, quando in cathedrali, vel matrice adest proprium clericorum sepulcrum a laicalibus separatum. Ita post Ventrigliam adnot. 52. §. unic. num. 24. aperte Monacel. tit. 10. form. 13. num. 8., & latius in append. ad tom. 1. a n. 175.. Quæ quidem resolutiones adamussim congruere mihi videntur supradictæ S. Georgii ecclesiæ, quæ cum sit unica parochialis in eodem oppido, nomen etiam habet, ac qualitates matricis ecclesiæ, cui presbyteri omnes oppidani, tamquam receptitiæ, adscribuntur, & inserviunt, eique defunctus sacerdos speciali jure devinctus erat ex officio cantus Gregoriani, ac pulsationis organi. His accedit etiam consuetudo, quæ in hac mea Civitate, ad cujus regulam reliqua diœcesis oppida debent confirmari, nunquam interrupta viget, sacerdotes decedentes absque sepulturæ electione, tumulari in sepulcris earum ecclesiarum, quibus intitulati, vel adscripti sunt, non vero in majorum sepulcro, cum merito hac parte dispositionem juris communis tantopere prædicatam in eodem supplici libello, correctam remanere ex Rituali inviolate servando, & ex Sac. Congregationis Episcoporum sententia substineat idem auctor loc. cit. num. 177. §. quamobrem. Unum igitur tantum dubium adesse poterat, videlicet, an ea matrix ecclesia haberet nec ne sepulcrum separatum pro clericis? Verum id nedum a recurrentibus non impugnatur, sed & comprobatur abunde ex testimonio per quatuor testes subscripto, quod signatum litt. C. inter cetera ab archipresbytero ejus oppidi adducta documenta libentissime adnecto. Num Sacra ista Concilii Congregatio, ut recurrentes afferunt, huic consuetudini, ac legibus contrarium unquam pronunciavit, mihi profecto non liquet, neque in resolutionum thesauro ullam, quæ ad rem faceret, reperire mihi data est. Quid pro suis juribus tuendis archipresbyter, juxta EE. VV. mandatum, a me auditus attulerit, in ipsismet authographis pagellis exhibeo, precesque ipsas remitto.*

Rituale Romanum hæc unice habet : *clericorum, & sacerdotum sepulturæ cujuscumque ordinis a laicorum sepulturis sint separatæ.*

Antiquiſſima, & maxima apud omnes cultiores gentes cura de ſepeliendis mortuis fuit, ut non defuerit inſignis noſtra ætate philoſophus *Jo. Bapt. Vicus* Neapolitanus, qui eam ad unum ex tribus principiis conſtitutæ ab initio ſocietatis humanæ retulerit, non tantum ex neceſſitate, quantum ex pietate hominibus ab ipſa natura indita, ne defunctorum, & præſertim conjunctorum cadavera feris, avibuſque dilanianda relinquerent. Hunc ſenſum pene generalem apud bene conſtitutos populos non inepte aliquis revocaret ad occultam quamdam communem omnibus perſuaſionem de immortalitate animorum, qui ſupremos ſuæ memoriæ, ſuiſque oſſibus honores gratos, acceptoſque haberent; neque etiam poſt mortem abieciſſe omnem ſui corporis curam, ac deſiderium exiſtimarentur.

Ob eamque fortaſſe intimam humanitatis vocem, non minor unicuique ſollicitudo de ſuo cadavere humando, de eligendo ſepulturæ loco, de inferendo corpore, de ſuo ſepulcro ab aliis non violando. Ita ipſa Providentia factum, ut cæcutientes iidem inanium religionum varietatibus, ſuperſtitionibus, & deliramentis, aliquid de futuro aliquando cum ſuis exuviis commercio quaſi præſentirent, ut ita ad excipienda altius, quæ ſuo tempore reſeranda erant myſteria, & arcana legis proniores, aptioreſque hominum mentes invenirentur.

In votis præcipuum erat ne inſepulta manerent oſſa. Commune deſiderium apud ſuos condi. Ad infauſta referebatur indeploratum jacere *non inter nota ſepulcra*, *nec prope cognatos cineres*. Omnis veterum ſcriptura de ejuſmodi rebus pleniſſima eſt, Hinc omina *ſit tibi terra levis*, *tegaris molli arena*, *oſſa molliter cubent*. Hinc de his tot commenta poetarum, qui dum populo canunt, nationum ingenia, & ſenſum produnt. Hinc ubique per omnes fere terras tot monumenta excitata, tot familiarum ſepulcra extructa. Hinc monita ne extranei inferrentur, ne commoverentur, neve inquieterentur oſſa. Hinc impium inter ipſa belli, & victoriæ jura evertere monumenta, atque ipſorum hoſtium nudare manes. Qui de curandis, funerandis, ſepeliendis mortuis ritus apud bene inſtitutas gentes, moreſque varios noſſe amet, permultos, atque accuratos de ea re ſcriptores habet.

Romani de his diligentiſſime caverunt. Loca ipſa ſepulcrorum religioſa ſtatuernnt, ab ipſo commercio exemerunt, de iis violatis actionem popularem, quæ ad *ultionem publicam* pertineret, & *infamiam* irrogaret, fecerunt. Reos ſepulcrorum violatorum aliquando ſummo ſupplicio affecerunt. Ei, qui funeraſſet, perſecutionem impenſæ dederunt, *ne inſepulta jacerent oſſa*. Putarunt *religionis intereſſe monumenta extrui, & exornari*. Mortuos vero ne in urbe ſepelirent, neve ure-rent prohibuerunt, *ne funeſtarentur ſacra civitatis*, ut *Paulus* ait *lib. 1. ſent. 21.*, quod etiam de municipiis

piis ſervabatur, *ne municipiorum jura polluerentur*, ut in *leg.* 12. *cod. de relig.*, & *ſumpt. fun.*; & primis quoque chriſtianis temporibus uſu receptum fuit, ut ita *relinqueretur incolarum domicilio ſanctitas*, ut in *leg. 6. cod. Theod. de ſepulcr.*, donec conſtitutione Leonis in *novell. 53.* ſepulcra urbana, quæ ſenſim introducta erant, generaliter permiſſa ſunt.

Chriſtiani primum apud ſedes Martyrum ſepeliri cæperunt, deinde apud eccleſias publicas, ſed in *atrio*, *porticu*, *exedris*; in eccleſiam etenim inferri non licebat. Eſt *can.* 18. *cauſ.* 13. *quæſt.* 2. *nullus mortuus in eccleſia ſepeliatur, niſi Epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici.* Nempe *juſti homines, qui per vitæ meritum, talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſiverunt*, ut Sanctus *Theodolphus* Epiſcopus Aurelianenſis in epiſtola ad ſuos presbyteros ait. Inde facta *cœmeteria*. Inde de iis conſecrandis ſtato ritu inventæ cœremoniæ.

Hæc autem diſtinctio odioſa aliis, partim invidiæ, partim ambitionis cauſam præbebat. Quamobrem publicæ tranquilitati, & concordiæ animorum ex facto ipſo proviſum, ut in eccleſiis publicis, quæ populum haberent, omnes tumularentur. Hinc nativum jus eccleſiarum parochiæ, quæ primæ, & ſolæ, & publicæ, & populum habentes erant, ſuos ſepeliendi, & funerandi, qui in illis ſacramenta viventes receperant. Hinc parochos ordinarios exequiarum, aliorumque officiorum defunctis impendendorum miniſtros. Æquum etenim erat, ut qui curam viventium tulerat, ipſiſque loco patris fuerat, defunctos non deſereret, juſta perſolveret, locum ſepulturæ concederet, & ſicut pro vivis ſacrificia offerre debuerat, ita pro defunctis oraret. Non extra rem de qua agitur fortaſſe erunt ſuo loco omnia, quæ hic dicta ſunt.

Verum enim vero canones jus eligendi ſepulturam unicuique generatim conceſſerunt *cap. nos inſtituta* 1. *cap. fraternitalem* 3. *cap. cum liberum* 6. *cap. cum ſuper* 8. *de ſepult.*

Non electa tamen ſepultura, ſtatuerunt cuicumque eccleſiæ præferendam eam eſſe, in qua eſſet ſepulcrum majorum. Ante oculos habenda eſt ſanctio Leonis III. *in eod. cap.* 1. *Nos inſtituta majorum patrum conſiderantes, ſtatuimus unumquemque in majorum ſuorum ſepulcris jacere, ut patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere ſepulturam, & etiam alienam, Dominus enim, & Magiſter alienam elegit, ut propriam. Sed quia dignus eſt operarius mercede ſua, tertiam partem ſui judicii illi eccleſiæ dari cenſemus, in qua cæleſti pabulo refici conſuevit, ut juxta Apoſtolum, ſint conſolationum ſocii, ut fuerunt paſſionum.*

Nec non alia Bonifacii *cap.* 3. *eod. tit. in* 6.: *is, qui habet domicilium in civitate, vel caſtro, quandoque ad villam ruralem ſe transfert recreationis cauſa, vel ut ruralia exerceat in eadem, ſi non electa ſepultura decedat ibidem, non in eccleſia dictæ villæ, ſed in ſua parochiali, vel in ea potius, in qua majorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit, ſepeliri debebit.* Du-

Dubitatum quandoque eſt de canonicis, aliiſque ſervitio cathedralis, vel collegiatæ addictis, qui ſepulcra majorum haberent. Hi certe infirmi a parocho domicilii ſacramenta percipiunt, ut in *Mantuana juriſdictionis* 16. *Martii* 1689. *ad IV. dub.*, *in Tiburtina juris adminiſtrandi Sacramenta*, *& funerandi* 12. *Mais* 1685., *in Tolentina jurium parochialium* 11. *Septembris* 1694., *in Narnien. jurium parochialium* 26. *Septembris* 1699., *in Eugubina jurium parochialium* 12. *Februarii* 1729., *in S. Severini præeminentiarum* 13. *Martii* 1756. *ad VII. dub.*

Attamen communiter diſtinctio obtinuit, quod quando alibi ſepulturam non elegerint, & in eccleſia ſervitii ſepulcrum ſit peculiare, & diſtinctum pro iis, qui inſerviunt, eo inferantur: ſi non adſit, in ſepulcro majorum tumulentur. Clariſſime Sac. Congregatio hanc legem dixit *in Tiburtina juris adminiſtrandi Sacramenta* 12. *Maii* 1685.. Nam propoſito *an canonicus eccleſiæ cathedralis inſimul*, *& parochialis, habitans in domo ſita intra fines alterius parochiæ*, *ex quo dicta eccleſia cathedralis caret ædibus canonicalibus*, *teneatur in ultima infirmitate recipere ſacramenta a parocho eccleſiæ cathedralis, vel potius a parocho domicilii*, II. *an idem canonicus decedens non electa ſibi ſepultura, debeat ſepeliri in eccleſia cathedrali*, *vel in parochia domicilii*, *vel potius in eccleſia*, *in qua adeſt ſepulcrum ſuorum majorum*, reſpondit ad I. *teneri recipere a parocho domicilii*, ad II. *in cathedrali*, *ſi in ea ſit ſepulcrum proprium canonicorum*, *ſin minus in ſepulcro majorum.. his vero non exiſtentibus*, *an cadaver canonici ſit ſepeliendum in eccleſia cathedralis*, *vel parochiali*, *in alia Congregatione videndum*.

Maxima autem dubitatio nonnunquam orta eſt de iis, qui ſervitio eccleſiæ addicti non ſunt, an in ſepulcro majorum, vel potius in parochia eccleſiæ, in qua adſit proprium presbyterorum, & clericorum ſepulcrum, ſint tumulandi. Primam opinionem tuentur *Antonel. de regim. eccleſ. lib* 1. *cap.* 12. *num.* 29., *& 32.*, *Tondut. quæſt. benef. cap.* 114. *num.* 14., *Ventrig. in prax. part.* 1. *annot.* 52. *§. unic. num.* 24., *Barboſ. de jur. eccleſ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 33., *Franceſ. de eccleſ. cathed. cap.* 17. *num.* 18.. Secundam *Samuel. de ſepult. diſp.* 5. *tract.* 1. *controv.* 9. *concluſ.* 20. *num.* 30., *Nicol. lucub. can. lib.* 4. *tit.* 25; *de ſepult. num.* 15., *Matheuc. off. cur. quoad ſepult. cap.* 48. *num.* 11., *Paſſerin. de ſtat. hom. tom.* 2. *queſt.* 187. *num.* 325., *& Monacel. tom.* 1. *tit.* 2. *form.* 4. *num.* 17.

Variarunt quoque Sacrarum Congregationum ſententiæ. Favore parochialis, in qua adſit ſepulcrum, reſpondit Sac. Congregatio negociis *Epiſcoporum*, *& Regularium* præpoſita in una *Senogallien.* 13. Maji 1650. apud *Nicol. tom.* 1. *lucub. civil. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 23. : *clericus non ſepelitur in ſepulcro majorum*, *quando in Cathedrali*, *vel matrice adeſt proprium clericorum ſepulcrum a laicalibus ſeparatum*, *& in Foroſempronien.* 1. *Septembris* 1690.

Se-

Sepulcrum autem majorum eſſe præferendum deinde edixit Sac. Congregatio Rituum in alia *Senogallien.* 9. *Maji* 1705. in qua propoſito *XV. dub.* an *cadavera presbyterorum, ſive clericorum decedentium abſque electione ſepulturæ, & habentium ſepulcrum ſuorum majorum in eccleſiis Regularium, debeant ſepeliri in dicto ſepulcro majorum, ſeu potius in eccleſia parochiali, & in ſepulcro clericorum* reſcriptum eſt: *in ſepulcro majorum.*

Enim vero non defuit qui dixit in hac varietate adhærendum eſſe potius Sac. Congregationi *Epiſcoporum, & Regularium*, quam poſteriori reſcripto Sac. Congregationis *Rituum I. quia agitur non de ritu ſepeliendi, ſed de jure funerandi, quod declarare, ad quem ſpectet, potius ad Sac. Congreg. Epiſc., & Regul. quam Rituum noſcitur pertinere ex Bulla erectionis Sixti V. la* 74. §. *jam vero. II. Quia ſicut laicis non electa ſepultura proviſum fuit a jure in cap.* 4. *de ſepult. in* 6., *ut ſepeliri debent in ſepulcro majorum, ita clericos ſic decedentes ut in ſepulcro clericorum in cathedrali, vel matrice eccleſia conſtruendo, ſive ſint intitulati, ſive non, ſepeliri debere ſtatuitur in Rituali Romano auctoritate Apoſtolica Pauli V. conſt.* 85. *confirmato, & evulgato. Monacel. tom.* 4. *tit.* 1. *form.* 13. *lib.* 1. *num.*209.

Nihilo tamen minus *Rota in Hydruntina ſepulturæ* 27. *Novembris* 1713. *coram Anſaldo deciſ.*633. de re univerſa ſumma maturitate cognovit, ac tum reſolutionem Sac. Congregationis *Epiſcoporum, & Regularium*, tum *Rituale* Romanum ante oculos habuit, dixitque: *verum nec prædictam Ritualis Romani ſanctionem, nec Sac. Congregationum decreta, nec allatas auctoritates adverſari in hodierno caſu memoratorum textuum diſpoſitioni DD. firmiter exiſtimarunt, opinantes, quod ea omnia locum tantum habere valeant, quoties ageretur de ſacerdotibus, aut clericis perpetuo eccleſiæ illius ſervitio addictis, & titulum in ea retinentibus, ſeu beneficiatis. Tunc enim cum tales clerici ita ſunt coniuncti cum ſua eccleſia, ut ſint cum illa cor unum, & anima una, ut addict. text. in cap. requiſiviſti §. ſecus autem de teſtam. in propoſito firmat Frances de eccleſ. Cathedr. d. cap.*17. *num.*17. *Æquum etiam videtur, ut ij omnes clerici, quos cum eadem eccleſia unicum vinculum devinxerat, & quorum viventium una mens in Domino erat, ita poſt eorum obitum, nec inter ſe ſeparentur, ſed in communi ſepulcro ad id præciſe deſtinato inſimul condantur.*

Quapropter propoſito dubio: an, *& qui clerici, vel ſacerdotes in Terra S. Petri Galatinæ decedentes ſine electione ſepulturæ tumulandi ſint in ſepulcro capituli, ſeu clericorum, ſeu potius in ſepulcro majorum* reſpondit: *clericos S. Petri Galatinæ decedentes ſine electione ſepulturæ tumulandos eſſe in ſepulcro majorum, ſuſpenſo quoad ſacerdotes judicio, quod alteri particulari examini reſervavit.*

Sacra Congregatio nunc primum de hac controverſia cognoſcit,

ſcit, de qua alias, quod ſciatur, judicavit nunquam. At vero ubi deficit lex, intrat ratio. Itaque intime res omnis rimanda, perſcrutanda, & introſpicienda eſt. Huc redeunt, quæ dicta ſunt, quod licet eccleſiæ parochiæ jus certum, & indubitatum de ſuis ſepeliendis filiis habeant, attamen benignitas canonum, relicto aliquo emolumento parochis ad compenſanda onera, quæ tulerant, providentiſſime indulſit hoc humanitatis ſanc, & pietatis ſolatium morientibus, ut unuſquiſque quam magis eccleſiam coluit, ac reſpexit vivens, in ea ſibi eligat ſepulturam mortuo. Si electio expreſſa eſt, dubitatio ceſſat omnis. Quæſtio eſſe poterit ſi expreſſa non adſit, ſed tunc ex ipſis juris principiis intrare debet tacita, ſive præſumpta.

Hinc parochiali nativum jus habenti prævalet ex canonum lege ſepulcrum familiæ; præſumptio eſt enim unumquemque ad veterem totius familiæ voluntatem ſe conformaſſe. Quod adeo verum eſt, ut priſcum familiæ, & aſcendentium ſepulcrum ipſi novo paterno ſepulcro ſit præferendum *gloſſ. in cap. is qui* 13. *de ſepult. in* 6. verb. *ſub antiquo*. *Familiæ ritus, patriumque ſervanto* ait *Cic.* 2. de *leg.* 51. Creditum eſt profecto voluiſſe defunctum, quod omnes voluerunt ex ea familia, cujus germen erat, & cum qua illam ſocietatem retinuit, quæ intima, & conjunctiſſima, & prima omnium humanarum ſocietatum certe fuit, *civitas enim*, ut ait Plutarchus, *corpus quoddam ex familiis conflatum eſt*.

Atque hinc ſepulcro familiæ præfertur ſepulcrum proprium officii, & ſimul collegatæ ſocietatis eccleſiaſticæ; *cum tales ita ſint conjuncti cum ſua eccleſia, ut ſint cum illa cor unum, & anima una*, ut dixit Rota in *Hydruntina*. Voluntati enim familiæ prævalet voluntas, quæ propria morientis legitime exiſtimatur. In familia enim ſumus vel inviti, alterius ductu adoleſcimus, alieno arbitrio inſtituimur, erudimur. Societas alia, quam pro noſtro lubitu coimus, in quam ſponte ingreſſi ſumus, noſtra ex voluntate eſt, ejus leges libere adoptamus, pacta ſocialia ſervanda recipimus. Ac propterea, niſi diverſam voluntatem aperte manifeſtemus, voluntas collegii noſtra dicitur, & præſertim collegii ad cultum religionis, & caritatem fovendam inſtituti. Hinc merito ſepulcrum collegii, quod noſtrum peculiare eſt, antefertur ſepulcro familiæ.

Verumtamen ex ipſiſſima ratione hæc voluntas, ſive præſumptio voluntatis, locum habet tantummodo ſi proprium, & peculiare ipſius eccleſiaſticæ ſocietatis ſepulcrum ſit. Nam alias ſi ſepulcrum ſuum ſocietas ſibi non condiderit, dici nequiret, quod qui erat in collegio cooptatus, qui ejus pars erat, collegii voluntatem de ſepulcro, quod non extat, fecerit ſuam, ac moriens eam probaverit, confirmaverit-que.

Ra-

Reque vera Sacra Congregatio in *Tiburtina*, ſi non adeſſet hoc proprium, & peculiare a collegio conſtitutum ſepulcrum, dubitavit an ſola præſumpta affectio canonici erga eccleſiam, cui inſervierat, derogaret de jure eccleſiæ parochialis, ac ſententiam diſtulit. Neque ex alia fortaſſe ratione, quia non videbatur canonicus ibi ſepulturam elegiſſe, ubi proprium pro conſortibus ſepulcrum non exiſtebat.

Quando hæc omnia vera ſint, videndum primo an *Dominicus* in parochiali *titulum non retinens*, aut *beneficiatus*, reputari debeat *perpetuo ſervitio eccleſiæ addictus*, *cum eaque ita conjunctus*, *ut eſſet cum illa cor unum*, *& anima una*, *& cum aliis unico vinculo*, *& unica mente cum eadem devinctus*, ut voluit *Rota*. Multis certe in locis ex optima diſciplina, & præcipue ex providentia Epiſcoporun, cuncti ex oppido eccleſiaſtici certis diebus ad aſſiſtendum divinis in eccleſiam conveniunt, qui neque *titulum* in ea habent, nec *perpetuum vinculum*, nec plerumque de ejus reditibus ullum capiunt emolumentum. Advertendum ne hoc ſervitium multo magis extendatur, quam patet, & ne argumentum, quod inde ſumi debeat, fortaſſe probet nimis; atque aliis innumeris eccleſiis, quæ ſepulcra familiarum habent, damnum inde maximum inferatur.

Certe Concilium ſanxit, *ut nullus ordinetur*, *qui illi eccleſiæ*, *aut pio loco*, *pro cujus neceſſitate*, *aut utilitate aſſumitur*, *non adſcribatur*, *ubi ſuis fungatur muneribus*. Non ideo tamen hi eccleſiæ *adſcripti*, qui in ea ſuis funguntur muneribus, collegium fortaſſe viderentur facere, niſi ea accederent, quæ ad legitimum conſtituendum collegium neceſſario requiruntur. Alioquin nulla diſtinctio eſſet de collegiis *canonicorum*, *beneficiatorum*, *manſionariorum*, aliorumque ejuſmodi, quæ legitima auctoritate conſtituta vera collegia ſunt. In eadem *Hydruntina*, in qua agebatur *de deſcriptis in tal ella*, *& participantibus de aliquibus emolumentis intuitu aſſiſtentiæ perſonalis*, Rota dixit, *quod hæc nullum præbent unionis*, *aut matrimonii vinculum cum eadem eccleſia*, *eo quia tales rationes non militant*, *niſi inter eccleſiam*, *& clericos beneficiatos perpetuo ejuſdem ſervitio devinctos*. Ejuſmodi etenim ſepulcra plerumque ſunt condita pro *ordine*, *& ſtatu clericali* indiſcrimatim, ut a laicis diverſa ſint; adeout etiam peregrinus, & advena ſacerdos inibi tumulandus eſſet.

Quando autem nullo certo jure cadaver *Dominici* in parochiali ſit neceſſario condendum, videndum quid de jure præſumi debeat de voluntate ejuſdem nulli collegio, & peculiari perpetuæ ſocietati adſtricto, & qui *Fauſtum* patrem aſpexerat paucis ante annis ſepulcrum pro familia conſtruere, atque in eo mortuum patrem, & fratres condi viderat.

Huc recidunt, quæ præmiſſa ſunt de communi voto apud ſuos majores ſepulturam habendi. Ait Cicero: *ſanguinis conjun-*

filio, & benevolentia devincit caritate homines: magnum est enim habere monumenta majorum, iisdem uti sacris, sepulcra habere communia, lib. 1. *de offic.* . Extat *textus* Scevolæ: *peto a vobis, sive in provincia, sive in via aliquid mihi humanitus acciderit, corpus meum curetis in Campaniam, & monumentum filiorum meorum reportari l.* 30. *de adim.*, *& transfer. legat.* §. *Seja*, Perplura ejusdem rei documenta ab ultima antiquitate historia profana exhibet *Justin. Polib. Curt.*

Apud pristinæ legis Patriarchas solemne hoc erat, *ut apponerentur ad patres suos. Jacob* dixit *Joseph* filio: *si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub fœmore meo, & facies mihi misericordiam, & veritatem, ut non sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque me in sepulcro majorum meorum; cui respondit Joseph: ego faciam, quod jussisti. Et ille jura ergo inquit mihi. Quo jurante adoravit Israel Deum, conversus ad lectuli caput Gen.*47.: & moriens postea præcepit filiis dicens *sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hæthei Gen.* 49. Ipse autem Joseph moriens adjuravit fratres: *asportate ossa mea vobiscum de loco isto Gen.*50.24.

Similiter, & de aliis. Tobias dicit filio: *cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus, & cum ipsa compleverit tempus suum sepelias eam juxta me in uno sepulcro*, ut refertur etiam in *can. Ebron* 2. *caus.* 13. *quæst.* 2. Imo pro maledicto apud ipsos habebatur in sepulcro majorum non condi. Dictum est Prophetæ, qui contra præceptum Domini comederat in *Bethel, non inferetur cadaver tuum in sepulcro patrum tuorum*, 3. *Reg. cap.* 13.

Ad hoc commune humanitatis, & pietatis erga suos votum respexerunt canones. Potissimum ejus de causa, uti dictum est, libertatem electionis non sustulerunt, imo sepulcrorum libertatem hac primum ratione apertissimam concesserunt, ac de jure parochialium ecclesiarum derogarunt expresse.

Revocatis itaque in mentem, quæ sunt expensa huc usque, considerandum modo esset in causa, de qua agitur, quid præsumi debeat, quando hæc voluntas morientis eruenda, ac servanda sit. Num maluerit *Dominicus* apud patrem, fratresque condi, quam apud indistinctos, ignotosque cineres aliorum, quos ignorabat, & quibuscum nullam certam, & perpetuam societarem habuerat. Considerandum, num secundum hanc voluntatis præsumptionem, ex certa lege canonum, qui has regulas constituerunt, de ejus sepulcro, de quo disceptatur, omnino sit judicandum.

Quæ longiori sermone hæc omnia dicta sunt, apponi forsitan debuissent extra causam ad *extremum folii*, loco *dissertationis*, ut alias fieri consuevit. Verum *Secretarius* suum morem retinuit, qui refert, quæ dixerunt partes, ac fere in qua-

libet

bet cauſa, ſi *quæ deſunt advocatis*, *ut ſuppleat*, de ſuo profert, quæ ex utraque parte eſſent dicenda; adjungitque ad dilucidandum judicium quæ opportuna videri poſſunt.

Cauſam hanc igitur, ſi de re hujus ſepulcri ſpectetur, parvi quidem momenti, ſed inter *Sacrarum Congregationum*, *Rotæ*, & *juriſtarum* variantes ſententias, nunc primum a Sacra Congregatione dijudicandam, EE. Patres pro ſua doctrina, & qua ſolent maturitate expendent, ut reſponſum dent, quod omnibus erit deinceps pro lege. Proponitur

An cadaver ſacerdotis Dominici Leoni depoſiti in eccleſia parochiali Orioli ſit reſtituendum cum omnibus emolumentis funerariis, & humandum in eccleſia S. Antonii PP. Reformatorum, in ſepulcro familiari, ſeu majorum in caſu &c.

Die Sabbati 31. *Maji* 1766. *in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.*

CONgregatio *diei* 10 *hujus menſis* ſex cauſis reſponſum dedit. Reliquæ hic deſcribuntur.

Seſs.25.cap.13. de Reformat., & ſeſs.25. cap.4. de Reformat.

URBEVETANA.

An canonici capitulares collegiatæ eccleſiæ S. Chriſtinæ teneantur coadjuvare præpoſitum in exercitio curæ animarum, & præcipue in aſſiſtendis moribundis, in caſu &c.

Affirmative in caſu neceſſitatis tantum, ſervato in reliquis ſolito, & amplius.

Seſs.24. cap.1. de refor. matrim.

CONSTANTIEN.

An, & quomodo, prævia Apoſtolica diſpenſatione ab irregularitate, ſit concedendum Carolo Dominico Iatz, ut aſcendere poſſit ad Sacros Ordines, in caſu &c.

Conſulendum Sanctiſſimo pro diſpenſatione ab irregularitate, & pro facultate in caſu, de quo agitur, aſcendendi ad ſacros ordines, emiſſo per Roſam voto perpetuæ continentiæ, nec non permanentiæ uſque ad obitum viri in aliqua religioſa domo ſub approbatione Eminentiſſimi Archiepiſcopi.

Seſs.25.cap.13. de Reform.

VITERBIEN. JURIS TUMULANDI.

An cadaver ſacerdotis Dominici Leoni depoſiti in eccleſia parochiali Orioli ſit reſtituendum cum omnibus emolumentis funerariis, & humandum in eccleſia S. Antonii PP. Reformatorum in ſepulcro familiari, ſeu majorum, in caſu &c.

Affirmative, reſervata quarta parocho, & amplius.

FIR-

FIRMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Ex fructibus ſuorum cenſuum *Angela Eleonora Morroni* Firmana dotem monaſticam reliquit puellis ex ſex nominatis familiis: ſi non extarent, ex aliis tribus familiis: poſtremo loco puellis ex tota Firmana nobilitate, dato primogenitis ſex illarum familiarum jure eligendi. *Seſs. 24. cap. 1. de Reform.*

Quadriennio poſt ſan. mem. Benedictus XIII. indulſit, ut pecuniæ infructuoſæ ex perceptis fructibus, quæ reperirentur depoſitæ, vel non adhuc exactæ, ſi nulla eſſet puella, quæ edicto per menſem antea monita dotem monaſticam peteret, ad *ſcut.* 500. converti poſſent in dotem puellarum, quæ in ſæculo nuberent, ſervato ordine vocationis.

Anno 1755. *die* 18. *Septembris* Antonius *Graſſius* unus ex ſex primo vocatis familiis, cum conſenſu aliorum quinque, ceſſit Dominico *Raccamadori*, qui cum Franciſca *Graſſi* filia nuptias contrahebat, *tutte, e ſingole ragioni, che ad eſſo competono, per la conſecuzione di ſcudi* 500. *dall'eredità di Leonora Morroni in titolo di ſuſſidio dotale per le femine di ſua famiglia, con queſto però, che egli intende cedere le ſudette ragioni tali, quali ſono, e ad eſſo appartengono, ſenza però obbligo alcuno d'evizione tanto generale, che particolare, perche così per patto &c.*

Die 15. *Maji ſequentis anni* 1756. edicto monitæ ſunt puellæ ad petendam monaſticam dotem, ad quam non comparuit niſi *Thecla Ruffo die* 5. *Februarii anni* 1757.

Controverſia hinc orta eſt inter *Theclam*, & *Franciſcam*, atque etiam primogenitos familiarum, qui objiciebant non extare pecunias. Itaque *die* 28. *Februarii* 1761. diſputatum eſt *I. an ſit locus favore Theclæ Ruffo aſſecutioni ſubſidii dotalis pro ejus monachatione juxta mentem piæ matronæ Eleonoræ Morroni; II. an, & a quo tempore ſit locus aſſecutioni ejuſdem ſubſidii dotalis juxta chirographum ſanctæ memoriæ Benedicti XIII. pro conjugio temporali inito a Franciſca Graſſi Raccamadori.* Verum Sacra Congregatio de re adhuc non liquere cenſuit, reſcripſitque *dilata*, & *Archiepiſcopus mandet confici ſtatum*.

Scriptum eſt de ſtatu firmando. Sed non diſtincte, neque dilucide venerunt omnia, ut erat opus, ad quæſtionem enodandam, ac finiendam. Hinc *die* 18. *Auguſti* 1764. neceſſarium eſſe creditum eſt, ut ſcriberetur iterum, ac de purgando ſtatu lex daretur apertior, & clarior, reſponſumque eſt: *dilata, & firmetur ſtatus juxta inſtructionem*, uti factum eſt.

Ante omnia videnda ſunt *folia diei* 28. *Februarii* 1761., & 18. *Auguſti* 1764., in quibus fuſe de facti ſpecie, ac de partium rationibus hinc inde habetur.

Poſtmodum ante oculos habendus eſt ſtatus, quem novus Archiepiſcopus dudum miſit. Refert primum de patrimonio univerſo a teſtatrice relicto in ſum. *ſcut.* 9547. 91., ſed

ſed partim debitorum inopia, partim adminiſtratorum indiligentia imminutum fuiſſe in *ſcut.* 703. 16., quæ patrimonio reſtituenda ſunt. Reliquam tamen eſſe ſummam in *ſcut.* 611. 69., quæ ſecundum voluntatem teſtatricis diſtribui debent. Deinde de controverſia ſuum ſenſum aperit, ut ex pleniſſima *relatione diei* 10. *Decembris* 1765.

Teſtatrix voluit, *che tutti i frutti de' miei cenſi ſi eroghino in benefizio, e dotazione della pura, e ſemplice dote ordinaria ſpirituale per il primo sborſo, e reſto del noviziato ſolamente per le figlie, femine legittime, e naturali &c., che vorranno farſi monache.*

In chirographo Benedicti XIII. habetur, *che occorrendo il più delle volte, come in niuna di dette famiglie nominate, e reſpettivamente chiamate vi ſiano zitelle, eſſi ſupplicanti per adempire in ogni poſſibil modo la diſtribuzione di detta dote, atteſo che li frutti, e rendite de' capitali ereditarj a tal fine deſtinati ſi trovano infruttuoſamente depoſitati &c. concediamo facoltà in tutti i caſi, ne' quali nelle di loro ſteſſe, e proprie famiglie, e diſcendenze, o nelle tre famiglie di Ludovico Evangeliſta, o Marino Catalani, e M. Federico Nobili, e loro primogeniti in infinito capaci per una ſol volta per ciaſcuna diſcendenza di detta dote, o in tutte le altre famiglie di caſe nobili povere, e miſerabili di detta città di Fermo, precedendo però riſpetto a queſte le publiche notificazioni da affiggerſi per un meſe prima, e regiſtrarſi negli atti della curia Arciveſcovile, non vi foſſe alcuna zitella, che voleſſe farſi monaca in uno de' monaſterj di detta città, o ſua diocesi, e goder la dote monaſtica ordinaria della ſudetta Moroni teſtatrice, e non altrimente, nè in altri caſi, di poter liberamente convertire in perpetuo la ſomma di ſcudi 500. di dette rendite, che in tali caſi, e tempi ſi troveranno depoſitate, o maturate, anche in aſſegnare la dote temporale alle zitelle figlie tanto deſcendenti dalle prime ſei famiglie di eſſi ſupplicanti, quanto dalle tre famiglie ſudette in ſecondo luogo chiamate, quanto anche di tutte l'altre famiglie nobili povere, e miſerabili di detta città in terzo luogo conſiderate dalla teſtatrice, ſervando però ſempre l'ordine prelativo, e ſucceſſivo, ed altre cautele preſcritte dalla medeſima nel ſopraccennato ſuo teſtamento, e non in altra forma.* Non inutiliter fortaſſe hæc omnia iterum oculis ſubjicienda erant.

Perpendendum itaque, num pecuniæ, quæ non extent, promitti poſſint, etiam ad dotem monaſticam, pro tempore, quo dum extabunt, aliæ fortaſſe adſint puellæ, quæ ſuo tempore, & tanquam ſuas ex clara voluntate teſtamenti eas repetent. Num multo minus id poſſit fieri pro dotibus in ſæculo, contra teſtamenti literam, & ex unico privilegio Pontificis, qui de teſtamento non derogat, niſi præciſe ad deſignatas pecunias, atque inutiliter retinendas, *e non altrimenti, nè in altri caſi, e non in altra forma.*

Quid contra hæc valere poſſit exemplum aliquod datum fortaſſe

raſſe ab eo, qui non juſtam derogandi poteſtatem habebat. & contra expreſſam voluntatem,& expreſſam legem. Quid valeat bona fides promiſſionis factæ ſponſo *Franciſcæ*, cui alia ſc.1500.a ſocero dabantur,& cui ſane nihil aliud,ac ſine ulla prorſus evictione, ceſſum fuit, niſi, quodcumque eſſet, illud jus conſequendi *ſc.500.*, quod incertum omnino erat, cum neque tunc temporis edictum editum eſſet ad vocandas puellas, quæ dotem monaſticam petere potuiſſent.

Quæ pars ſive benignitatis, ſive arbitrii eſſe in judiciis poſſit de re aliena, & ex clara lege ad alias fortaſſe pertinente, quæ nunc extant, puellas, ſi vitam ducere in clauſtris optent, de quibus nihil ſcitur, cum in ipſa *relatione* habeatur, dum de *Thecla* verba fiunt: *dicam unice hujuſmodi Theclæ moram tanti ad minimum eſſe faciendam, ut in omni caſu edicta iterum promulgari, eamque inter comparentes eligi oporteret, quæ rebus omnibus conſideratis, dignior præ cæteris videretur*. Num de iis puellis ſit neceſſario inquirendum, atque hoc tempore, quo, purgata jam hæreditate, eaque etiam redintegrata, nunc primum dos monaſtica dari poteſt, edictum ſit publicandum ad eas monendas, & invitandas, quæ fortaſſe tacent, quia ſpem non habent,

EE. PP. pro ſua doctrina, & æquitate perpendent omnia. Eadem, quæ propoſita fuerant, nunc dantur dubia

I. *An ſit locus favore Theclæ Ruffo aſſecutioni ſubſidii dotalis pro ejus monachatione juxta mentem Eleonoræ Morroni in caſu &c.*

II. *An, & a quo tempore ſit locus aſſecutioni ejuſdem ſubſidii dotalis juxta Chirographum S.M. Benedicti XIII. pro conjugio temporali inito a Franciſca Graſſi Raccamadori in caſu &c.*

Ad I. Dilata. Ad II. Negative, & affigantur edicta, & amplius.

BRICTINORIEN., SEU NULLIUS S. RUPHILLI JURIUM PAROCHIALIUM. De ſepelienda puella, quæ in monaſterio *S. Joannis Baptiſtæ Fori Pompilii* in *Æmilia* educationis cauſa degebat *Maria Sibonia*, controverſiam contra monaſterium, & parochum *S. Petri* excitavit *vicarius abbatialis* parochiæ *S. Ruphilli*, quæ ad capitulum Vaticanum pertinet. Proviſum eſt interea, ut cadaver in eccleſia monialium deponeretur. Nunc de controverſia cognoſcitur. *Seſs.25. cap.13. de Reform.*

Præmittit *vicarius abbatialis* jam non probari electionem ſepulturæ factam a puella ex teſtimonio *duarum monialium*, ſive *medici*, & *confeſſarii*, qui ab ipſis monialibus audierunt. Adiicit electionem, ſi facta eſſet, non legitimam, atque ir-

irritam fuiſſe ; propterea quod non licet in monialium eccleſiis eligere ſepulturam *Pignatel. conſult.* 179. *tom.* 4. *n.* 1., *Vrſai. diſcept. eccleſ. tom.* 2. *part.* 2. *diſcept.* 30. *num.* 24. neque etiam puellis, quæ in monaſterio educantur *Mattheuc. oſſ. cur. cap.* 32. *num.* 8., cum in parochiali omnino tumulandæ ſint *Pignatel conſult.* 63. *tom.* 7. *num.* 12., *Scarfant. ad Ceccoper. addit.* 48. *num.* 52., & 55., etiamſi a capellano monaſterii ſacramenta receperint *Paſſerin. dicta quæſt.* 187. *art.* 4. *num.* 229., *Monacell. form. reg. tit.* 13. *num.* 90. *tom.* 2.

Multa verba habet de monaſterio, quod intra fines parochiæ *S. Ruphilli* indubitate cenſendum ſit. Hinc concludit reſtituendum eſſe cadaver, quod depoſitum, non conditum eſt, cum omnibus emolumentis funeris *cap.* 5., & 6. *de ſepul.*, *Pignatel. conſult.* 176. *tom.* 4., & *Sac. Congregatio in Romana emolumentorum funeralium* 28. *Julii* 1731.

De reliquo, etſi electio ſepulturæ probaretur, vel ſubſtineretur, negandam non eſſe quartam canonicam. Poſtulatque declarari jus ſibi agendi functiones parochiales eo ſaltem caſu competiiſſe.

Contra vero monaſterium, cui pro tuendis ejuſdem juribus, ac epiſcopalis juriſdictionis finibus, accedit *promotor* curiæ *Briclinorienſis*, contendit electionem ſepulturæ ſatis, ſuperque probatam eſſe ex affirmatione *duarum monialium*, ac *medici*, & *confeſſarii* ; cum ſola *confeſſarii* ſufficeret *Vrſay. diſcept. tom.* 8. *part.* 1. *diſcept.* 4. *num.* 6., & *Rot. in Romana juris tumulandi* 5. *Maji* 1703. §. *plures cor. Priolo*.

Ambigi autem non poſſe *Mariam*, quæ in monaſterio educabatur, potuiſſe eam ſepulturam eligere. Ejuſmodi puellas in familia monaſterii eſſe, ſub ejuſdem regulis vivere, communem vitam cum monialibus agere, commune habere poſſe ſepulcrum *Paſſerin. de ſtat. hom. quæſt.* 187. *art.* 4. *n.* 228. *Capon. diſcept.* 130. *num.* 70.

Maxime ex conſuetudine, quæ de ea re habetur generaliter in diœceſi *Rot. in Majoricen. præeminentiarum*, & *funeris* 13. *Julii* 1746. §. *finali coram Millino*. Multoque magis quia in ſynodo diœcæſana præſcriptum id extat *Rot. in Placentina juris tumulandi* 3. *Junii* 1757. §. 3. *cor. Paracciano*.

Quamobrem certat non eſſe reſtituendum cadaver, neque emolumentum ullum *Rot. in Romana funeris* 19. *Junii* 1747. §. *fin. coram Vicecomite*. Præſertim ex contraria conſuetudine, quæ inibi viget, nulli quartam canonicam præſtandi *Rot. in Auximana, ſeu Æſina quartæ funeralis* 13. *Maji* 1765. §. 6. *coram Riminaldo*. Cæteroquin de functionibus funebribus, quocumque caſu, pertinuiſſe ad *confeſſarium Pellizar. de monial. cap.* 10. *num.* 233. §. *quod*, *Scarfant. ad Ceccop. in addit.* 48. *num.* 90., & *ſeq. tom.* 3.

At, quod præcipuum caput quæſtionis eſt, plurima conglobantur de monaſterio ad jurisdictionem *abbatiæ* non pertinente. Cumulantur teſtes, *viſitationes* Epiſcoporum, qui *moniales* admi-

miſerunt, qui *pontificalia* exercuerunt ſine ullius venia, *confeſſarios* dederunt, omniaque egerunt, quæ non ad qualitatem *vicinioris*, neque ad juriſdictionem *delegatam* referri poſſunt *Rot. in Converſana juriſdictionis ſuper territorio ſeparato* 14. *Junii* 1751. §. 9. *cor. de Vais*.

Adduntur alia, nempe parochum *S. Petri* oleum ſanctum infirmis monialibus ſemper dediſſe. Sodalitium *SSmi Sacramenti* ab eccleſia monialium ad parochiam *S. Petri* ex Epiſcopi auctoritate translatum *anno* 1615.. Quæ omnia concluderent pro Epiſcopo, qui a ſua juriſdictione deturbari nequiret, etſi monaſterium intra fines *abbatiæ* contineretur *Rot. in Ravennaten.*, *ſeu Ferrarien. juriſdictionis ſuper bono jure* 16. *Junii* 1747. §. 5. *cor. Canilliac*.

Itidem in Conſtitutione ſan. mem. Benedicti XIV. 24. *Martii* 1752., quæ omnes eccleſias ad capitulum Vaticanum pertinentes enumerat, nullum de hac eccleſia *S. Joannis Baptiſtæ* verbum fieri.

Videndæ ſunt *relationes* tum *Epiſcopi Brictinorienſis*, tam *Ordinarii abbatialis*, quorum unuſquiſque certatim ſua jura exponit.

Probationes hinc inde allatas de finibus, de juriſdictione, de ejus veteri uſu, longum eſſet exſcribere, ac prorſus inutile. Omnia ſub oculis erunt. De controverſiis autem *abbatiæ*, & eccleſiæ *Brictinorienſis* vid. *Rot. cor. Falconer. de off. ord. dec.* 22. & *Brictinor. ſeu nullius Foropompil.* 28 *Apr.* 1725. *cor. Cerr.*

De electione ſepulturæ quomodo probari poſſit, etiam per nutus, & ſigna, res apertiſſima eſt apud canoniſtas.

Sac. Congregatio propoſitis aliquot dubiis de hac electione, & præcipue V. *an valide eligatur ſepultura coram duobus teſtibus*, & VI. *an electio ſepulturæ per nutus, vel ſigna in caſu, quo quis loqui non poſſit, ſit valida*, reſpondit *die* 13. *Februarii* 1666. ad V. *eſſe validam*, ad VI. *eſſe validam dummodo ſufficienter conſtet de voluntate eligentis lib.* 25. *f.* 29. *a t.*

In una *Tiburtina electionis ſepulturæ*, *in qua electio ſepulturæ in eccleſia PP. tertii ordinis S. Franciſci probata erat ex formali examine duorum PP. ejuſdem ordinis*, *& parochi atteſtatione*, propoſito *an conſtet de electione ſepulturæ in caſu*, reſpondit *die* 4. *Julii* 1722. *affirmative*.

In una *Senogallien. funerum* propoſito *an teſtes ſuper electione ſepulturæ deponentes recipi debeant medio juramento per publicum notarium*, *ſeu potius ſufficiat eoſdem teſtes deponere oretenus cum juramento coram ipſo parocho*, *vel vicario foraneo*, reſcripſit *die* 19. *Decembris* 1739. *negative ad primam partem*, *& affirmative ad ſecundam*.

De ſepultura autem in eccleſiis monialium Sac. Congregatio negociis *Epiſc.*, *& Regul.* præpoſita cenſuit eam non licere laicis *in una Gravinen.* 1. *Octobris* 1650. *nelle chieſe anco eſteriori delle monache non ſi poſſino ſepelire eſteri*, *e foraſtieri*, *nè uomini*, *nè donne*, *nè anco Principi*, *ancorchè vi foſſero ſepolti i loro maggiori*.

Quod Sac. Congregatio confirmavit, niſi ex privilegio contrarium permiſſum fuerit. In una *Lunen.*, *ſeu Sarzanen. reſtitutionis cadaveris*, *cum Albertus Furlanus elegiſſet ſepulturam in eccleſia monialium S. Claræ*, *quæ Apoſtolicum privilegium*, *& conſuetudinem habebat laicos etiam tumulandi*, propoſito *an ſit locus exhumationi cadaveris*, *& emolumentorum funeralium reſtitutioni*, reſcripſit *die* 28. *Novembris* 1711. *in caſu*, *de quo agitur*, *negative quoad exhumationem cadaveris*, *& affirmative quoad medietatem emolumentorum funeralium*, *& in futurum omnino ſerventur decreta Sacræ Congregationis Epiſcoporum prohibentia tumulationem cadaverum in eccleſia monialium*.

Dubitatum eſt de puellis, quæ educantur, num in eccleſia monaſterii, vel parochiali ſepeliri debeant. Pro monaſterio ſunt *Pellizar. de monial. cap.* 10. *ſect.* 3. *num.*233., *Sanchez lib.*1. *de matrim. diſput.* 23. *num.*9., *Samuel. de ſepult. diſput.*3. *tract.*1. *contr.*16. *num.*16.. Pro parochiali *Pignatel.tom.*7. *conſult.* 67. *per tot.*, *Mattheuc. offic. cur. cap.* 32. §. *officialis quoad monialis num.*8.

Sac. Congregatio autem diſcriminatim ſententiam dixit. Electionem etenim, ſi adeſſet, ſepulturæ admiſit pro eccleſia monialium. In una *Pinnen. ſepulturæ*, *in qua puella educanda ſepulturam elegerat in eccleſia monialium*, propoſito *an licuerit tumulare cadaver Mariæ Nolli in eccleſia monialium S. Claræ Civitatis Pinnæ*, reſcripſit *die* 6. *Julii* 1737. *affirmative*.

In una *Feretrana juris ſepeliendi*, propoſito *an monaſterio monialium S. Claræ Terræ Maceratæ Feltriæ liceat ſepelire in ejus eccleſia cadavera puellarum educationis cauſa ibidem commorantium*, *& in eodem monaſterio decedentium*, reſpondit *die* 21. *Aprilis* 1742. *affirmative conſtito de electione ſepulturæ*.

Ad reſtitutionem autem cadaveris, quod attinet, eſt textus Bonitacii in *cap. anim. de ſepult.* in 6.: *ſi tamen iidem religioſi*, *vel clerici prædictos in ſuis eccleſiis*, *vel cœmeteriis præſumpſerint ſepelire*, *ad reſtitutionem tam ſepultorum corporum*, *ſi petantur*, *quam etiam omnium*, *quæ occaſione ſepulturæ illorum pervenerint quomodolibet*, *ad eoſdem infra decennium integraliter faciendam ipſos obligatos eſſe cenſemus*.

Sac. Congregatio in ejuſmodi diſceptatione, rerum, de quibus cognoſcebantur, accidentia circumſpectavit. In una *Tudertina*, propoſito, *an ſit locus exhumationi*, *& reſtitutioni cadaveris*, *de quo agitur*, *& quæ emolumenta ſint reſtituenda*, reſcripſit *die* 4. *Julii* 1722. *affirmative*, *etiam quoad omnia emolumenta*, *& amplius*, *& ad mentem*, *& mens eſt*, *quod cadaver exhumari non debeat*.

In una *Sorana Funerum*, propoſito *an ſit locus exhumationi*, *& reſtitutioni cadaveris*, *& emolumenta ad eccleſiam tumulantem ſpectantia ſint reſtituenda*, dixit *die* 24. *Aprilis* 1723. *affirmative*.

In una *Nuſcana ſepulturæ*, propoſito *an cadaver Salvatoris de Nenna*, *loco depoſiti conditum in ſepultura veteri ejuſdem parochialis eccleſiæ S. Nicolai*, *ſit exhumandum*, *& ſepeliendum in*

dicta

dicta nova ſepultura ab eodem Salvatore electa, vel potius ſit alio ferendum in caſu, reſpondit *die* 28. *Januarii* 1736. *affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam*.

Cæterum ad humanitatem pertineret, ut ſalvis, quanto minus fieri poſſit, juribus, & emolumentis, cui debentur, defunctorum oſſa vexentur, & commoveantur. *Divi fratres edicto admonuerunt, ne juſtæ ſepultu æ traditum, ideſt terra conditum corpus, inquietetur l. 39. de relig., & ſumpt. funer.*

De functionibus vero funerum peragendis in eccleſiis monialium, in una *Novarien.* propoſito *an occaſione delationis cadaverum ſive parochiæ S. Crucis, ſive alienæ ad eccleſiam exteriorem monialium capuccinarum, parocho S. Crucis pertineat jus funerum cum cruce, & ſtola privative ad confeſſarium dictarum monialium, ſeu potius ipſi confeſſario, & an in ſuppoſito debeatur ipſi parocho quarta funeris ceræ etiam poſitæ ſuper altare, eſto quod cadaver ſit alienæ parochiæ*. II. *an poſſit parochus in eadem eccleſia, & in ſuffragium defunctorum inibi tumulatorum explere anniverſaria cum officio, & miſſa in cantu, ſive ex devotione hæredum, ſive ex diſpoſitione teſtatorum*, reſpondit *die* 23. *Auguſti* 1727. ad I. *ad primam dubii partem affirmative*, ad *ſecundam, negative*, ad *tertiam, ſervetur ſolitum*: ad II. *affirmative quoad anniverſarium relictum a Petrellio, & quoad alia coadiuventur probationes*.

Et in eadem *Feretrana juris ſepeliendi*, poſtquam reſponderat ad primum dub. *puellam educandam ſepeliendam eſſe in eccleſia monialium conſtito de electione ſepulturæ*, propoſito *an eidem parocho reſtituenda ſint, una cum cera, integra emolumenta funeris ejuſdem Annæ Bartoli*, reſpondit eadem *die* 21. *Aprilis* 1742. *deberi quartam funeralem tantum*.

Hæc dixiſſe nunc ſufficiat. In *Viterbienſi juris tumulandi* præteritæ Congregationis *folium* de ſepulturæ electione latiſſime materiam omnem explanat, concluditque. Proponitur

I. *An ſubſtineatur electio ſepulturæ educandæ Mariæ Siboniæ in caſu &c. & quatenus negative*

II. *An ſit locus exhumationi, & reſpective reſtitutioni cadaveris una cum funeris emolumentis favore eccleſiæ S. Ruphilli in caſu &c. & quatenus affirmative ad primum, & negative ad ſecundum*

III. *An parocho S. Ruphilli competeret jus peragendi functiones parochiales ſuper cadavere, & eidem debeatur quarta funeralis in caſu &c.*

Non propoſita, cum ſequentibus.

Sess. 7. cap. 7. & 8. de Reform.

NOVARIEN. Cum Episcopus Novariensis visitasset domum, seu hospitium, quod *Galliati* habent *Fratres Minores Reformati* S. Francisci, eique annexum oratorium publicum, querelam illico ad Sac. Congregationem de Episcopo detulerunt, quod contra jus feciſſet omnia, ideoque irrita declaranda essent, ac vetanda in posterum ne evenirent. Ex alia parte Episcopus, qui cuncta esse pro suo jure, atque ordine, & recte facta contendebat, petiit, ut oratorium e publico, privatum fieret. Hinc tripartita quæstio instituta est. *I. an hospitium, & oratorium S. Bernardini oppidi Galliati subsint jurisdictioni, & sacræ visitationi Ordinarii in casu &c. & quatenus negative II. an idem oratorium reducendum sit ad usum oratorii privati tantum. III. an actus sacræ visitationis ultimo loco per Ordinarium expletæ sint circumscribendi.*

Sac. Congregatio de jure visitandi oratorium expeditam rem esse censuit favore Episcopi; non autem de domo, seu hospitio, de quo inter se EE. Patrum suffragia non concordarunt, quemadmodum & de actis rescindendis. Petitionem vero Episcopi de reducendo ad privatum publico oratorio rejecit. Quamobrem *die* 15. *Decembris* 1764. responsum est *ad I. quoad oratorium affirmative, in reliquis iterum proponatur, ad III. dilata, ad II.* vero, nempe de oratorio, quod de publico privatum fieret, *negative, & amplius*.

Acquievit Episcopus de oratorio ad privatum non reducendo, sed instaurat quæstionem de jure visitandi domum, seu hospitium, ac de actis visitationis legitimis declarandis.

Expectanda sunt utriusque partis nova, si dabunt, scripta, quæ hactenus non dederunt, ac priora interim repetenda, in quibus late suas controversias tractarunt. Item resumendum est *folium ejus diei*, in quo pleniſſimus de omni controversia sermo est habitus. Disceptatur

An hospitium S. Bernardini oppidi Galliati subsit jurisdictioni, & sacræ visitationi Ordinarii in casu &c.

An actus sacræ visitationis ultimo loco per Ordinarium expletæ sint circumscribendi in casu &c.

Sess. 22. cap. 8. de Reformat.

PISAUREN. DISPENSATIONIS. Pro *Laurentio Bonazoli* puero jam novem annorum, petitur *dispensatio ætatis, & studiorum*, ad obtinendam capellaniam, quam *Dominicus Bonazoli* certis conditionibus dandam suo testamento dixit. Repugnat Episcopus, cui, si *Laurentio* non detur hæc venia, omnimoda libertas est quemcumque nominandi.

Necesse est habere ante oculos legem testamenti, quod *anno* 1720. condidit *Dominicus*. Post institutos hæredes ex certis partibus fratris filios, *Selastianum*, *Antonium*, & *Ber-*

Bertinum, ac *Dianam item Felicem* Annæ Franciſcæ ſororis filiam, dixit: *col rimanente poi della mia eredità, che conſiſte in venti luoghi di monte in Roma inſtituiſco, fondo, & erigo una cappellania perpetua laicale, ſecondo la forma del legato pio, che non ſi ricerchi inſtituzione, o conferma, e che poſſa ſervire ad un chierico povero per patrimonio a poter eſſer promoſſo agli ordini ſacri, con obbligo al cappellano, dopo che ſarà nominato, o in termine di 8. giorni, ſucceſſa che ſarà la mia morte, di far celebrare, o celebrare in qualſivoglia chieſa, o altare una meſſa quotidianamente.*

Jus nominandi dedit Epiſcopis, & ſede vacante etiam vicariis Piſaurenſibus, *con condizione, ed obbligo però di nominare ſempre alla medeſima cappellania uno de' figli maſchi delli ſudetti miei eredi, quando ſia tra eſſi perſona capace di poter eſſere promoſſo al ſacerdozio, oppure venendo il caſo della morte del cappellano, che la goderà antecedemente, e quando foſſe più d'uno tra i medeſimi figli maſchi capace della ſudetta cappellania, in tal caſo debba detto Monſignor Veſcovo eleggere quello, che per bontà di vita, e virtù giudicherà in coſcienza il più abile, ancorchè foſſe minore dell'altro in età.*

Deſcendentes ex fœminis excluſit. Si nominatus ex iis familiis, poſtquam perveniſſet ad ætatem pro *ſubdiaconatu*, ſive pro *ſacerdotio* idoneam, ad eos ordines aſcendere non curaſſet, voluit, ut a jure caderet, atque Epiſcopus alium ex hæredibus nominaret.

De iis hæredibus nominandis addidit: *per togliere ancora ogni lite, che poteſſe naſcere circa la perſona da nominarſi, voglio, e dichiaro, che quello tra figli de' miei eredi ſia capace della nomina, il quale, ſeguendo il caſo della mia morte, o vacanza della cappellania, ſi ritroverà almeno in età di 14. anni, ed averà cominciato a ſtudiare le regole della grammatica, e che abbia imparate le concordanze, altrimenti chi non ſarà tale reſti eſcluſo per quella volta dalla nomina.*

Iiſdem autem non exiſtentibus liberam nominandi Epiſcopo poteſtatem fecit: *quando poi tra figli di detti miei eredi non vi foſſe alcuno nell'età ſopradetta atto, ed idoneo ad eſſer ſacerdote dopo la mia morte, ed in altri tempi ſucceſſivamente li loro diſcendenti come ſopra, quando detta cappellania vacaſſe, detto Monſignor Veſcovo nomini ſempre, ed in perpetuo, tanto dopo la mia morte, quanto dopo ſucceduta la vacanza, un ſacerdote, o chierico coll'iſteſſe condizioni ſopra preſcritte della città, e diocesi di Peſaro, quale ſtimerà meritevole per virtù, o bontà di vita, che ottenghi detta cappellania con li frutti di detti ll. de monti, ed obbligo di meſſa quotidiana, come ſopra.*

Præterito anno *die* 26. *Aprilis* defunctus ultimus capellanus eſt. Hinc preces dedit *Laurentius Bonazoli* puer pro *diſpenſatione*. Ait nunc non dubitari capellaniam eſſe mere *laicalem*; nihil repugnare in jure igitur, ut eam obtineat puer, cum ad hanc capellanias admittantur etiam fœminæ *Amo-*

ſtaz.

staz. de caus. piis lib. 3, cap. 2. num. 43., Piton. de controv. patr. allegat. 33. num. 2.

se esse ex patre *Angelo* nepotem *Bertini Bonazoli* unius ex primis hæredibus. Jam in nono ætatis anno versari. De sui ingenii perspicacia, de indole, de moribus, ac de primis rudimentis linguæ latinæ, quæ jam ediscit, luculenta testimonia habere; adeout spes sit, nec dubia, quod cum ad ætatem annorum quatuordecim veniat, in majoribus, quam testator voluit, studiis jam valde profecerit. Quamobrem ex assueta Sedis Apostolicæ indulgentia dandam sibi veniam, ut capellaniam assequi possit, quam *Dominicus* proavi frater pro suis præcipue constituit.

Nullum esse ex aliis vocatum, qui idoneus sit, qui petat, qui contradicat; imo assentiri omnes, quorum interest. Contra æquitatem, atque humanitatem esse, ut Episcopus hos familiarium bonorum fructus consanguineo invideat, ac pro suo libitu inducat extraneum. Nulli hominum, præter illos descendentes, jus certum esse.

Videnda est integra *relatio* Episcopi, qui plurimum de causa, de excludendo *Laurentio* disserit, ac jus suum propugnat acerrime, concluditque: *quæ cum ita sint inanem oratoris instantiam rejiciendam confido, & salvam, & integram juris mei præservationem ex sapientissimo judicio me juvat præstolari.*

In una *Eugubina dispensationis*, in qua testator jus eligendi canonicis dederat, ac descendentes ex certis familiis præferendos jusserat, dummodo intra annum ad sacerdotium promoveri possent, *e non essendovi alcuno capace di essere eletto, sia in arbitrio de' sudetti signori Canonici eleggere chi a loro parerà migliore per servizio di Dio, purche sia di primo, o secondo grado di questa città;* cum Ubertus Gismondi unus ex primis familiis, decimum septimum annum agens, peteret *dispensationem* super ætate ad exclusionem electi a canonicis, proposito dubio *an sit locus dispensationi ætatis necessariæ ad sacerdotium, itaut in assecutione unius ex canonicatibus ex dispositione Gabrielis Trianguli erectis in collegiata ecclesia Sanctæ Christinæ, Ubertus Gismondi sit a capitulo præferendus in casu,* rescriptum est *die* 18. *Februarii* 1764. *negative*. Videndum est *ejus diei folium*.

Cæterum ubi agitur de vocatis, ad exclusionem extranei *dispensationes* facile concessit *Dataria* Apostolica, ut testatur *Corrad. in prax. dispens. lib. 4. cap. 2. num. 8., Piton. discept. eccles. 13. num. 42.*. Nec etiam de beneficiis a Sac. Congregatione negatæ sunt; ut de puero trimo in *Asculana capellaniarum super dispensatione* 22. *Augusti* 1750., *& in Neritonen. Abbatiæ* 22. *Novembris* 1760., de puero quadrienni, in *Lucana beneficii, seu capellaniæ* 17. *Maji* 1749., & de puero quinquenni in *Monasterien., seu Osnabrugen. canonicatuum* 1. *Julii* 1753. Viden. *Parmen. dispensationis* 8. *Junii* 1760., Ca-

Calaguritana diſpenſationis 8. *Auguſti* 1761., *Tridentina capellaniæ* 29. *Auguſti ejuſdem anni*. De materia eadem eſt *folium* in *Civitatis Caſtelli* 1. *Februarii* hujus anni.

Perpendendum an a menſe *Aprili* anni præteriti, quo capellania vacavit, jus nominandi ita in Epiſcopum reapſe reciderit illico, ut *Laurentius* incapax expectandus non eſſet, qui in ſolo ſeptimo ætatis anno erat, ac literas neſciebat, cum tantummodo menſe *Septembri* præceptor de eo teſtatus fuerit *viene a ſcuola da me, e comincia a leggere, e ſcrivere*.

Ponderandum an aliquid faciat, quod non agatur de venia concedenda ob impedimentum legis, ſed ob voluntatis obſtaculum, quæ commutanda ſit.

Advertendum, an teſtator in ſuperiori capite teſtamenti aliquo modo diſcriminaverit excluſionem unius ex ipſa deſcendentia favore alterius deſcendentis, ab excluſione omnium deſcendentium pro libertate, & favore Epiſcopi: utrumque teſtamenti caput conſiderandum eſt. Summatim denique, an præponderet favor ſanguinis contra teſtamentum, vel libertas ex teſtamento pro Epiſcopo, qui illam ſibi aſſerit, vindicatque. Dubium eſt

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro gratia diſpenſationis, in caſu &c.

URITANA. *Gratia Theophilata* e *Francavilla Uritanæ* diœceſis, ſuis tabulis 9. *Maji* 1744. poſt mortem viri aliqua ex hæreditate bona vendi juſſit, *e dal prezzo, che da' prenominati beni ſarà per ricavarſene, ſe ne debba ante omnia ſodisfare il capitale cenſo di docati trentaſette, e mezzo da eſſa teſtatrice dovuto al Rev. Capitolo di queſta terra, e del reſtante prezzo de' ſuoi beni vuole, ordina, e comanda, che ſe ne debbano celebrare tante meſſe baſſe pro una vice dal Rev. Capitolo, e dalli PP. Carmelitani, Riformati, Capuccini, Franceſcani, e Scuole pie dentro le loro reſpettive chieſe alla ragione di un carlino di elemoſina di ciaſcheduna meſſa, cioè numero quaranta in ſuffragio dell'anime del purgatorio, e le reſtanti in ſuffragio delle anime di eſſa teſtatrice, e di detti ſuoi marito, e quondam figlio, e ſecondo la ſua intenzione.* *Seſs. 22. cap. 4. de Reform.*

Anno 1764. archipresbyter *Francavillæ* executor teſtamentarius, mortuo marito, ex bonis venditis circiter 400. *duc.* habuit. Sed cum reſiduum, detracto cenſu, juxta tabulas in eleemoſynam miſſarum eſſet erogandum, capitulum *Francavillæ* petiit, ut legatum ſacerdotibus omnibus in capita diſtribueretur. Repugnarunt alii, qui pro virili unicuique eccleſiæ dandum exiſtimarunt, & ſententiam curiæ Uritanæ pro ſe obtinuerunt *die* 5. *Octobris* ejuſdem anni. Hanc *die* 5. *Februarii* 1765. Metropolitanus *Tarentinus* confirmavit. Non quievit tamen capitulum, quod ad Sacram Con-

Congregationem controversiam tulit, ac medietatem legati postulat.

Certat capitulum se uti *disjunctive* vocatum unam partem totius facere, aliam partem legatarios alios in unum collectos. Patere id ex ipsa litera testamenti. Multa in jure de hoc congerit.

Accedere ait præsumptionem voluntatis. Constare capitulum ex nonaginta sacerdotibus. Hunc numerum non æquare omnes alios legatarios universos. Innotuisse hoc mulieri, quæ non creditur hanc inæqualitatem voluisse. Multo magis, quia, cum de sui expiatione ageretur, celerrime eam exoptavisse credendum sit.

Advertit *Conventuales*, qui contradicunt supra cæteros, non posse hoc legatum accipere contra *decreta generalia* Sac. Congregationis confirmata ab Innoc. XII., propterea quod alia onera habent, quæ implere nequeunt.

Contra legatarii omnes, singulis ecclesiis legatum datum pro æquis partibus dicunt. Et ipsi appellant literam testamenti, & permulta in jure allegant.

Addunt de majori numero sacerdotum capituli, innotuisse hoc testatricis attamen unum legatum feciſse pro omnibus, quos unica oratione simul continuit.

Conventuales vero de se ajunt, non habere onus nisi 1800. sacrorum quolibet anno, quæ per quinque sacerdotes celebrari possunt. Quindecim autem sacerdotes continuo in cœnobio esse.

Quæstio juris hæc omnis a voluntate pendet, non ex opinione sola, & arbitrio, sed secundum receptas regulas explicanda. Dum testator ad solidum hæreditatis, vel legati plures vocavit, & partes non fecit, regula obtinet, quod si omnes una oratione vocati sunt, omnes æqualiter accipiunt. Ulpianus dixit: *si plures instituantur, dividi inter eos a testatore jus oportet. Quod si non fiat, omnes æqualiter hæredes sunt l. quoties 9., & l. alterius de hæred. instituen.*

Cessat regula si non unica oratio est. Celsus ait: *Titius hæres esto, Sejus, & Mevius hæredes sunto, verum est, quod Proculo placet duos semisses esse, quorum alter conjunctim duobus datur l. liber 59. §. Titius de hæred. instituen.*. Et Jabolenus: *Titius fundi Cameliani hæres esto, duo Titii illius Insulæ hæredes sunto. Hic habebunt duo Titii semissem, ac Titius semissem, idque Proculo placet. Quid tibi videtur. Respondit vera est Proculi opinio. leg. Titius 11. eodem.*

Vel si unus *disjunctim* suo nomine appelletur, alii sub alterius nomine colligantur: veluti *Primus, & fratris mei filii hæredes sunto*. Etenim *Primus* semissem haberet, reliquum semissem alii; nisi tamen testator adjecisset aliquid, quod contrarium demonstraret, uti si dixisset *æque*. Tunc etenim in capita divideretur. Est textus expressus in *l. interdum 13. eod. tit. interdum hæc adjectio æque hæredes sunto*, te-

teſtatoris voluntatem hanc exprimit, ut puta, Primus, & fratres mei filii æque hæredes ſunto, nam hæc adjectio declarat, omnes ex virilibus partibus inſtitutos, ut & Labeo ſcripſit, qua detracta, ſemiſſem fratris filii, ſemiſſem Primus haberet.

De ea re, quæ latiſſima in jure eſt, & perplures quæſtiones nunquam ſatis declarandas continet, ubique patent *theoricæ*, quas hinc inde permulti inter ſe digladiantes accipiunt, ac ſurſum deorſum trahunt. Videndum hic pro bono, & æquo quid teſtatrix voluerit? num eccleſias ipſas præcipua, & peculiari pietate reſpexerit? Ne aliter inter has diſſenſiones, atque ambiguitates, jam nunc ſecundo anno, ac tertio judicio, per diſpendia, & amaritudines litium, piæ mulieris expiatio retardetur. Dubitatur

An, & quomodo ſit diſtribuendum legatum miſſarum manualium a Gratia Theophilata relictum Capitulo eccleſiæ collegiatæ, & quinque Religioſis Communitatibus Terræ Francavillæ, in caſu &c.

LUCANA. Curatores fabricæ eccleſiæ parochialis *S. Petri Caſtrinovi* diœceſis *Lucanæ* exorant: ut favore fabricæ concedantur *ſcut.* 100., quæ exigi debent ex fructibus hæreditariis *Joannis Baptiſtæ Juſti* per teſtamentum multiplicandæ hæreditati deſtinatis, ut erigantur quatuor *canonicatus*, cum obligatione in ſingulos canonicos ſacrorum quatuor qualibet hebdomada, aliiſque oneribus. *Seſſ. 25. cap. 7. de Reformat.*

Similem conceſſionem in eandem cauſam poſtulant *ſcut.* 203. ex fructibus hæreditatis *Horatii Bertacchii*, qui totam ſubſtantiam pro erigendis octo *capellaniis quotidianis*, ac in alios pios uſus legavit. Conſentit ſodalitium *ſanctiſſimi Sacramenti*, quod legatum *Juſti* adminiſtrat, ac ſodalitium *S. Nicolai Tolentinatis*, quod *Bertacchii* hæres eſt.

De primo legato inquiunt haud fere poſſibilem eſſe *canonicatuum* erectionem, quæ alias inutilis quoque eſſet. Ideoque totius voluntatis commutationem, ſi peteretur, concedendam, tum ex jure Pontificio *in cap. nos quidem de teſtam.*, *Garzias de benef. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 108., *Sacra Congregatio in Montis Politiani* 19. *Septembris* 1724., & *in Mantuana* 12. *Maji* 1736., tum civili jure *in l. legatum cod. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin.*, *l. legatum civitati ff. de uſuf. legat.*; Hinc ſi omnimodæ commutationi dari deberet locus, nihil modo referre, quod ab hæreditate hæc exigua pars crediti detrahatur ad neceſſarium opus eccleſiæ perficiendum.

Neceſſitatem autem cæpti jam operis perficiendi probat, quod, niſi ea ſubſidia ſuppeditentur, compleri nequeat. Ac propterea alia *ſcut.* 203. ex hæreditate *Bertacchii* faci-

lius concedenda, nam impletis oneribus teſtamentariis abundant, ac ad ſodalitium *S. Nicolai* unice pertinerent. Conſentire eos omnes, quorum intereſt. Tam vicarium capitularem, quam poſtea novum Archiepiſcopum laudaviſſe, ac laudare omnia.

Vicarius capitularis in ſuis literis *diei 6. Julii 1763.*, *& 5. Decembris* ejuſdem *anni* de facienda conceſſione retulit. Sed reſcriptum ei eſt, *ut referret de onere reficiendi, & reſtaurandi eccleſiam, an ſpectaret ad parochum, vel communitatem, & ſuper quantitate, & modicitate redituum parochiæ, vel impoſſibilitate ex parte communitatis, & parochianorum.* Reſpondit: *adeſſe quidem reditus pro fabrica deſtinatos, ſed ea eſt horum inopia, ut opera conſuetos annuales ſumptus facere egerrime valeat: parochus autem quamvis paulo ditiori cenſu fruatur, tot, tantiſque prægravatur oneribus, ut congrua alimenta in celebri præſertim Oppido ſibi neceſſaria vix ei ſuperſint. Communitas item etſi locupletibus polleat proventibus, præterquamquod plurimum quotannis impendere cogitur in trium maxime ludimagiſtrorum, nec non medici, chirurgique ſtipendia, immodico plus trium millium aureorum ære modo premitur alieno: inter parochianos demum licet plures ſint, qui opibus abundant, difficile tamen, ni ſponte velint, ad opitulandum refectioni, de qua agitur, erunt profecto adigendi: nihilominus hi pro viribus quiſque ſuis in ſacræ hujus ædis inſtaurationem opem conferre ſuam curarunt: communitas quippe 163. ſcuta in eam contribuere ſtuduit: opera in vitreis eccleſiæ, chorique feneſtris reficiendis, quam valuit, impenſam poſuit. Parochiani tandem in lignorum, ſaxorumque comportationem, atque elargitionem haud modicam hactenus erogarunt, ac ulterius ei, quæ ſupererit, centum prope aureorum impenſæ ſunt contribuere parati; quare cum de ingenti agatur ſtipendio, quod nec ordinarium, nec conſuetum eſt, ſed inſuetum prorſus ad ſacram ædem ſolidius, elegantiuſque inſtaurandam, ac congruenter exornandam potius, quam reficiendam, reſtaurandamque neceſſarium, mihi equidem videtur Oratores pii legati, de quo in annexis precibus, nec non alterius, de quo in poſtremis precibus, fructuum ſubſidio juvandos.*

Nihilominus expectatus Archiepiſcopus, qui crearetur, eſt. Is vero interrogatus, primum ſcripſit: *cum vicarius capitularis diligentiſſime tunc omnia perluſtraviſſet, comperit præſtare ſupplicationibus ejuſdem fabricæ annuere, atque ita in iis literis eidem Sacræ Congregationi ſignificavit. Idem ergo pariter ſentio auditis iterum rationibus a curatoribus memoratæ fabricæ expoſitis.*

Verum, cum ad rem dilucidandam non videretur ſufficere parum diſtincta hæc reſponſio, ideo novæ datæ ſunt literæ, ut plenius diceret *de ſumma neceſſaria, quæ ad novæ fabricæ complementum requiritur, quibus annuis reditibus ditata ſit opera, ſeu fabrica eccleſiæ, & quantum, detractis neceſſariis expen-*

expensis, singulis annis superſit; ſi plebanus, atque aliis, qui ex diſpoſitione juris, & Conc. Triden. ad hanc reparationem tenentur, oneri ferendo pares ſint: quod ſi ad extraordinaria media diverti oporteat, poſtulatæ nimirum applicationis fructuum bonorum hæreditariorum Equitis Horatii Bertacchi, atque Antonii Juſti; quoad primam hæreditatem referret, an ſumma ſcut. 203. ex teſtatoris voluntate peculiari alicui deſtinationi ſint addicta, vel potius omnibus ſatisfactis oneribus liberum ſit ſocietati de ea diſponere; quo vero ad ſecundum, quot fructus inexacti remanent, & intra quod tempus ſperari poſſit canonicatuum erectio, quæ dictus Antonius Juſti in ſuo teſtamento præſcripſit.

Reſcripſit itaque *die 2. Septembris 1765.: facta diligenti omnium perquiſitione comperi operam, ſeu fabricæ eccleſiæ reditus annuos non ſuperare ſcut. rom. 66., annuas vero expenſas aſcendere ad ſcut. roman. 82., cum providendæ ab ea ſint duæ eccleſiæ, quarum altera nominatur S. Petri, altera vero S. Pantaleonis: quare tanti oneri ferendo ſatis eſſe non poſſent, niſi manus adjutrices piorum largitorum accurrerent.*

Totius Oppidi ſatis frequentati (cum ſit caput provinciæ Caferoniæ, & ſedes Gubernatoris, unicus eſt parochus archipresbyteri titulo inſignitus, qui neceſſitate gravis parochiæ adſtrictus quatuor curatos adjutores ſibi propriis expenſis detinet, quibus deductis non ſuperſunt ad ſui ſuſtentationem niſi ſcut. rom. 105., quæ ſumma non excedit congruam.

Hæreditas Bertacchi in præſentiarum aſcendit ad capitale reddens annuatim ſcut. 468. mon. roman., detractis creditis hucuſque inexactis continetur ſumma illa ſcut. 203., quam hæreditas cedit ultro in ſubſidium dictæ fabricæ, & eſt difficilis exactionis, nec ullo legato peculiari a teſtatore eſt deſtinata.

Fructus autem inexacti hæreditatis Antonii Juſti conſtituunt ſummam ſcut. roman. 235. cum dimidio. Nulla vero ſpes affulget, ut illi quatuor canonicatus erigantur, niſi poſt longa tempora, ita ut erectio ſe ipſa imp ſſibilis videatur, cum totum capitale non ſufficiat ad conſtituendam præbendam unius tantum canonicatus? propterea, etſi per longiſſimum tempus emergeret ipſa erectio, quæ collegiata eſſet quatuor tantum canonicorum?

Demum ad abſolvendam memoratam fabricam adhuc neceſſarii ſunt pluſquam octigenti nummi aurei, quæ numquam abſolveretur, niſi ab Apoſtolica Sede applicatio pecuniæ poſtulatæ concedatur, Hæc non obſcura deſcriptio demonſtrat meo quidem judicio optime poſſe ſatisfieri poſtulatis in ſupplici libello Sacræ Congregationi porrecto.

Nunc igitur, cum ſatis explicata appareant omnia, precum relatio amplius remoranda non eſt. Concilium Tridentinum de eccleſiis parochialibus reficiendis, & inſtaurandis ſtatuit *ſeſſ. 21. cap. 7. de reform.* Deficiente ordinario modo, extraordinario locus eſt, ſi neceſſitas urgeat. Viden. *fol.* in *Amerina 24. Novemb. 1764.*, & *in Leodien. prorogationis indulti 19. Januarii*, & *in Auximana 12. Maji anni elapſi*. Conſide-

randum an huic, qui proponitur, modo ſit locus dandus. Inquiritur

I. *An ſit locus applicationi ſcut.* 100. *ex fructibus inexactis hæreditatis Antonii Juſti favore Fabricæ eccleſiæ parochialis in caſu.*

II. *An pariter favore ejuſdem ſit locus applicationi ſcut.* 203. *ex fructibus inexactis hæreditatis Horatii Bertacchi in caſu &c.*

Die

Die Sabbati 21. Junii 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis, de jure reſolvenda.

DE quinque cauſis in ante habita Congregatione *die* 31. *Maji* judicium dilatum eſt, quæ nunc referuntur.

BRICTINORIEN., SEU NULLIUS S. RUPHILLI JURIUM PAROCHIALIUM. *Seſs.25. cap.13. de Reform.*

I. *An ſubſtineatur electio ſepulturæ educandæ Mariæ Siboniæ in caſu &c.*, & quatenus negative

II. *An ſit locus exhumationi, & reſpective reſtitutioni cadaveris, una cum funeris emolumentis, favore eccleſiæ S. Ruphilli in caſu &c.*, & quatenus affirmative ad primum, & negative ad ſecundum

III. *An paracho S. Ruphilli competeret jus peragendi functiones parochiales ſuper cadavere, & eidem debeatur quarta funeralis in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative. Ad III. Dilata.

NOVARIEN.

I. *An hoſpitium S. Bernardini oppidi Galliati ſubſit juriſdictioni, & ſacræ viſitationi Ordinarii in caſu &c.* *Seſs.7.cap.7.& 8 de Reform.*

II. *An actus ſacræ viſitationis ultimo loco per Ordinarium expletæ ſint circumſcribendi in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt proximam.

PISAUREN. DISPENSATIONIS.

An ſit conſulendum SANCTISSIMO pro gratia diſpenſationis, in caſu &c. *Seſs.22. cap.8. de Reform.*

Negative.

URI-

Sess. 22. cap. 4. de Reformat.

URITANA.

An, & quomodo sit distribuendum legatum missarum manualium a Gratia Theophilata relictum capitulo ecclesiæ collegiatæ, & quinque religiosis communitatibus terræ Francavillæ, in casu &c.

Esse distribuendum pro æquis partibus, & amplius.

Sess. 25. cap. 7. de Reform.

LUCANA.

I. *An sit locus applicationi scut. 100. ex fructibus inexactis hæreditatis Antonii Justi favore fabricæ Ecclesiæ parochialis, in casu &c.*

II. *An pariter favore ejusdem sit locus applicationi scut. 202. ex fructibus inexactis hæreditatis Horatii Bertacchi, in casu &c.*

Ad I., & ad II. Affirmative.

Sess. 22. cap. 8. de Reform.

AUXIMANA D'SPENSATIONIS. *Alexander Antonius Gentiloni e Monte Philoctrano Auxim.* diœcesis jusserat, ut ex sua domo erigeretur ecclesia, in eaque suis bonis constitueretur *una congregazione di sacerdoti nel numero di otto, oltre un'altro, quale sia superiore, o arciprete, col peso di recitare quotidianamente il divino officio ad uso de' canonici, e di celebrare tre messe la settimana per ciascheduno nella chiesa, e coro respettivamente da fabbricarsi.*

Joannam Baptistam sororem usufructuariam reliquit *con piena, ed ampia facoltà di ordinare, fare, ed eseguire nel miglior modo, che a lei piacerà, l'erezione di detta congregazione, rimettendo tutto in suo potere di fare, e disfare &c., e colla facoltà di nominare tutti, e singoli sacerdoti di detta congregazione da erigersi, e di lasciare, e trasferire il jus di nominare a quelle persone, e famiglie, che le parerà, e le piacerà, con titolo di jus-patronati,*

Joanna Baptista adhuc vivens de ecclesia ædificanda jam voluntatem implevit, eamque moriens integre confirmavit; statuitque non solum novem *capellanias*, ut testator dixerat, verum decimam de suo auxit. Eas diversis nominibus distinxit. Jus nominandi certis familiis pro unaquaque dedit, atque inter earum lineas masculinas jus accrescendi, seu substitutionem disposuit. Omnibus autem masculis deficientibus, ad illud jus per vices ipsam *capellanorum congregationem*, ac *publicum magistratum* vocavit.

Cer-

Certas leges de nominandis dedit, & præſertim, *che ſia chierico almeno di prima tonſura, oppure che non eſſendo chierico debba initiarſi al chiericato nel termine di tre meſi dal dì, che ſarà ſtato nominato*: quodque *ſia d'età d'anni* 21. *compiti, e che giunto all'età legittima di poter eſſer ſacerdote, debba ordinarſi al ſacerdozio*.

Addidit, *che la nomina vaglia, ed abbia vigore ſenza alcuna altra formalità canonica, ed il nominato ſubito, che avrà preſentato l'iſtromento della ſua nomina, o la copia publica di eſſo in mano del ſacerdote ſuperiore, o l'arciprete, oppure di due degli altri cappellani, s'intenda entrato in poſſeſſo della cappellania, alla quale ſarà ſtato nominato ſenza altra funzione, approvazione, preſentazione, o altra formola di qualſiſia ſorte*.

Declaravitque *la detta congregazione de' cappellani à ſimilitudine, e forma di cappellanie meramente laicali, quali cappellanie cogli juſpatronati vuole, che ſiano perpetuamente, ed eſſer debbano della natura delle cappellanie meramente laicali, eſcluſa ſempre ogni qualità di benefizio eccleſiaſtico, di modo che non reſtino mai ſoggette ad alcun eſercizio di giuriſdizione di qualſivoglia ſuperiore eccleſiaſtico in ordine a proviſte, collazioni, diſpenſe, deroghe, affezioni, devoluzioni, o qualunque altro titolo*.

Ad vacantem *ſecundam* ex *capellaniis* ſub appellatione *S. Joannis Baptiſtæ Antonius Lavinius* nominavit *die* 8. *Februarii* 1765 *Antonium Mariam Accorretti*, natum *die* 21. *Novembris* 1748., qui cum præſcriptam ætatem non haberet, de ea veniam petiit. Verum quia interrogatus Epiſcopus, de auditis capellanis retulit, quod repugnaverint, ac contradixerint, hinc modo de illa impetranda *Accorrettus* urget.

Inquit ad *capellaniam*, de qua agitur, nulli jus eſſe, nulli injuriam fieri, ſi *diſpenſatio* ætatis concedatur, quæ in ſimilibus ex benignitate conceſſa eſt ſemper *Card. de Luc. de fideic. diſc.* 8. *num.* 18., *Corrad. in prax. diſpenſ. lib.* 4. *cap.* 2., *& in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 6., *Fargn. de jurep. part.* 2. *can.* 3. *caſ.* 6.

Animadverſo præſertim quod in ſeptimo decimo ætatis anno eſt; quod ſanguine coniunctus *capellaniarum* conditoribus, imo ex familia iis ante alias dilecta, jus nominandi ad primam illarum, ſeu archypresbyteratum habente; quod alia exempla de ejuſmodi *diſpenſatione* ſunt in iiſdem *capellanis ann.* 1755. 1759., *&.* 1761.

Aſſerit inania eſſe, quæ opponuntur. *Capellanos* cauſa ſtudiorum abſentes jam proximos viceſimo quinto ætatis anno, ideoque brevi redituros. Valetudinarios frequenter choro intereſſe, quemadmodum & *camerarium*, & alium, qui culturæ bonorum curam habet. Præterea *diſpenſationem* hanc non illud ſecum ferre, ut ipſe *Antonius* non inſerviat, quin imo, ut ad ſerviendum eccleſiæ admittatur.

Ad æmulationem autem, atque invidiam referri, quod familia

milia *Accorretti* jure nominandi tres *capellanias* potiatur. Eas nunc plenas esse, & virorum florenti ætate. Imo ex hoc ipso dandam sibi veniam, uti ex familia, quam testatores præ aliis summopere dilexerunt. Cœteroquin nullam datam legem iis, qui jus nominandi habent, nisi eligendi certis conditionibus loci indigenas. Non imminuendam patronis hanc liberam facultatem, quæ data est.

Episcopus deliberationem ipsam, quam initis consiliis *capellani* fecerunt, transmisit, de suo nihil addidit. Ea integra ante oculos habenda est; nihil enim capellani usque adhuc dederunt: *siccome la nostra congregazione è composta di dieci soli soggetti, fra i quali ve ne sono tre incapaci di sopportare la parte de' pesi, che loro toccano, cioè il signor D. Tomaso Gentiloni a motivo della di lui inoltrata età d'anni settanta, e de' continui incomodi di sua cagionevole salute, il signor D. Sebastiano Barattani obbligato per le indisposizioni di gambe, e doglie reumatiche guardare il letto più mesi dell'anno, ed il signor D. Mario Rondini accidentato, che per consiglio de' Medici viene spesso dispensato dall'intervenire al coro per la recita del divino offizio a motivo degli estemporanei sudori, ai quali di tempo in tempo è soggetto: altri due, cioè li signori Arciprete Giuseppe Accorretti Gentiloni, e Pietro Ghirardelli per essere assenti, ed abitanti in Osimo a causa de' studj, e di più altri due sono addetti, cioè li signori D. Benedetto Gentiloni, e D. Girolamo Gentiloni, uno all'offizio di Camerlengo, e l'altro di sopraintendente agli affari della compagna, i quali benchè non così frequentemente si assentino dal coro per cagione di detto loro impiego, pure di quando in quando sono necessitati di ciò fare, e così vengono a rimanere due soli cappellani liberi per esercitare le sagre funzioni. e intervenire al coro, quando questi non vogliano servirsi delle consuete vacanze annuali di due mesi; per ciò in tali circostanze sembrando, che il culto divino esigga, che la cappellania vacante resti occupata da soggetto capace a mantenerla, e a supplire almeno per la sua parte ai pesi della chiesa, se non alle indisposizioni de' signori concappellani, son di parere di negare l' assenso alla nomina del Signor Antonin Maria Accorretti Gentiloni effettuata dal signor D. Antonio Lavinj, si perchè in detto soggetto nominato non concorrono i requisiti ordinati dai pij fondatori per esser egli in età d'anni sedici, mesi cinque, e giorni quattordici, e così minore d'anni ventuno, e mero laico, si perchè a suo tempo debito non può mancare al medesimo la nomina d'altra cappellania, giacchè la di lui famiglia gode tre altre nomine, che possono fra non molto vacare, senza calcolarci l'acquisto d'altre due nomine spettanti alla casa Lavinij priva di successione mascolina, nell' estinzione della quale ricadano alla di lui famiglia Accorretti, si perchè potrebbe ora preferirsi altro soggetto di famiglia nobile men provista di beni di fortuna, prescelta dall'espressa mente del pio fondatore, e si perchè finalmente quando si voglia provedere una*

uno di detta famiglia Accorretti, ſi potrebbe in eſſa dare la preferenza ad altro de' di lui fratelli maggiori forniti delle qualità ricercate dai pij fondatori.

Perpendendum primo an *capellani* jus legitimum contradicendi habeant. Certe tam *Alexander Antonius*, quam *Joanna Baptiſta* ſoror *congregationem*, ſeu ſocietatem *capellanorum* conſtituerunt ſub uno capite, qui in eccleſiam ſtatis horis, & certis ſedibus convenirent, ut in choro quotidie pſallerent, & ſacra agerent; quæ ſocietas, niſi legitima auctoritate Epiſcopi intercedente, ejuſque permiſſu, & approbatione, uſque ab initio cogi non potuit: non etenim privato arbitratu vel ſocietas, vel collegium, vel quodcumque tale corpus coire poteſt *leg. 3. de colleg., & corpor. illicit.*

Quando autem hi capellani legitimam ſocietatem, ſive legitimum corpus conſtituant, iis non vetat lex, ut ad exemplum reipublicæ communi nomine agant. *Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegii, ſocietatis, ſive cujuſcumque alterius nomine, eorum proprium eſt ad exemplum reipublicæ habere res communes, arcam communem, & actorem, ſive ſyndicum, per quem tanquam in republica, quod communiter agi, fierquioporteat, agat, fiat,* eſt textus *in l. 1. quod. cui. univ. nomin.*

Quemadmodum itaque agere poſſent, ne ſuæ leges corrumpantur, ac prohibere ne quis contra præſtitutas leges in ſocietatem veniat, ita fortaſſe poſſent precibus obſiſtere, ne beneficium Principis concedatur, quo de ſocietatis legibus derogetur. Præſertim ſi non ex æmulatione, & invidia faciant, ſed ſui ordinis ſervandi gratia. Maxime dum præciſe obſtat contraria fundatoris voluntas, quam tueri poſſunt, ut ſervetur integra, neque ulla ex parte imminuatur, ſive commutetur; eam quoque ob rationem, quia ad jus nominandi aliquando ſubſtituti ſunt.

Quæ omnia veriora fortaſſe dici poſſent, dum agitur de inſtituta aliqua ſocietate eccleſiaſticorum ad deſignata religionis fungenda munera. In *diſpenſationibus* enim concedendis ſemper conſenſus collegii requiritur *can. præſentium cauſa 1. quæſt. 5.* ubi gloſs. verbo *fratrum*, *nam in omni dipenſatione conſenſus capituli requirendus eſt*. Quod ita obtinuit, ut nunquam etiam vacationes ob quadragenarium continuum, & laudabile ſervitium dentur, niſi conſenſus ille intercedat; vel ſi negetur, de repulſæ injuſtitia prius non cognoſcatur.

Videndum ſecundo num legitimas contradicendi cauſas habeant *capellani*, cujuſque ponderis æſtimandæ ſint.

Advertendum tamen in facto, in toto *Joannæ Baptiſtæ* teſtamento auferri ſtatim jus nominandi patronis, ſi capaces non nominaverint, aliiſque dari; & auferri quodcumque

jus iis, qui contra leges nominati fuerint: *e per ovviare al pregiudizio, che potrebbe risultare al servizio di Dio dalla negligenza nel nominare di quelli, che ne averanno il jus, comanda espressamente a tutti, e ciascheduno di quelli, che averanno il sopradetto jus nominandi, come sopra distribuito, & anche alla stessa congregazione de' Sacerdoti, ed al magistrato di questa Terra di Monte Filottrano, quando gli toccerà il jus di nominare, che dentro il termine di tre mesi dal giorno di quella vacanza, che in qualunque modo accaderà della cappellania, di cui averà detto jus di nominare, debba onninamente eseguire la nomina, la quale non essendosi dentro detti tre mesi, per quella volta, & in gni volta, che ne succederà il caso, debba esercitarsi detta nomina dal sacerdote più anziano di sacerdozio del clero di detta Terra di Monte Filottrano, quale immediatamente, e nel termine di dieci giorni, dopo spirati li sudetti tre mesi, debba nominare, e non nominando in detti dieci giorni, subito spirati li medesimi ricada la nomina al Sacerdote di detto clero, che immediatamente gli succede nella detta anzianità di sacerdozio, e così di mano in mano da sacerdote in sacerdote di detto clero, e quello, che di loro dovrà esercitare detta nomina non l'averà eseguito nel termine di dieci giorni; e lo stesso comanda, che parimente abbia luogo, e si eseguisca ogni volta, che qualsisia nominato non essendo capace di conseguire la cappellania, a cui sarà stato nominato, non se ne renderà capace nel termine di tre mesi dal dì del rogito della sudetta nomina, o il patrono non avrà nominato un altro, che sia capace, quando il primo nominato non possa rendersi tale.*

Præterea, quod ipsa *Joanna Baptista*, cum prima vice nominaverit minoris ætatis *capellanum*, expresse addiderit, quod nunquam id in exemplum traheretur: *l'ottava, ed ultima di dette otto cappellanie sarà denominata di S. Antonio, e primo cappellano di detta ottava cappellania la stessa signora testatrice nomina il signore Sebastiano Gentiloni figlio del sopradetto signor Agostino Gentiloni; e non potendo, o non volendo conseguirla detto signor Sebastiano, nomina in tal caso il signor Girolamo di lui fratello carnale, quale abilita a poterla conseguire, ancorchè non avesse compita l'età richiesta per conseguirla, secondo che si dichiarerà dalla medesima signora testatrice, il che però non debba passare in esempio, o d'altri.* Quæritur

An sit locus dispensationi in casu &c.

Affirmative.

Sess. 23. cap. 1. & Sess. 24. cap. 12. de Reformat.

CAMERIN. Sacerdos *Antonius Marianus Camers* incola *Ploraci*, quod oppidum *Camertis* diœcesis est, anno 1714. duas *capellanias* ecclesiasticas erigendas reliquit in ejus

ejus loci ecclesia SS. *Conceptionis*, cum annuo reditu sc. 60. pro qualibet. Ad primam nominavit *Petrum Antonium Agretti* parochum S. Cassiani, dummodo eam curam dimitteret. Ad secundam clericum *Petrum Paulum* filium *Pompilii Catalini*, dato onere *di celebrare quanto a detto Pietro Antonio per se ipsum, e quanto a detto chierico per alium, e poi per se ipsum, quando sarà sacerdote, la messa quotidiana per ciascuno di detti cappellani, e rettori nella sudetta chiesa, con dichiarazione, che ognun di loro abbia l'esenzione di celebrare, e far celebrare respettivamente per un sol giorno la settimana, e non altrimenti &c. ed in oltre, che detto Pietro Antonio subito, che avrà preso il possesso della cappellania, o benefizio, e detto chierico subito, che sarà fatto sacerdote, debba procurare la facoltà di udire le confessioni sacramentali, e poi esercitare tal ministero nella sudetta chiesa della SSma Concezione, per consolazione del popolo di Pioraco, che scarseggia di confessori.*

Jus nominandi de prima dedit suis hæredibus, de secunda *Pompilio Catalino*, & hæredibus. *Descendentes* utriusque in qualibet præferri voluit: si non extarent, suos consanguineos, & propinquos: *dichiarando che possino nominarsi, o presentarsi anco i chierici, purchè arrivato il tempo si faccino sacerdoti, ad effetto di adempire per se ipsos alli pesi come di sopra espressi, e dichiarati, e non promovendosi al sacerdozio, vuole, che restino esclusi, e privati da tali benefizj, o cappellanie, come adesso per allora gli esclude, e priva da ogni jus, che vi avessero acquistato.*

Atque ut enixam de omnibus, quæ mandaverat, voluntatem explicaret, adiunxit, *che ciascun cappellano, e rettore debba tenere un libro nella sagrestia di detta chiesa, e descrivere di giorno, in giorno le messe, che celebreranno, le quali non possino mai celebrarsi per alium, se non in caso che il cappellano fosse chierico, e non sacerdote nel modo, che si è detto di sopra; ed avanti che l'erede paghi l'emolumento come sopra destinato di scudi 60. annui per ciascheduno, debba riconoscere l'adempimento, e non costandogli dal detto libro, deve trattenere il pagamento per la prima volta, fino a tanto, che averà rimesse le messe mancanti, per la seconda volta si ricorri al superiore, perchè sia punito per aver mancato all'obbligo suo, e per la terza volta si privi del benefizio, o cappellania, come adesso esso signor testatore lo priva; eccettuando però le mancanze, che possono nascere da cause legitime, come d' infermità, e simili, ed allora possino le messe farsi celebrare da sacerdoti secolari per l'adempimento dell' intenzione di esso signor testatore, siccome gli chierici fino a tanto, che diranno messa siano obbligati di farle sempre celebrare, e applicare da sacerdoti secolari.*

Clericus *Hieronymus Catulinus Camers* secundam capellaniam modo habet, atque eo titulo ad sacerdotium promotus est. Aliquo tempore onera præsens implevit, sed obtentu valetudi-

tudinis, ob gravem aerem loci, ſibique noxium, ab eo divertendi veniam pluries petiit, obtinuitque, donec *die* 24. *Martii* 1764. ad *ſex tantum menſes abſque ſpe prorogata* eſt. Hinc aliam viam iniit, SSmo per *Datariam* preces obtulit de impetranda perpetua facultate non reſidendi, quas Emus *Prodatarius* ad Sac. Congregationem remiſit *pro voto*. De hac petitione agitur, contradicentibus hominibus oppidi, inter quos familia *Mariani* teſtatoris hæres.

Ait *Hieronymus Catalinus* legitimam eſſe cauſam non reſidendi adverſam valetudinem *Barboſ. de Canon. quæſt.* 24. *num.* 33. *Rot. deciſ.* 307. *num.* 2. *par.* 6. *recent.* Licet teſtator perpetuum ſervitium, & abſentiam prohibuerit *Piton. diſcep.* 37. *num.* 15., *Panimol. deciſ.* 20. *annot.* 3. *num.* 62. Multo magis, ſi teſtator ipſe expreſſe excepit *le mancanze, che poſſono naſcere da cauſe legittime, come d'infermità, e ſimili*.

Nec ambigi poſſe de morbis, quos ex permanſione in loco contraxit, quibuſque adhuc laborat. Non ſibi nunc faciendum novum ſalutis periculum. Habere juratos medicos, qui hoc affirmant, & Epiſcopi teſtimonium. Experientia id toties comprobatum fuiſſe, dum illuc rediit; ex neceſſitate remigrandum fuiſſe ad patriam. Hinc toties petitam veniam obtinuiſſe.

Neque attendendas eſſe querelas populi. Salutem hominis ſummam cuique legem eſſe ab ipſa natura inditam. Non ideo ſe obiiciendum mortis periculo iterum, quia per injuriam pauci homines juſtam petitionem accuſant. Nullum damnum ſua abſentia illis inferri. Impleri onera. In loco vix ſupra tercentum hominum eſſe. Decem adeſſe ſacerdotes. Septem ex iis ſacramentales confeſſiones audire.

Per invidiam vero opponi, quod regularis ſacerdos, & quandoque exterus ſubſtituendus non ſit. Neceſſitate id fieri. Se paratum eſſe deputare ſæcularem, qui ad onus ſe offerat. Præterea non adverſari teſtatoris voluntatem, qui de ſacerdotibus ſæcularibus dixit, regulares præſertim in caſu neceſſario non excluſit. Se ad capellaniæ titulum promotum fuiſſe. Eam non poſſe dimittere. Conſentire patronos. Quæ contra afferuntur, per calumniam vexandi animo allegari.

Ex adverſo autem inquiunt *capellanias* reſidentiam *præciſam* in loco requirere. Apparere id ex onere iniuncto celebrandi per ſe ipſum *Piton. diſcept. eccleſ.* 142. *num.* 3., *& S. Congregatio in Romana præpoſituræ* 1. *Aprilis* 1719., & ex privationis pœna in caſu omiſſæ per ſe ipſum celebrationis *Rot. rec. deciſ.* 140. *num.* 5. *par.* 4., *& coram Falcon. de benef. deciſ.* 1. *num.* 12. Nefas eſſe hanc voluntatem evertere *can. ult.* 13. *quæſt.* 2., *clement. quia contingit* 2. *de relig. dom. leg.* 1. *cod. de ſacroſ. eccleſ.*, *& leg.* 2. *eod. comm. de leg.*

Hanc,

Hanc, præcipue perpetuam, veniam contra expreſſam teſtamenti literam concedi non poſſe *Lotter. de benef. lib. 2. quæſt.47. num.15.*, *Petr. in conſt. X. Boniſac. VIII. num.10.*. Maxime quia teſtator enixe, & impenſe, loci commoditatem reſpexit, curavitque, ut ſervitio eccleſiæ, & publico bono proſpiceret *cap. quia nonnulli de cler. non reſid.*, *Ventrig. in prax. par.1. adnot. 37. §.1. num.3. in fin.*, *Piton. de contr. patr. alleg.35. num.16.*

Somnia vero eſſe, quæ aſſerit *Catalinus* de ſuis morbis internis. Eos non probari; neque ſaltem concludi, quod ex cœli gravitate venerant. Saluberrimo in loco oppidum poſitum, quod nulli finitimorum cœli felicitatem, ac ſanitatem invideat. Clariſſima eſſe de hoc teſtimonia peritorum. Certiſſimam experientiam ipſam, tot indigenarum, ac confluentium multitudine perpetuo comprobatam.

Demum omni caſu neque exterum, neque regularem ſubſtitui poſſe. Favorem inde curiæ taxant de conniventia erga *Catalini* fratrem, qui eidem curiæ inſervit.

Epiſcopus alias ſemper favit *Catalino*, favetque nunc, ut ex ejus *relationibus*, quæ circumferentur.

Infirmitatem corporis juſtam præbere cauſam non inſerviendi ſine ulla fructuum diminutione eſt *in cap. 1. de cleric. ægrot.*: *hortamur, quatenus latorem præſentium ad percipienda, quæ conſueta ſunt, ab eccleſia tua, ægritudo ſua non debeat impedire, quia ſi alii ejus eſſent exemplo deterriti, forte non poſſet, qui militaret eccleſiæ, inveniri; ſed ſecundum ejus ordinem quæcumque ei, ſi ſanus eſſet, poterant miniſtrari, de ipſa exiguitate, quæ eccleſiæ poteſt accedere fraternitas tua præbeat ægrotanti.*

Bonifacius VIII. in *cap.1. de cleric. non reſid.*, improbata quacumque conſuetudine, vel *ſtatuto*, quo abſentes lucrabantur diſtributiones quotidianas, dixit, *qui vero aliter de diſtributionibus ipſis quidquam receperit* (*exceptis illis, quos infirmitas, aut juſta, & rationabilis corporis neceſſitas, aut evidens eccleſiæ utilitas excuſaret*] *rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas.*

Sac. Congregatio in *Romana jurium canonicalium* 5. *Maji* 1703., propoſito *an canonico Stradæ, cui ex cauſa infirmitatis fuit conceſſum indultum vacandi a choro, aliiſque officiis Divinis, illud etiam ſuffragari valeat pro laudemiis, quindenniis, capitulis, aliiſque capitularibus anniverſariis, feſtivitatibus, proceſſionibus, & pro quibuslibet functionibus in eccleſia peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta cujuſvis generis, & ſpeciei communia nuncupata, ac etiam victualia, & candelas*, reſpondit *affirmative etiam quoad laudemia, exceptis anniverſariis, aliiſque obventionibus non fixis, & in quibus diverſimode fuerit a teſtatoribus diſpoſitum.*

In una *Acernen. distributionum quotidianarum*, proposito *an canonico Philippo Ragone, attenta ejus infirmitate debeantur, distributiones quotidianæ, & alia emolumenta, de quibus agitur*, respondit *die* 14. *Martii* 1739. *affirmative exceptis distributionibus, & emolumentis, quæ juxta testatorum voluntatem debentur tantum actu interessentibus*.

De modo autem probandi infirmitatem non levis controversia est. Putant aliqui ipsam infirmi juratam affirmationem sufficere *Mascard. de probat. conclus.* 884. *fere per tot; Zanger. de except. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 12., *Mindan. de proceff. lib.* 2. *cap.* 19., quod non aliter tamen admitti posset, nisi dum agatur de testimonio, quod nulla suspicione laboret; fides etenim jurisjurandi pendet a fide viri, ex *notissimis*, *vid. Stryx jurisd. disert. vol.* 5. *disput.* 3. *cap.* 3. *num.* 57.

Veruntamen recepta ordinaria probatio fieri consuevit per literas, & testimonium medicorum, qui de certis, & indubitatis morbis, ac de necessaria ob eos causa testificentur *Zacchias in quæst. med. leg. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 3., nec non per testes *Farinac. de testib. quæst.* 63. *in pr.*, *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 53. *num.* 116.

Quando autem de infirmitate apertissime probatum sit, Sac. Congregatio indulsit temporariam veniam, oneravitque de ea religionem petentis. *In una Aquilana indulti* 16. *Junii* 1745., proposito *an, & quomodo archidiacono Francisco de Carolis concedendum sit indultum, de quo agitur*, respondit *affirmative onerata conscientia Oratoris, durantibus infirmitatibus, arbitrio Episcopi*.

In una *Tranen. distributionis* 12. *Septembris* 1750., proposito *an constet de legitimo impedimento abessendi a choro, ita ut debeantur distributiones quotidianæ in casu &c.*, respondit *affirmative onerata conscientia Oratoris*.

In una *Cremonen. indulti*, proposito *an sit concedendum indultum pro exemptione a servitio chori, & ecclesiæ*, respondit die 2. Augusti 1760. *affirmative darante infirmitate, & onerata conscientia Oratoris*:

Probationem tamen dubiam vel rejecit, vel non admisit, nisi firmius comprobaretur. *In una Osnabrugen.* 20. *Septembris* 1727., *proposito an, & quomodo sit providendum in futurum*, respondit *pro prorogatione ad annum, & conficiatur interim proceffus coram Ordinario super qualitate infirmitatis, qui eam transmittat cum suo voto*.

Perpendendum hic an aliquod discrimen sit inter temporalem absentiam, & vacationem causa curandi aliquem peculiarem morbum, & perpetuam, ob cœli intemperiem, & gravitatem. An certioribus hoc casu probationibus opus sit. An sit docendum de morbis ob solam illius aeris inclementiam superventis. Præcipue ubi de apertissimis testamenti legibus, dum alii adversantur, sit derogandum. Videndum idcirco an, testator celebrationem *per seipsum* in casu infirmitatis ali-

aliquando remiserit tantum, non residentiam. Advertendum, quod *Hieronymus* alio gaudet beneficio ecclesiastico. Proponitur

An sit locus indulto abessendi, & celebrandi per alium sacerdotem sive secularem, sive regularem in casu &c.

Affirmative ad triennium, si tamdiu necessaria infirmitatis causa perduraverit, onerata oratoris conscientia, & adimpletis interim omnibus oneribus per sacerdotem sæcularem idoneum, etiam ad excipiendas confessiones sacramentales.

VITERBIEN. SUBSIDII DOTALIS. *Marcus Antonius Morellius Viterbiensis* anno 1632. hæreditatem dedit sodalitio *SSmi Crucifixi*, quod *Viterbii* est in ecclesia *S. Egidii* cum lege: *del resto de' frutti rendite, e pigioni, debbano maritarsi tante zitelle di padre, e madre Viterbesi, oneste di buona condizione, e fama, ogni anno in perpetuo nel giorno di S. Egidio al primo di Settembre, con dargli a ciascheduna per sua dote elemosina scudi 25. di moneta, quando si mariteranno, ovvero monacheranno: con condizione, che morendo senza figlioli legitimi, e naturali, ovvero teneſſero vita disonesta, [il che Dio non voglia] dette doti ricaschino alla detta compagnia, e s' impieghino in benefizio di essa.* *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

Addiditque, *e sebbene il testatore lascia, che le sudette doti, ed elemosine non si diano, se non alle zitelle Viterbesi, come di sopra, di padre, e madre; nondimeno vuole, che il primo maritaggio, che si farà, se vi saranno tanti denari, se non l'altro dopo, si diano a Margarita, ed Orsola Pranziotti figlie di donna Lorenza Franziotti, ed anche alla figliola di Agata moglie di Domenico, alias Nincio, scudi venticinque per cadauna, sebbene fossero maritate, overo si maritassero, e dopo alla loro morte ricaschino alli loro eredi di mano in mano, e non alla detta compagnia. E poi si debba seguitare sempre il maritaggio delle zitelle di padre, e madre Viterbesi come sopra.*

Inter nomina puellarum, quæ, post inquisitionem de earum qualitatibus per deputatos sodales factam, posita in urnam erant, mense *Septembri* 1763. sors arrisit *Ceciliæ Geltrudi Martinoziæ Viterbii* natæ, ex patre tamen, qui in *Urbe veteri* ortum habuerat. Hinc sodalitium negavit dotem. An legitime neget nunc cognoscendum. Res non modicum momentum habet, propterea, quod Sac. Congregationis sententia deinceps *Viterbii* perpetuis temporibus pro lege habebitur.

Obiicit

Obiicit ſodalitium, teſtatorem requiſiviſſe in dotibus per expreſſam legem non ſolum puellas *Viterbienſes*, ſed utrumque parentem *Viterbienſem*. Non potuiſſe ita que ad ſortem vocari *Ceciliam* natam ex parte extero *Valent. de ultim to. 2. par. 2. num. 23.*, *& Rot. cor. Caprar. deciſ. 650. num. 1.*

Præſertim quia non agitur de interpretanda lege, ſive communi, ſive municipali, quæ latiorem interpretationem fortaſſe admitteret; ſed de hominis diſpoſitione ſtricte intelligenda, & ſervanda *l. finali cod. de his qui veniam, Caſtil. con. jur. lib. 2. cap. 20. n. 16.*. Ac precipue de mente teſtatoris *Viterbienſis*, qui longa origine *Viterbii* natos aſcendentes habuerat *Rot. coram Zarat. deciſ. 22. num. 3.*, *& ſequen.*, *& cor. Caprar. deciſ. 650. num. 2.*

Adiicit rem claram facere, quod teſtator ipſe *Margaritam*, *& Vrſulam Pranziotti*, quæ qualitatem hanc non habebant, ſpeciatim admiſit ex ſuo clariſſimo privilegio. Hinc apertiſſimum reddi reliquas ſimiles puellas rejiciendas fuiſſe *Rot. coram Caprara deciſ. 650. num. 3. Romana relicti prælatitii de Carpineo 10. Januarii 1752. §. quippe coram de Vais.*

Nec momenti eſſe, quod *Ceciliæ* pater a pueritia per quinquaginta, & ultra annos *Viterbii* moram fecerit. Acquirere illum inde potuiſſe domicilium, non vero unquam poſſe dici *Viterbienſem*; præſertim ad effectum, de quo agitur, ut inter proprios, & vere naturales cives eſſet reputandus, & iis privilegiis, ac beneficiis frui poſſet, quæ nonniſi oriundis, & proprie civibus ex teſtamento data ſunt *Gregor. Lopez ad leg. Taur. part. 4. tit. 34. leg. 3. num. 14.*, *& Rot. coram Anſald. deciſ. 366. num. 91.*

Inanem autem, ac non legitimam eſſe diſtinctionem inter *Viterbienſem*, & de *Viterbio*. Utrumque idem ſonare, eamdem importare ſignificationem, nullum intereſſe diſcrimen ex clara doctrina *Bartoli in leg. ſi poſſeſſor §. ait ff. de petit. hæred.*, *& Rot. cor. Caprar. deciſ. 650. num. 6.*

Eminentiſſimi Epiſcopi commiſerationem poſſe quidem laudari dicunt, ſed cauſam hanc, non ex commiſeratione erga unam puellam, quam teſtator excluſit, ſed judicandam ex juſtitia, ne aliis puellis nunc & in poſterum, quod teſtator dedit, auferatur; quæ & inopes, & ſimili commiſeratione, & pietate dignæ erunt.

In deciſione autem coram *Molines* 982. eſſe caſum de eo, qui habitabat adhuc in territorio, an poſſet dici *de civitate*, ac *præſentari*. *In Spoletina ſubſidii dotalis* diſputatum fuiſſe *diei 25. Aprilis 1761.*, an admittendæ eſſent puellæ non ortæ in terra *Vſignii*, ut teſtator voluerat, ſed in contermino caſtro *Podii*, & propoſito an *puellæ Lucia*, *& Maria Gugè admittendæ ſint*, licet parochus, ad quem ſpectabat puellarum electio, earum nomina in urnam poſuiſſet, reſponſum fuiſſe *negative*.

Puel-

Puellæ cauſam tuetur Eminentiſſimus Epiſcopus : *id enim certum eſt, ac pluribus teſtibus mihi comprobatum Oratricis patrem ſupra ſexageſimum jam annum agentem, Urbeveteri quidem natum, at in puerili ætate Viterbium adductum, in hac ipſa Urbe ſacramentum confirmationis anno* 1713. *a prædeceſſore meo, tunc temporis Epiſcopo Cardinali de Comitibus, poſtea ſanctæm. Innoc. XIII., ſuſcepiſſe. In hac eadem Urbe uxorem Viterbienſem duxiſſe : ibidem ad quinquaginta prope annos moram traxiſſe in laicali curia ſubſtituti munere fungentem ; ac tandem a quadraginta annis inter ejuſdem ſocietatis confratres cooptatum, nedum ſecretarii, quem vocant ſolicitatoris, ſed & officialis, ſeu ſuperioris gradum obtinuiſſe*. Suam ſententiam deinde, & ſententiæ rationes aperit, ut juris eſſe exiſtimat, favore *Ceciliæ* ; aliaque adjungit, quæ in *relatione* circumferenda videnda ſunt.

Cives vere ſunt, qui naſcuntur, vel aliquo expreſſo modo cives fiunt, veluti manumiſſione in ſervis, adoptione in familiam, atque allectione. Incolæ vero, qui longo tempore domicilium faciunt. Eſt textus *in l. 7. cod. de incolis lib.* 10. : *cives quidem origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio ; incolas vero (ſicut & divus Hadrianus ſuo edicto manifeſtiſſime declaravit) domicilium facit.*

Certum eſt ratione longi domicilii *ad munera civilia quemque vocari poſſe l. 6. eod. tit. : privilegio ſpeciali civitatis non interveniente, tamen originis ratione, ac domicilii voluntate, ad munera civilia quemque vocari, certiſſimum eſt.*

Certum eſt duo domicilia haberi poſſe, ac filium civitatem paternæ originis, non domicilium ſequi *l. 6. ad municip. de incol.* : *filius civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem ducit, non domicilium ſequitur. Juris prudentibus placuit duobus locis poſſe aliquem habere domicilium, ſi utrobique ita ſe inſtruxerit, ut non ideo minus apud alteros ſe collocaſſe videatur.*

Verum non ad omnia quis vere civis interdum eſt reputandus ; licet ſi domicilium in aliquo loco defixerit, ibi & civiles honores habere aliquando poſſit, & ad civilia munera obligari, ac civilem cenſum ſolvere. Dum de teſtamentis agitur, videndum, quis teſtator, quibus verbis loquutus fuerit, quomodo ea verba de jure interpretanda ſint, quomodo communiter accipiantur, quid erui poſſit ex peculiaribus circumſtantiis de voluntate ipſa, & mente teſtatoris, qui ſuarum rerum arbiter, & moderator erat, ſuæ pecuniæ legem dixit, ac peculiarem aliquem modum loquendi, & ſuam mentem, & voluntatem explicandi fortaſſe habuit, ut non raro accidit ; quæ locupletiſſima origo eſt tot controverſiarum, quæ forum obſident.

Si legatum indifferenter alligatum ſit alicui qualitati, quæ acquiri poteſt, certe acquiſita qualitate, ſive ex privilegio, ſive alio modo, legatum deberetur. Puta ſi legatum datum eſſet civibus, illud, niſi alioquin adverſaretur

mens, haberent, qui civitatem acquiſiverunt, ut de relicto civibus Neapolitanis differit *Capon. diſcept.* 115. *n.* 25. *tom.*2. Quia, ut inquit *Rot. cor. Molin. deciſ.* 982. *num.*6. *ſub nomine civium veniunt tam veri oriundi, quam etiam illi, qui civitatem comparant ex incolatu*.

Si de requiſita qualitate, quæ naturalis eſt, ſermo fuerit, non ſemper ſufficit, eam acquiſiviſſe. Puta de qualitate originis, quæ nunquam ex domicilio venire poteſt *Caſtren. conſ.* 21. *num.*5. *part.*1., *Gail. lib.*2. *obſer.*35. *num.*6.

Certe patet teſtatorem voluiſſe puellas eſse natas *Viterbii*, licet primum expreſse non dixerit, niſi *zitelle di padre, e madre Viterbeſi*, ex quo juxta ſcrupuloſam lectionem literæ, puellæ etiam alibi natæ admittendæ viderentur, dummodo *patrem, & matrem Viterbienſes* habuerint, cum deſignatio *Viterbienſium* ad ſolos genitores appoſita fuerit. Quod tamen abſurdum eſset; nam jure creditum eſt teſtatorem voluiſſe ſubſidia dari in loco, & puellis ſuis civibus præbere dotis ſubſidium, quemadmoduum & ex veteri intelligentia teſtamenti, & perpetuo uſu nunquam controverſo, peractum eſt.

Quod apparet etiam clariſſime, quia ubi loquitur de puellis *Pranziotti* dixit: *ſebbene il teſtatore laſcia, che le ſudette doti, ed elemoſine non ſi diano ſe non alle zitelle Viterbeſi, come ſopra di padre, e madre, non di meno &c.*, & infra, *e poi ſi debba ſeguitare ſempre il maritaggio delle zitelle di padre, e madre Viterbeſi come ſopra*.

Videndum itaque, an quemadmodum ſub appellatione *Viterbienſi* voluit puellas *Viterbii natas*, ita parentes *Viterbii natos* voluerit ſub eadem appellatione, qua indiſcriminatim, & promiſcue tam de puellis, quam de earum parentibus uſus eſt. Dubitatur

An ſubſtineatur extractio puellæ Ceciliæ Martinoziæ ad ſubſidium dotale relictum a Marco Antonio Morelli, ſeu potius deveniendum ſit ad novam extractionem puellarum cum requiſitis teſtamenti dicti Morelli in caſu &c.

Non propoſita cum ſequenti.

*Seſs.*24. *cap.*1. *de reformat.*

LUCANA NULLITATIS MATRIMONII. Menſe *Majo* 1762., poſt annum a nuptiis cum *Blaſio Torre*, maritalem domum reliquit *Fulvia Cecilia Sinibalda*, ac paulo poſt in curia *Ordinarii Lucenſis* ſe in libertatem proclamavit ex conjugii fœdere non recte inito cum viro ad ultima matrimonii opera inefficaci, & invalido, *ob naturalem*, & *per-*

perpetuam impotentiam. Negavit *Blaſius* ſuam perpetuam eſſe imbecillitatem, quam juvari exiſtimabat ope medicamentorum, ad quæ paranda tempus petiit, quod datum eſt. Poſt aliquot menſes domum redivit mulier; ſed nihilo meliorem maritum experta, aliis quatuor menſibus elapſis deſeruit iterum. Hinc profecuto judicio, poſt multa *die* 18. *Julii* 1764. exiit ſententia *declarans matrimonium fuiſſe, & eſſe uſque ab initio nullum, & irritum ob perpetuam, & abſolutam impotentiam Blaſii*. De ea ſententia nunc eſt cognoſcendum.

Neceſſe non eſt, ut omnia hic repetantur, quæ ex monumentis cauſæ habentur, ſive de actis ante ſententiam, ſive de interrogationibus, ac reſponſionibus hinc inde datis, ſive de inſpectione, & probata integritate mulieris, ſive de non facta inſpectione corporis viri, qui niſi certo modo fieret, eam recuſavit, uti facta non eſt. Cuncta ſub oculis erunt, ac nonnulla ex iis perpetuo manſuræ paginæ non erant mandanda.

Pro muliere dicunt, ſuis viribus conſtare ſententiam, ex ſervata adamuſſim conſtitutione *Benedictina*, atque omni, quæ poterat, diligentia per curiam adhibita ad veritatem perpetuæ impotentiæ inquirendam, ac demonſtrandam. Juſtitiam autem claram eſſe ob probatum perpetuum, & inſanabile impedimentum, quod certe matrimonium irritum reddit *cap. quod ſedem* 7. *de frig. & malef.*, *Ponte de matrim. lib.* 7. *diſcept.* 107. *num.* 3., *Bonacin. de matrim. quæſt.* 3. *punct.* 13. *num.* 9., *Vrſaj. diſcept.* 12. *num.* 29. *tom.* 1., *& Rot. deciſ.* 965. *num.* 2. *part.* 2. *rec.*

Ambigi autem non poſſe de *evidenti* ſaltem *veriſimilitudine* hujus impotentiæ ex probationibus, quæ quamcumque dubitationem excludunt. Virum ipſum initio litis eam tunc, licet medicabilem, admiſiſſe. Peritos a marito adductos illud ipſum aſſeruiſſe. Adhibita inde medicamenta, ſed inutiliter. Fruſtra per annum antea, ac poſtea per quatuor menſes ex utraque parte pertentata omnia. De integritate virginis non dubitari. Maritum ideo receſſiſſe, ideo ſubterfugiſſe inſpectionem ſui corporis, ideo latitaviſſe, ut impotentiæ evidentem probationem vitaret, non bona fide, ad vexandam litibus nihil de hoc commeritam innocentem puellam; qua etiam de cauſa illius erga ſe odium, ac contemptum ſomniavit. Extare tamen teſtimonium peritorum, qui, perſpectis omnibus, conſtans judicium de perpetua, & immedicabili imbecillitate dederunt.

Accedere jusjurandum utriuſque conjugis ſuper non conſummatione, ac decem nobilium teſtium, loco *ſeptimæ manus*. Ex his omnibus certant, locum eſſe diſſolutioni matrimonii, non expectato experimento triennalis habitationis *Innoc. in cap. laudabilem num.* 1., *Pirhinc. in juſ. can. lib.* 4. *tit.* 15. *ſect.* 3. §. 3. *not.* 4., *Rot. ad ornat. Card. de Luc. lib.* 14. *de*

matrim. decis. 10. *num.* 16.. Cum ex his omnibus non solum *verisimiliter evidens* impotentia, sed certa, & manifesta videatur concludi, quæ ampliorem probationem non desiderat *Mascard. de probat. conclus.* 311. *num.* 4., *Sperel. decis.* 135. *num.* 41., & *Rot. post Zacch. quæst. med. leg. decis.* 7. *num.* 23.

Inciviliter autem opponi ex parte viri defectum recognitionis, quam ipsemet etiam per *censurarum* metum coactus detrectavit. Non usitatum in jure esse, ut quis suo dolo, & culpa commodum, utilitatem, & emolumentum percipiat, alteri damnum inferat.

Alia ex parte *defensor* matrimonii de *nullitate* intrinsecus sententiam arguit, temere, inconsiderate, & præcipitanter latam sequenti die post completa *acta* causæ, quæ vix longo tempore revolvi poterant: & ex denegato *defensori* spatio ad videnda, & jura matrimonii defendenda: &, quod plus est, ex omissa viri recognitione, qui non solum moneri per minas *censurarum*, sed per *censuras*, & vi publicæ potestatis cogi debebat: ac demum ex neglecta saltem triennali habitatione, quæ, deficiente probatione visibilis perpetui, & irreparabilis impedimenti *de forma solemnitatis probatoriæ* est ex ipsa canonum sanctione.

Hinc, suo ipso pondere, ait, descendere sententiæ injustitiam; quia non probata perpetua, & absoluta impotentia viri, matrimonium dissolvi nequit *Joan. Andr. in cap. fraternitatis num.* 3., *Sanchez de matrim. lib.* 7. *cap.* 107., *Rot. decis.* 91. *post Zacch. quæst. med. num.* 38.

Illam autem nunquam probari ex testimonio conjugum, quorum fides suspecta est semper *cap. super eo de eo qui cogn. gloss. in cap. accepisti verbo probari de frigid.*, & *malef.*. Maxime, quia maritus perpetuam illam negavit, & periti nullum visibile adesse vitium testati sunt.

Nihil vero facere, quod uxor virgo reperta sit. Quidquid enim dici debeat de hoc semper dubio experimento, certum esse ex integritate mulieris non concludi impotentiam mariti, & quidem perpetuam, & absolutam *Sanchez de matrim. lib.* 7. *disp.* 109. *num.* 19., *Rot. post Zacch. quæst. med. leg. decis.* 14. *num.* 38.

Contemnendum autem judicium peritorum qui fuerunt judicis officio deputati ex nova *praxis* doctrina, & corpus viri non inspexerunt, nec *rectum judicium* ullum ferre poterant ex *actis*, in quibus nullum monumentum factæ recognitionis extabat.

Quamobrem non solum non probari *impotentiam evidentem*, sed nec *verisimilem*. Ad summum dici illam posse *conjecturalem*; quo casu triennii habitatio inevitabilis de jure erat, *cap. fin. de frig.*, *Ponte de matrim. lib.* 7. *cap.* 66, *num.* 2., *Rot. coram Seraph. decis.* 687. *num.* 1., & *cor. Burat. dec.* 763. *num.* 12.

Vi-

Videnda ſunt utriuſque partis ſcripta, & monumenta cauſæ revolvenda.

Duo certe ad ſolvendum ex naturali viri impotentia matrimonium requiruntur omnino, & quod non fuerit conſummatum, & quod ex impotentia hominis perpetua, & inſanabili evenerit. Sine his omne judicium tacet. Quamobrem tametſi de intacta, & inviolata muliere conſtet, potiſſima inſpectio eſſe debet de vitiato corpore viri, tanquam de ſubjecto quæſtionis, materia, & fonte, & quaſi *delicti corpore*, unde actio oritur.

Ob eam quoque rationem, propterea quod religionis, & reipublicæ intereſt, ut hæc judicia confeſtim, ſi fieri poterit, finiantur. Quid enim ſi vitium evidens naturale, perpetuum, & immedicabile ſub oculis pateat, ſunt ultra vexandi, & diſtinendi conjuges inter clamores hoſce parum verecundiæ convenientes, ac perturbandæ familiæ, & diſpendiis, querimoniis, jurgiiſque locus ampliandus? Imo ſi vitium irreparabile, ſive nativum, ſive ante initum matrimonium, certiſſime probaretur, inutilis profecto eſſet inquiſitio de ipſo mulieris corpore, & dum neceſſitas aliud non poſtularet, eſſet parcendum pudori.

Ex hoc juris principio proficiſcitur, quod ſi certa probatio evidentis perpetui vitii deſit, aliæ tunc admitti poſſunt probationes, ut rem, quæ dubia erat, certam faciant, ante dandum judicium de dirimendo nexu matrimonii ſacramento firmato; qui ſi irritus reapſe non ſit, humano judicio dirimendus non eſt.

Inter has probationes, quæ ſane conjunctim, nam unaquæque periculo non vacat, accipiuntur, & conſiderantur, præcipua eſt probata ex inſpectione integritas virginis; quæ tamen, ſi vera penſentur, non niſi argumentum, ſive conjecturam vehementem facit poſt diuturnam habitationem, atque hominis continuatos niſus, imbecillem eum maritum eſſe, qui tanto temporis ſpatio id perficere non potuit, quod bono animo, toties, repetitis vicibus, ac vocatis medicinæ auxiliis, perficere conatus eſt.

Hinc requiſita habitatio, & quidem non minus, quam triennalis, cum vitæ individua conſuetudine, & ſociali lecto. Hinc poſtmodum nova arceſſuntur, ſi oporteat, judicia peritorum, novæ, ſi opus ſint, corporis inſpectiones mandantur. Hinc puellæ jusjurandum, & propinquorum, &, ſi haberi poſſit, ejuſdem conjugis, qui de ſua imbecillitate, & non conſummatione teſtificetur. Res utique clariſſimis, certiſſimiſque probationibus cumulatiſſime de perpetua omnino deſperata impotentia concludenda eſt quoquoverſus, ut non reparabilia, quæ aliter evenirent, vitentur mala. Non cognoſci enim facile eſt, quæ, etiam *præter divinum miraculum*, naturæ facultas ſit de infirmitatibus depellendis, & viribus inſtaurandis; ac ſanctio canoni-

nica in *cap. fraternitatis de frigid.*, & *malef.* deberet locum habere tam in mulieribus, quam in viris, ex ipſiſsima ratione, atque ipſiſsima ſacramenti ſanctitate, & fœdere non violando, ſive, dum opus ſit, redintegrando.

Celeſtinus III. *in cap. laudabilem de frigid.*, & *malef.* ait, *requiſiſti quantum temporis indulgendum ſit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis, in qua ſi defecerint, ſeparentur. Nos vero quamvis in antiquis tam canonibus, quam legibus ſuper hoc diverſa tempora concedantur, id tamen in præſenti conſultatione ſentimus, ut ſi naturaliter frigidus non poteſt illa, quam duxit, uti pro conjuge, a tempore celebrati contractus, ſi frigiditas prius probari non poſſit, uſque ad triennium ſecundum authenticum legale cohabitent: quo elapſo ſi nec tunc cohabitare valuerint, & juxta decretum Gregorii mulier per juſtum judicium de viro probare potuerit, quod cum ea coire non poſſit, accipiat alium: ſi autem ille aliam acceperit, ſeparentur*: gloſſ. *verbo juſtum judicium, per teſtes, vel per aſpectum corporis*.

Decretum *Gregorii*, de quo loquitur *Cæleſtinus*, *eſt in canon. quod autem* 1. *cauſ.* 33. *quæſt.* 1.: *vir, & mulier ſi ſe conjunxerint, & dixerit poſtea mulier de viro, quod coire non poſſit cum ea, ſi poteſt probare, quod verum ſit per juſtum judicium, accipiat alium: ſi autem ille aliam acceperit, ſeparetur*.

Sanchez in tract. de ſacr. diſp. 56. *num.* 16. interpretando *cap. laudabilem* inquit: *probari autem impotentiam dubiam medicorum declarationibus, nec alia via melius, nullus ſanæ mentis in dubium revocabit: judicium namque cujuſcumque rei, ad in ea peritos oportebit remittere: unde quando gloſſ. in cap. laudabilem ait idem eſſe impotentiam probari per rectum judicium, ac per teſtes, & aſpectum corporis, nomine teſtium, medicos intelligi oportebit: quando vero gloſſa aſſerait a fœmina poſſe viri impotentiam probari per teſtes, aut corporis viſum, ſic eſt intelligenda, quando videlicet hac poſſit incedere duplici via, cogendo maritum permittere ſe a teſtibus, hoc eſt medicis inſpici, permittendo ſe ipſam per matronas contemplari, ſit ne virgo, nec non: unde a teſtibus ſumenda eſt probatio impotentiæ viri in ſe ipſo inſpecto: a viſu vero ſumenda eſt probatio impotentiæ viri in fœmina inſpecta, & cum integritate inventa*.

Quamobrem non defuerunt, qui firmiter aſſeruerint, quod ubi deficiat ea certa probatio ex *viri aſpectu*, nèque uxoris virginitas ex *aſpectu corporis* comprobata, nec utriuſque conjugis jurata fides, ac *ſeptima manus* ſufficiant *Butr. ad cap.* 1. *de frigid.*, & *malef. num.* 7.: *credo, quod ſi velit probare ſe virginem ſolo aſpectu, quod non admittitur, quia per hoc non concluditur neceſſario impotentia viri: ſi vellet ſe virginem probare aſpectu, & per evidentiam defectus membri mariti, dico quod poteſt: ſi vult ſolum probare per aſpectum, & manum propinquorum, & doctores videntur inclinare, quod non poteſt, & hoc eſt tutius favore matrimonii*: ibique *Prepoſitus num.* 7. *S. Joannes de*

Ca-

Capiſtr. ſuper lib.5. decr. tit. de pœnit., & *remiſ. num.* 231., *Tamburin. in explic. mor. lib.8. tract.5. cap.7. num.6.*, *Pont. de matrim. lib.7. cap.66. num.8.*

Quemadmodum, quod idcirco judex ex officio omnino inſpectionem viri mandare debeat *Steph. de Gaeta in can. ad limina inter repert. jur. canon. tom.1. pag.159. num.522.*, *Hoſtien. in ſumma de frigid.*, & *malef. §. qualiter num.14. in princ.*, *Engel. in jus canon. lib.2. tit. de probat. §.3. num.12.*, *Cabaſut. in Theor.*, & *prax. juris canon. lib.3. cap.25. num.19.*, *Sanchez de matrim lib.7. diſp. 109. num.16.*, *Guttier. eod.tract. cap.120. num.24.*.

Ac profecto Sac. Congregatio *in una Pragen. matrimonii*, in qua die *6. Januarii* 1732. *negative* reſcripſerat dubio *an ſit conſulendum SSmo pro diſpenſatione*, cum deinde cauſa iterum proponeretur, & *difficultatis cardo verteretur potiſſimum in probanda matrimonii non conſummatione*, atque accederet jusjurandum utriuſque conjugis de non conſummato, ac non ſolum *pater ſponſæ*, *ſed* & *alii ſeptem prænobiles viri, quorum duo eam cognatione attingebant*, *ac mulier ſeſe recognitioni paratam exhibuiſſet*, attamen non facta inſpectione corporis viri, *die 6. Februarii* 1734. probationes non admiſit, perſtititque *in deciſis*.

Enim vero in omnibus ejuſmodi, quæ actæ ſunt, controverſiis, recognitio viri antequam judicium proferretur, præceſſit, ut videre eſt *in Mediolanen. matrimonii* 14. *Decembris* 1729., *in S. Severini matrimonii* 14 *Decembris* 1737., *in Narnien. matrimonii* 27. *Auguſti* 1746. *in Valentina nullitatis matrimonii* 24. *Auguſti* 1754., & *Amalphitana matrimonii* 2. *Aprilis* 1757.

Adeo ut Sac. Congregatio, niſi facta fuerit, ut fieret demandaverit illico; atque aliquando vel non bene, & rite peractam, vel non ſatis appoſite ad veritatem dilucidandam, iterari certo preſcripto modo imperaverit.

In una Giennen. nullitatis matrimonii, in qua de matrimonii *nullitate* quærebatur, poſt quindecim perpetuos annos, quibus ſimul vixerant conjuges; cum vir ſe recognoſci recuſaret, propoſito *I. an ſit locus recognitioni viri in caſu &c.*, & *quatenus affirmative II. an ſit præfigendus terminus viro ſe ſubjiciendi eidem recognitioni in caſu*, reſcripſit *die* 15. *Maji* 1723. *ad* I. *eſſe locum recognitioni tam viri, quam mulieris juxta inſtructionem. & eam viri eſſe explendam attentis circumſtantiis in oppido Matritenſi auctoritate Nuncii Apoſtolici, & eam mulieris eſſe explendam in Civitate Giennen. auctoritate Ordinarii tamquam delegati Sac. Congregationis; ad II. affirmative, & præfigendum terminum quatuor menſium tam viro, quam mulieri computandum a die præſentis decreti*.

In notiſſima *Januen matrimonii*, in qua conjuges communem domum, & communem lectum habuerant decennio integro, propoſito *an ſit locus prætenſæ diſſolutioni matrimonii*, *die* 10.

Ma-

Maii 1738. reſcriptum fuit *dilata, & conficiatur proceſſus juxta inſtructionem per judicem delegandum ab Emo Præfecto, & fiat recognitio corporum mulieris Romæ, viri autem in loco deſignando ab eodem Emo juxta mentem, cum præfixione termini duorum menſium dicto viro ad ſe ſubjicieudum præfatæ recognitioni computandi a die faciendi decreti,*

Acdeinde nova recognitio demandata eſt *die* 22. *Auguſti* 1738. dum de diſſolutione matrimonii tantum proponebatur; ampliato enim judicio, reſcribendum cenſuit, *ad mentem; mens eſt, quod pro majori inſtructione Sacræ Congregationis fiat nova recognitio corporis viri intra totum menſem Novembris in civitate ſtatus Eccleſiaſtici deſignanda ab Emo Præfecto, per quatuor peritos ſecreto eligendos ex officio per dictum Emum Præfectum, cum aſſiſtentia D. Secretarii, & poſt exaratas peritias, receptumque examen eorumdem peritorum juxta formam ſervatam Placentiæ, abſque tamen intimatione, & interventu defenſorum partium, proceſſiculus inde confectus tranſmittatur a D. Secretario per manus EE. PP.; deindeque, abſque ulla communicatione facienda partibus, cauſa denuo proponatur cum iiſdem ſcripturis tantum, & ad effectum præmiſſorum ad Emum Præfectum cum facultatibus neceſſariis, & opportunis.*

In una Spoletina diſſolutionis matrimonii, in qua mulier poſt quadrimeſtre tempus reclamaverat, & facta corporis viri recognitio erat, qui ſuam impotentiam teſtabatur, atque ſecunda vice recognitio altera facta fuerat cum recentiori teſtimonio viri ipſius, qui diſſolutionem non impugnabat; attamen propoſito *an ſit locus diſſolutioni matrimonii*, reſcriptum eſt *die* 27. *Martii* 1762. *dilata, & fiat nova recognitio corporis viri per peritos judiciales in Urbe, juxta inſtructionem D. Secretarii.*

Poſt expletam recognitionem, & non probatam impotentiam certam, tunc ſi aliæ, & quidem non contemnendæ probationes præcederent, de injuncto, imo fere nunquam prætermiſſo triennali experimento, plurima, & vetera ſunt exempla, & recentia, ut in eadem *Mediolanen. matrimonii* 14. *Decembris* 1729., *in Sancti Severini matrimonii* 14. *Decembris* 1737., *in Narnien. matrimonii* 27. *Auguſti* 1746. *In Valentina nullitatis matrimonii* 24. *Auguſti* 1754., & *in Amalphitana matrimonii* 2. *Aprilis* 1757.

Licet S. Congr. quandoque, ſi res ferebat, ipſo in limine judicium clauſerit, neque ultra prolatandas querelas cenſuerit, ut in *Plocen. nullitatis matrimonii* 2. *Aprilis* 1745., *in Fanen.* 10. *Februarii* 1755.. Quod retinuit in noviſſima *Reatina* 1. *Februarii hujus anni*, multum provida ſeveritate, quæ repugnantem uxoris animum neceſſario marito conciliavit, accomodavitque; & quidem ſatis felici exitu, uti notiſſimum eſt.

Ad cauſam, quod attinet, perpendendum quid dicendum igitur ſit de ſententia lata ſuper perpetua impotentia, non

in

inſpecto mariti corpore, neque marito coacto ad *formam juris* ad inſpectionem *modo conſueto* patiendam. Quid cenſendum nunc, ut cauſa ulteriorem progreſſum ſecundum canones habeat.

Conſiderandum itidem ex monumentis cauſæ *n.* 4. an frigidus dici poſſit *Blaſius*, vid. *Jo. Andr. in cap. laudabilem num.5.in fin. de frigid.*, *& malef.*, *Sanchez. de matrim. lib.7. diſput. 94. num.5. Cappell.Tholoſ. dec.381.n.2.*: an de matrimonio,quod conſummatum jam ſit,dubitari etiam poſſit,vid. *Sylveſtr. in ſumma verbi matrimonii 8.quæſt.15.verſ. imo fortius*,*Henriquez in ſumma Theolog. mor. lib.11. de matr. cap.15. num.3.*, *Sanchez. de matrim. lib.2. diſp. 21. num.2.*, *Bonacin. oper. tom.1. de matr. quæſt.3.punct.13. num.8 in fine*.

In Reatina 1. *Februarii* ex intima rei ipſius tractatione habentur plurima. Alia hic ad cauſam, quæ agitur, neceſſaria non ſunt. Inquiritur

An ſit locus diſſolutioni matrimonii in caſu &c.

Die Sabbati 19. Julii 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

BInis cauſis reſponſum dare non potuit Congregatio *diei* 21. *Junii*. Hæ habentur in *folio*. Aliæ hic referendæ nunc ſunt.

Seſs.25.cap.13. de Reformat.

VITERBIEN. SUBSIDII DOTALIS.

An ſuſtineatur extractio puellæ Ceciliæ Martinoziæ ad ſubſidium dotale relictum a Marco Antonio Morelli, ſeu potius deveniendum ſit ad novam extractionem puellarum, cum requiſitis teſtamenti dicti Morelli, in caſu &c.

Negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam, & amplius.

Seſs.7.cap.7.& 8 de Reform.

LUCANA NULLITATIS MATRIMONII.

An ſit locus diſſolutioni matrimonii, in caſu &c.

Dilata, & fiat recognitio corporis viri juxta inſtructionem D. Secretarii.

Seſs.21.cap.4. de Reform.

COMEN. TRANSLATIONIS. *Antonius Paravicinus archipresbyter*, ſeu parochus loci de *Berbenno* e *Comenſi* diœceſi, petit, ut transferantur jura omnia eccleſiæ *matricis SS. Apoſt. Petri, & Pauli*, quæ habet tam dignitatis, quam honoris, & reverentiæ ab aliis illius vicinitatis eccleſiis, & earum curatis debitæ, cum illorum acceſſu certis anni diebus, ad eccleſiam *S. Mariæ* loci ejuſdem de *Berbenno*. Diſſentiunt alii parochi, & vicarii, qui ſuo nomine, & ſuorum populorum nullam eſſe cauſam translationis dicunt, ſed omnino eſſe reparandam eccleſiam veterem: cæterum ſi translatio fiat, ſe ab omni onere ſolutos exiſtimant, deſerta, ac deſtituta eccleſia illa, cui præciſe honor debebatur.

Certat *archipresbyter* eccleſiam *S. Petri* unicam *parochialem* fuiſſe

fuiſſe olim populorum omnium, qui in ea regione ſunt, quorum antea circum circa per omnem agrum diſperſæ incertis ſedibus familiæ erant. Aucta multitudine defixas domos, ſuum unumquemque populum terminaſſe campum, fines deſignaviſſe: ob diſtantiam autem a matre eccleſia, & incommoditatem viarum accepiſſe presbyteros, qui uniuſcujuſque curam quaſi vicario nomine gererent. Hos ipſos eſſe parochos, ſeu curatos, qui nunc contradicunt. Suum ſemper ſtetiſſe honorem, ac jus immotum a prima antiquitate ad hæc tempora priori eccleſiæ, cujus parochus, uti *plebanus* omnium, ideo *archipresbyter* nuncupatur.

Eccleſiam illam prius commodam omnibus, deinde mutato alveo *Abduæ* fluvii, qui prope eam præterlabitur, jam aliquo a tempore labefactari cæpiſſe. Repleri inde limo, & cæno. Aliquando nonniſi interpoſitis lapidibus parari acceſſum ad oſtium. Ex fluminis irruptione deſertum vicinum agrum, adeo ut una ibi ſolum ſtet nunc caupona pro mulionibus, & vectariis, qui tranſeunt. Hinc cæptum, ut *archipresbyteri* ſe receperint ad eccleſiam *S. Mariæ*, quæ in frequentiſſimo pago *Berbenni* eſt, ibique curam populi gererent, ac *functiones parochiales* agerent; ſicque *plebani* utriuſque tituli appellatione promiſcue, & communiter dicti a ſæculo, & ultra fuerint. Retentum tamen morem, ut, dum commode potuit, conciones in priori eccleſia quadrageſimæ tempore haberentur, ac ſabbato ſancto benedictio fontis baptiſmi, feſtum vero in die *S. Petri* quotannis ſolemne ageretur, aſſiſtentibus ipſis iiſdem parochis, ſive vicariis.

Ex his omnibus conſtare apertiſſime affirmat neceſſariam eſſe translationem. Epiſcopos ipſos uti Sedis Apoſtolicæ delegatos habere his caſibus facultatem non ſolum uniendi parochiales eccleſias, dum opus ſit, ſed etiam deſtruendi, ac profanandi quaſcumque, erectaque in ſolo cruce, ad viciniorem transferendi *Conc. Trident. ſeſſ.* 21 *cap.* 7. *de reform.*, *Amoſtaz. de cauſ. piis tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 64., *Barboſ. de paroch. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 11.

Rurſus eccleſiam fatiſcentem jam ſolam, ob aquarum illuviem ſacris miniſteriis, ac divinis officiis amplius non idoneam, in cœlo ex ſtagnantibus aquis peſtilenti. Omnes *Berbennum* commigraſſe. Illuc neceſſario ſuum domicilium tranſtuliſſe *archipresbyteros*. Ea omnia in re præſente cognoviſſe judicem ab Epiſcopo delegatum, ac peritos. Præſentes tunc parochos nihil contra illam apertiſſimam veritatem muſſitaviſſe. Unice ad inanem ſpem reparationis faciendæ, ſi poſſet utique, confugiſſe.

Reparationem autem eccleſiæ veteris fruſtra tentatam ſupra centum annos, ac retentatam toties, omnino deſperatam

videri. Non possibilem reductionem fluvii ad primum alveum, unde mala omnia. Populos pauperes esse, ac jam unumquemque sibi de suo parocho providisse. Non curare illos de ecclesia, qua non indigent, quam deseruerunt.

Nihil nunc novitatis fieri. Non agi de transferendo parocho, sed de transferendo titulo, & honore nominis ad ecclesiam, quæ *complebana* jam multo a tempore habita, & inscripta est tum in Apostolicis literis, tum in aliis ipsius ecclesiæ monumentis, tum in reliqua sive populi, sive curiæ scriptura. Nihil aliud hanc translationem ferre, quam ut in ecclesia *S. Mariæ* benedictio fiat fontis, cujus aqua jam ab ecclesia *S. Petri* ad eam portabatur; ac festum *Sancti Petri* cum tituli honore in ecclesia *S. Mariæ* decentius celebretur,

Quando autem tituli, & jurium translatio sic ex necessitate fiat, non eximi alios a debito *filiali* erga *matrem* ecclesiam, quæ eadem semper erit, ut antea fuerat. Hunc esse effectum legitimæ translationis, ut omnia secum portet, quæ alibi erant *Gratian. disceptat. forens. 291. num. primo, Francesc. de eccles. cathedr. cap. 7. num. 19., & Sac. Congregatio in Æsina translationis parochialis ecclesiæ 17. Decembris 1709.*

Decretum vero Episcopi Turriani *6. Aprilis 1673.*, quod contrarium videtur, authenticum non esse, neque usu receptum, cum semper, impedita ecclesia *S. Petri*, functiones omnes matris parochiæ in ecclesia *Sanctæ Mariæ* peractæ fuerint, assistentibus curatis ipsis, & quidem etiam proximo elapso anno, dum sacro ritu in illa ecclesia benediceretur fonti,

Parochi, licet moniti, nihil dederunt adhuc. De eorum tamen rationibus, seu querelis habetur in *relatione* Episcopi *diei 17. Septembris 1762.*: *auditi parochi obstiterunt, tum sui ipsorum, tum etiam populorum nomine: ajunt enim se ad ecclesiam Apostolorum teneri accedere, nullo modo ad ecclesiam Sanctæ Mariæ, neque sibi novum onus servata justitia posse imponi: addunt nomine populorum jus istis esse, ut in ecclesia SS. Petri, & Pauli concio habeatur dominicis quadragesimæ: ibi majorum corpora quiescere, super quibus congruum pietati est, ut suffragia pro animabus expleantur: reparandam potius esse Apostolorum ecclesiam, quam jus matricitatis avellendum: & interim quoad functiones, de quibus agitur, satis esse provisum per bon. mem. Episcopum Turriani decreto diei 6. Aprilis 1672., quo cautum habetur: l'arciprete di Berbenno deve in conformità de' decreti delle visite precedenti fare la benedizione del fonte battesimale nella chiesa di S. Pietro antica matrice di quella pieve, e gli curati di essa intervenirvi, e olendola esso fare nella chiesa di S. Maria di Berbenno, sia lecito a essi curati d'unirsi a vicenda un'*

anna

anna per luogo, e fare detta benedizione nelle loro parochiali, in modo che vi assistino sei sacerdoti.

De reparanda autem ecclesia *SS. Petri, & Pauli* addit: *jam a sæculo ipsi inclamarunt archipresbyteri, inclamarunt Episcopi, ut patet ex visitationum codice: conatu tamen irrito. Cum enim, & res ipsa difficillima sit, quippe fluminis ad veterem alveum reductionem exposcit, & plebaniæ populi teneantur pro expensis de quota, jamque de propria ecclesia provisi, nihil de hac sollicitati sint, quin & plurima obsistat egestas, de reparatione spes omnis evanescit. Assertum vero, & nuper productum sub nomine Antistitis Turriani decretum archipresbytero ejus temporis denunciandum fuerat, deque denunciatione non constat, multo minus de observantia, vel acquiescentia: in dubium etiam revocat archipresbyter decreti auctoritatem, cum de caractere Antistitis non constet, ipsiusque authographum, vel saltem mentio in visitationum codice, quibus refertur, desideretur.* Videnda ejus integra *relatio* est.

Ad translationem, quod attinet, certe ex necessaria causa transferri possunt ecclesiæ. Concilium clarissime dixit: *parochiales vero ecclesias, etiamsi juris patronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & proventibus quibuscumque ad easdem ecclesias quomodolibet pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos, omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant qualibet appellatione, exemptione, & contradictione remota: quod si nimia egestate omnes laborant, ad matrices, seu viciniores ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas parochiales, quam alias ecclesias dirutas in profanos usus non sordidos, erecta ibi cruce, convertendi, sess. 21. cap. 7. de reformat.*

Imo ex sola *magna difficultate viarum*, ut dixit *Alexand. III. in cap. ad audientiam 3. de eccles. ædifican. vel ob magnum incommodum*, ut dixit *Concilium sess. 21. cap. 4.* non solum translatio ecclesiarum, sed parochiarum divisio mandata est. Sacra Congregatio in una *Amerina translationis* 8. *Maji* 1706. de monte ecclesiam ad planitiem transtulit. Videndæ resolutiones in *Januen. translationis parochiæ* 25. *Januar.* 1724., *in Parmen. translationis parochiæ* 12. *Decemb.* 1732., *& in Lunen. seu Sarzanen.* 14. *Aprilis* 1764.

De eo autem, quod respicit jura *matricis*, quæ transferantur cum titulo, certum est *matricem* vere dici ecclesiam Episcopi, a qua omnes aliæ suum jus, & populi curam derivant, veluti ex arbore, quæ ideo *matrix* dicitur, quod ex illa stolones succreverunt. *Innoc. III. in cap. venerabili de verb. signific.* dixit: *nos enim per matricem ecclesiam, cathedralem intelligi volumus.*

Præter hanc multimodis *matricem* ecclesiam dixerunt nonnulli, sed parum ordinate, & distincte; nam jura *matricis*

per

per ambiguitates verborum confundunt. Dupliciter itaque *matrix* ecclesia dici debet. *Primo*, & vere, & proprie, dum parochus unus est, cæteri autem ejus vicarii, qui unius populi in aliquot pagos, seu vicos, seu stationes divisi curam gerunt, quo casu *matrix* dicitur, quia sicut mater generat, sic illa regenerat per baptismum, ut ait *glos. in Clementina vers. matricem de sent. excomm.: matricem, quæ dicitur matrix, quia sicut mater generat, sic & illa regenerat per baptismum.*

De ejusmodi *matricis* jure, dum cura exercetur a pluribus, sed unus cum diversis presbyteris populus est, vid. *Abbas consil. part. 1. versic. potest intelligi, Rot. decis. 226. num. 1. & seqq., & dec. 258., & dec. 271. num. 3. fere per tot. part. 1., & dec. 284. num. 10. & seqq. part. 14., & dec. 281. num. 1. & seqq. part. 15., & dec. 90. num. 1. & seqq., & num. 13. part. 16., & dec. 104. part. 17., & dec. 7. num. 10. part. 18. recent., & Novarien. præeminentiarum 26. Junii 1726. §. Quod autem coram Ratto.*

Matrix secundo dicitur ea, a qua aliæ divisæ sunt parochiæ, cum territorii, & populorum separatione, ac deputatione ejus, qui curam gerat titulo perpetuo, & juribus parochialibus. De hac habetur *in cap. ad audientiam*. Vid. *Fagnan. in dicto cap. lib. 2. num. 8. & seq., Rat. part. 1. recent. decis. 272. part. 18. decis. 7. num. 2., & coram Priolo decis. 365.*

In hac divisione autem suum restat decus matri ecclesiæ. Aliquis quandoque census solvitur veteri parocho. Suus honor, & reverentia certis aliquando diebus debetur. Datur locus primæ conventioni, seu concessioni in ipsa novæ parochiæ erectione. Licet non parum discriminis intercedat, si divisiones cum bonis, & reditibus matris ecclesiæ factæ fuerint, vel non; ita ut novi parochi de alieno vivant, vel potius de suo.

Cætera, quæ ad *tertiam* speciem *matricis*, uti ajunt, *impropriæ*, & *abusivæ*, communiter, sed parum appositè referuntur, non ad *matricis* jura, sed ad *majoritatem* pertinent, seu ad majorem dignitatem ecclesiæ, majorem antiquitatem, excellentiam, aliaque ejusmodi, quæ nihil ad jura veræ *matricis* pertinent. *Matricis* autem jura adeo ipsi sunt ecclesiæ infixa, ut, tametsi populum amittat, ea retineat. *Pecch. de eccles. repar. cap. 35. in fin.*, & plene *Amostaz. de caus. privan. cathedr. eccles. cathedr. cap. 9. num. 71. & seqq.*

Ad causam, quæ agitur, non impugnatur unicam parochiam olim pro omnibus fuisse, ex qua nunc multæ parochiæ sunt. Nescitur quomodo divisæ fuerint. Verum ipse *archipresbyter* non hoc suæ parochiæ arrogat, ut ex propriis bonis aliis providisse dicat. Unusquisque populus de suo sibi consuluit, nec census ullus *archipresbytero* solvitur. Suus solus relictus est honor parochiæ veteri. Nam &

con-

conciones quadrageſimales in eccleſia *S. Petri* habitæ ſunt, & benedictio fontis baptiſmatis cum præſentia aliorum parochorum de vicinia peracta eſt, & ſacrum ſolemne *D. Petri*, cum eorumdem præſentia inibi celebratum.

Quidquid ſit de iis rebus, quæ ſub antiquitate latent, *archipresbyter S. Petri*, quocumque jure id habeat, in hac quaſi poſſeſſione eſt, & quidem certa, & immemorabili, a qua numquam cecidit.

Poſita neceſſitate translationis dubitari unice poteſt, an cum materiali matre eccleſia, quæ deſerenda eſt, & cujus titulus deſinit, ceſſent etiam jura, quæ erga alios eccleſia habuit.

Non exorbitat ſane a jure, quod eccleſiæ olim *filiales* libertatem acquirant. Non exorbitat, quod cum neceſſaria translatione vetera jura non pereant, ac comportentur. Videndum, ex peculiarium rerum accidentibus, quæ & cujuſmodi jura ſint, ut comportari valeant, quæ & cujuſmodi cauſæ afferantur, ex quibus alii juſte, vel injuſte huic faciendæ translationi repugnare poſſint; adeout iis adverſantibus, ſi fiat, legitimam libertatem acquirant.

Non modica forſitan dubitatio eſſe poterit de acceſſu ad feſtum *S. Petri*, quod pro honore tituli agi conſueverat in illa veteri, certa, & deſignata eccleſia. Quæritur

I. *An ſit locus translationi tituli matricitatis, & plebaniæ ab eccleſia SS. Petri, & Pauli ad alteram S. Mariæ Berbenni?* & quatenus affirmative

II. *An parochi, & viceparochi totius plebis Berbenni teneantur in die ſabbati ſancti, ac in feſto SS. Petri, & Pauli accedere ad eccleſiam S. Mariæ, & præſtare aſſiſtentiam, ac ſervitium perſonale in functionibus eccleſiaſticis, prout actu præſtant in dicta eccleſia SS. Petri, & Pauli, in caſu &c.*

Ad I. affirmative, ad II. affirmative, excepto feſto SS. Apoſtolorum celebrando in eccleſia veteri cum conſueta aſſiſtentia.

PORTUEN. APPLICATIONIS MISSÆ PRO POPULO. Qui late patet fundus *Sanctæ Marinellæ* in diœceſi *Portuenſi* mari adjacet, novem lapidibus diſtans a *Centum Cellis*. Ob non ſalubrem aerem vix *decem* perpetuo habitant. Ad *tercentum* aliquando creſcunt, præſertim hiemali tempore, ex paſtoribus, & agri ejuſdem cultoribus, atque aliis, qui ruſticæ rei cauſa illuc veniunt, inde ſuos lares repetunt. Ædiculam habebat olim *Sanctæ Marinellæ*, in qua ex collectis eleemoſynis ſacrum diebus feſtis agebatur. *Seſs. 23. cap. 4. de Reform.*

Cl. mem. Cardinalis *Franciſcus* ſenior *Barberinus* novam excitavit parvam eccleſiam dicatam *S. Joſepho*. In ea conſtituta poſtmodum fuit ex pietate *Caroli* Cardinalis *Barberini* perpetua

tua *capellania*, cum presbytero ad nutum removendo, qui inibi resideret, & prius ab Eminentissimo Episcopo *Portuensi* approbandus, curam animarum exerceret, & sacramenta administraret. Sacratissima Eucharistia, & oleum infirmorum in ecclesia servatur, ac sacer fons pro *baptismate* est.

Tam Cardinalis *Raynerius de Ilcio* anno 1753., quam Cardinalis *Camillus Paulutius* in sacra *visitatione* mandarunt *capellano applicationem* missæ pro populo; quod Emus Cardinalis Episcopus *Fridericus Marcellus Lantes* summa, qua eminet diligentia, & studio religionis renovavit. Renuit *capellanus*, qui nunc petit declarari ad eam se non teneri.

Ait ecclesiam illam *parochialem* non esse. Non constare etenim de ejus erectione, uti deberet, auctoritate *Ordinarii*, sine qua nulla ecclesia *parochialis* efficitur, *cap. Nullus 16. quæst. 7.*, *Barbos. de off.*, & *potest. paroch. part. 1. cap. 1. num. 38.*, *Rosa de execut. lit. apost. part. 3. cap. 6. num. 43.*

Excludi autem hanc qualitatem tum ex ipsa conditione presbyteri, qui nutu possessoris sit removendus, *Fagnan. in cap. ex parte num. 16. de offic. vic.*, *Pignatel. consult. 17. num. 40.*, & *Piton. discept. 108. num. 38.*

Tum ex voluntate expressa Cardinalis *Caroli*, qui voluit semper *capellaniam* mere *laicalem*, nulli unquam in titulum dandam etiam pro patrimonio, atque ipsum nomen beneficii ecclesiastici rejecit semper *Dec. conf. 76. num. 3.*, *Rot. in rec. decis. 418. num. 4. part. 13.*, & *cor. Molin. decis. 672. num. 31.*

Tum demum quia deficit populus *Barbos. de paroch. part. 1. cap. 1. num. 19.*, *Card. de Luc. de paroch. disc. 23. num. 16.*. Quapropter extranea esse contendit, quæ pro veris parochis, qui populum habent, statuta sunt; nec proinde locum habere constitutionem Benedictinam de *applicatione*.

Itidem ex dispositione *fundatoris* se onus habere applicandi *missas 350.* quolibet anno pro ejus familia, & consanguineis. Voluntatem autem fundatoris, qui dotem integram de suo tribuit, ac legem datam in ipso *fundationis* limine, licet juri contrariam servandam esse *Vivian. de jurep. lib. 4. cap. 9. num. 56.*, *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 10. num. 4.*, *Rot. cor. Molin. decis. 859. num. 7.*

Ad hæc, nullum ibi, vel in vicinia esse sacerdotem. Arcessiri non posse ex finitimis oppidis, nisi maximo incommodo, ac magno stipendio; ex quo reditus capellaniæ adeo imminuerentur, ut difficillimum esset postea invenire, qui *capellaniam* loco ad valetudinem summe periculoso retineat; cui vitando malo prospexit pietas, & largitas *fundatoris*.

Videnda integra est *relatio* Eminentissimi Episcopi, qui vetera monumenta de ecclesia *Sanctæ Marinellæ*, & nova de ea *S. Josephi*, ac legem *fundationis* refert, expenditque diligenter; deinde addit: *sola quippe perspecta fundatione capellaniæ exploratum fit ejus rectorem, sive possessorem effectum esse pa-*

ro-

tichum in gerenda cura animarum consistentium intra fines totius dicti latifundii; neque ipsa eamdem animarum curam exercere libere, ac independenter a quolibet alio parocho; facile videri idcirco potest, stricto jure teneri ad applicationem missæ pro populo, offerre scilicet sacrificium pro ovibus suis juxta censuram S. Concilii in cap. 1. sess. 23. de reformat.. Tametsi parochus perpetuus non sit, sed amovibilis ex lege fundationis capellaniæ, neque ulla parochialia emolumenta percipiat; quum non inde desinat curam animarum habere, & veluti pastorem oves suas agnoscere.

Contra autem ex iis, quæ proponuntur a capellano, haud leviter urgere valet, quod Cardinalis Barbarinus capellaniæ fundator noluit eam instituere sub aliqua specie beneficii ecclesiastici, sed quidem sub expressa qualitate laicali, insimulque ad nutum patronorum amovibilem, absque eo quod ullo tempore ista qualitas immutari valeat etiam de ipsorum patronorum consensu, neque assignari alicui clerico pro suscipiendis sacris ordinibus.

Quod, & fortius ipsemet fundator stricte ita disposuit de applicatione quotidiana: che tutte le messe, quali devono celebrare quotidianamente, le debbano applicare come siegue, nempe in suffragium defunctorum familiæ suæ Barbarinæ; e le rimanenti messe, (quæ sexdecim sunt pro complemento totius anni) potrà il medemo cappellano applicarle a suo arbitrio.

Quoties igitur capellano imminet onus tum celebrandi per se ipsum quotidie, tum applicandi fere quotidie, sibi est impossibilis applicatio pro populo singulis diebus dominicis, & festis de præcepto, nisi detrahantur applicationes enixe volitæ a fundatore.

Nullus autem alius est inibi sacerdos, cui valeat delegari applicatio pro populo, idcirco eum advocare oporteret ex finitimis locis, cui tamen non minor eleemosyna, quam obolorum saltem sexaginta assignari valeret pro quolibet sacro. Verum si onus hujusmodi capellano adiiceretur, datum non esset, & invenire sacerdotem, qui cum discrimine vitæ in dicto latifundio insalubris aeris residere vellet.

Sane *præcepto divino mandatum omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves agnoscere, pro his sacrificium offerre*, sunt verba Concilii *sess. 23. cap. 1. de reformat.*

Quod autem Concilium de diebus sacrificii offerendi pro populo non declaraverat, id præstitit Sacra Congregatio, quæ in una *Lucana* 10. *Maii* 1681. respondit: *cum præcepto divino iis, quibus animarum cura commissa, mandatum sit pro ovibus suis sacrificium offerre, sæpe alias S. Congregatio Concilii censuit parochos teneri pro parochianis sacrificium applicare, atque ea cum distinctione, ut si reditus pingues sint, singulis diebus, si vero tenues, saltem diebus festivis: idem nunc censet, quoad parochos istius civitatis, & diœcesis; hoc insuper addens, ut detrectantes E.V. pro suo pastorali zelo compellere non gravetur.*

Illudque statuit locum habere omnino, etiamsi parochi congruam non retinerent. In *Nullius Nonantulæ*, proposito *an parochus missam celebrare teneatur, & sacrificium applicare pro*

parochianis in diebus dominicis, & festivis, sive habeant congruam, sive non, rescripsit *die* 10. *Maji* 1692. *teneri*, *nec posse eisdem diebus aliam eleemosynam recipere*.

Atque etiam, si qui curam habent, nutu amoveri possint. *In Ostiensi*, *in qua parochi Castri Romani*, *Porciliani*, *& Decimæ* vel nullas, vel in parte tantum applicabant missas pro populo diebus dominicis, & festis, idemque erant *amovibiles* ad nutum, proposito, *an parochi teneantur missam applicare pro populo diebus dominicis*, *& festis de præcepto in casu*, rescripsit *die* 29. *Januarii* 1724. *teneri*, *& ad mentem*: *mens est*, *ut liberam habeant applicationem tot aliarum missarum ex illis*, *quas modo celebrant*, *& applicant pro Baronibus*, *dummodo Barones non teneantur ad eas celebrari*, *& applicari faciendum ex aliqua fundatione*, *& legato pio*.

Notissima est constitutio Benedictina 19. *Augusti* 1744. *cum semper*. Videnda tamen est litera *fundationis*, in qua Cardinalis *Carolus capellanum*, sine causa non amovendum, & vere curatum constituendum jussit, *qui nominatus debeat approbari ab Emo*, *& Rmo D. Cardinali Episcopo pro tempore Portuen.*, *ad hoc ut sacramenta necessaria pro salute animarum administrare valeat*.

Centum, & quindecim *scuta annua* pro dote super reditibus fundi, cum evictione contra possessores, pro stipendio *capellani* tribuit, *& alia annua scuta decem ad creditum dictæ ecclesiæ deponenda ad dispositionem Emi Cardinalis Episcopi pro tempore Portuen.*, *seu illius vicarii generalis*, *pro necessariis supellectilibus*, *ac pro conservatione murorum*, *tectorum*, *& solariorum*.

Inter leges *capellano* dedit, quod resideat, *nella medesima chiesa*, *e casa come sopra assegnatagli*, *ed amministrare tutti li sagramenti necessarj alli abitanti*, *ed altri esistenti*, *confluenti*, *e passaggieri in detta tenuta*, *come anche all'infermi secondo il bisogno*.

Che il detto cappellano sia obbligato a sue spese mantenere nella chiesa sudetta la lampada, *che dovrà stare di continuo in detta chiesa giorno*, *e notte accesa avanti il SSmo Sagramento*, *ed a proveder di tutta la cera*, *che in ciaschedun' anno sarà necessaria per servizio del culto Divino*, *e per distribuire secondo il solito nel giorno festivo della Purificazione della B. Vergine*.

Che il medesimo sacerdote cappellano debba invigilare con ogni attenzione, *e sollcitudine all'esercizio della cura dell'anime di giorno*, *e di notte*, *ed a tutte l'ore*, *che bisognerà*, *e che sarà ricercato*, *si per le confessioni*, *e communioni*, *si anche per tutto quel di più*, *che sarà necessario*, *e che apparterrà alla perfetta cura dell'anime*, *e sia tenuto in oltre le feste di precetto doppo la messa cantar le litanie della Madonna*, *ed insegnare a tutti la dottrina cristiana con ogni carità*, *come anche recitare il rosario tre volte la settimana*, *cioè la domenica*, *mercoledì*, *e venerdì*.

Vuole anche sua Eminenza, *che detto sacerdote sia tenuto osservare tutti*

tutti quelli decreti, che si faranno nella visita della detta chiesa dal detto Emo Signor Cardinal Vescovo di Porto, o suo visitatore, e che tenderanno all' ognimoda osservanza della presente disposizione.

De loco tunc nullus parochus habebat curam. Necesse fuit certe, ut hæc Emi Episcopi ab initio, & secutis temporibus sciverint, atque ipsi probaverint, & ecclesiam uti vere *parochialem* deinde habuerint, cui de necessariis ex pecunia Cardinalis *Caroli* providendum curarunt; qui *capellanos* ad curam animarum approbaverunt; qui permiserunt retinere in ecclesia sacrum oleum pro infirmis, ac fontem baptismatis, de quo nulli alio parocho jus esset.

Multo magis, quia in ecclesia *S. Josephi* sanctissima Eucharistia asservatur, quod nisi *parochialis* ecclesia esset, neque ab ipsis parochis fieri, neque ab Episcopis permitti poterat, sine sedis Apostolicæ auctoritate, ut apertissime edixit Sacra Congregatio pluries, & de ecclesiis ruralibus, ad quas ipsi parochi ad celebrandum diebus festis accederent, & de aliis capellis, & ecclesiis intra fines parochiæ in *Nonantulana* 13. *Januarii* 1685. in *Acheruntina* 3. *Martii* 1668., *& in Bononien.* 1689.

Quemadmodum declaraverat antea anno 1609. de *Ordinariis* qui hanc facultatem dare nequeant. Propositis enim dubiis I. *an Episcopus possit concedere ecclesiæ non parochiali, ut in ea retineatur Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ solum pro adoratione, vel requiratur auctoritas Papæ II. præsupposito quod Episcopus concesserit licentiam hujusmodi, an Episcopus dictam licentiam revocare possit* respondit *ad I. id non posse concedi ab Ordinario, sed requiri licentiam sedis Apostolicæ, ad II. hujusmodi licentiam fuisse nullam, ac propterea ei non esse deferendum, nec esse necessariam revocationem.*

Atque etiam de ecclesiis *monialium*, seu *tertiariarum*, quæ solemnem professionem non emittunt, nisi sedis Apostolicæ auctoritas intercederet. Propositis enim variis dubiis in *Salernitana jurium parochialium* 19. *Augusti* 1702. ad II. *an eædem oblatæ possint in earum ecclesia asservare Sanctissimum Sacramentum, & sacrum oleum infirmorum, absque licentia Sac. Congregationis, & consensu parochi*, respondit *non posse sine licentia Sac. Congregationis.*

In Neapolitana *conservatorii SS. Philippi, & Jacobi die* 2. *Julii* 1707., cum inter preces proponeretur *an liceret retinere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ecclesia dicti conservatorii absque Apostolica auctoritate*, responsum fuit: *non posse, & dentur decreta in Salernitana*. Quia vero partes non acquieverant, proposita petitio in *folio* est *die* 18. *Julii* 1708., sed frustra: rescriptum est etenim: *citra approbationem conservatorii, in decisis, & supplicent Sanctissimo*. Imo de ipsis ecclesiis collegiatis *absque privilegio, seu legitima facultate Sedis Apost.* idem jus esse responderat *die* 7. *Septembr.*

ptembr. 1652. dummodo collegiata ecclesia actu parochialis non sit lib. 19. decret. fol. 207.

Quod sacerdos removeri possit, non repugnat cum qualitate curati. Videndum quid faciat, quod *fundator* hanc capellaniam *laicalem* voluerit. Num hæc appellatio destruat qualitatem *curæ*, quam enixe adeo pro ecclesia, & accolis, & advenis exoptavit.

Quando autem ecclesia *S. Josephi parochialis* censenda sit, sive *capellanus* curam populi vere exerceat; certa itidem, & absoluta lex de *applicatione* sacrificii sit, quæ originem ab ipso jure veteris testamenti agnoscit: *accede ad altare, & immola pro peccato tuo, offer holocaustum, & ora pro te, & populo levit. 9.* 5 contra autem *capellanus* ex *fundatione* missas fere omnes pro aliis *applicare* debeat, nec dos *capellaniæ* ad alium presbyterum e longinquo vocandum idonea suppetat, ipsi sua religione, ac prudentia viderint EE. PP. quomodo sit providendum, &

An capellanus S. Marinellæ teneatur ad applicationem missæ pro populo, in casu &c.

Affirmative.

Sess. 25. cap. 1. de reform.

GUASTALLEN. PROVINCIÆ MEDIOLANEN. Agitur de expendenda, & judicanda qualitate ecclesiæ *S. Petri Guastallensis*, an *vere nullius*, nempe superioris, & ultimæ speciei sit.

Abbas Guastallensis ait usque a sæculo decimo ecclesiam *Sancti Petri*, quæ extra mœnia oppidi erat, ea qualitate donatam fuisse a Gregorio V. Et licet privilegii scriptura ex injuria temporum desit, certissimum id esse ex testimonio historici *Guastallensis*, & ex constanti per nulla temporum intervalla interrupto usu privilegii, quod propterea impugnari ullo modo non potest *Rot. cor. Ansald. dec. 546. n. 11., & in Marsicen., seu Nullius jurisdictionis super bono jure 7. Junii 1700. S. Clarius cor. Muto.*

Constare etenim *abbatem* cognovisse de causis non solum civilibus, & quidem matrimonialibus, sed de criminalibus. Tribunal, ac vicarium generalem, & officiales curiæ retinuisse. Ordinandis *literas dimissoriales* concessisse, & quidem ad quem placuit Episcopum. Potestatem discedendi a territorio cuicumque e suo clero feciſse. Sacrum chrisma ab aliis Episcopis, ut libuit, accepisse. Erexisse beneficia, eorum *resignationes* admisisse. De parochiis providisse. Suam præstitisse auctoritatem de alienandis ecclesiæ bonis. Censuras tulisse tum in clericos, tum in laicos, atque ab iis absolvisse. Omniaque alia egisse, quæ hæc *vere nullius* qualitas secum ferebat.

Itidem ab ipsa antiquissima *fundatione archipresbyteratus*, nunquam

quam tot fæculorum curſu aliquem ex finitimis Epiſcopis ullum juriſdictionis actum, vel in *archipresbyteros*, vel in perſonas, & loca territorii exercuiſſe. Incredibile autem eſſe Epiſcopos *Regienſem*, *Parmenſem*, *Mantuanum*, *Cremonenſem*, quibus circumdata *Guaſtalla* eſt, de ea ignoraviſſe, vel non curaviſſe; atque hanc, quæ ſatis ampla, & non ignobilis pars diœceſis eſſet, damnoſiſſima, & ſummopere vituperanda rei maxime neceſſariæ incuria deſeruiſſe; niſi certo deprehendiſſent *Guaſtallæ* territorium nihil ad ſe pertinere *Rot. in Marſicen.*, *ſeu Nullius juriſdictionis ſuper bono jure* 7. *Junii* 1700. *cor. Muto.*

Propterea ex his omnibus de antiqua qualitate *vere nullius*, & profecto ſummæ ſpeciei, ambigi non poſſe affirmat *Rot. recent. deciſ.* 334. *num* 4. *part.* 4. *tom. primo, coram Falconer. de offic. ordin. & territor. ſepar. deciſ.* 34. *num.* 10., *& in Nullius Terræ Pratalarum* 27. *Novembris* 1724. §. *ex quo coram Calcagnino.*

Verum enim vero de ea nefas omnino eſſe dubitare amplius, poſtquam Sixtus V. *anno* 1585. eccleſiam *S. Petri* in collegiatam erexit, atque *archipresbyterum* nuncupavit *abbatem*, & clariſſimè *de juriſdictione ordinaria*, *ac quaſi Epiſcopali in ipſo oppido*, *& illius territorio*, *ac eadem collegiata*, *aliiſque eccleſiis*, *& locis quibuſcumque ſacris*, *& profanis* verba fecit. Nec non Urbanus VIII. *anno* 1626. nonnulla privilegia *abbatibus* dedit, *de habitu violaceo*, *de ſolemni benedictione cum omnibus inſignibus pontificiis danda populo*, *de reconciliandis eccleſiis pollutis*; atque in ipſis literis de juriſdictione *abbatis* quaſi Epiſcopali mentionem habuit.

Neque objiciendum, quod literæ amborum Pontificum ad priora Apoſtolica privilegia reſpexerint, quæ ideo ſint exhibenda; ne alias, deficiente *relato*, ipſa *relatio* inanis eſſe cenſenda ſit. Reſpondet etenim, illas literas continere diſpoſitionem certam, quæ ſuis viribus ipſa per ſe conſiſtit, licet de memoratis privilegiis non doceatur *Gramat. dec.* 59. *num.* 22., *Rot. diverſ. part.* 2. *dec.* 36. *num.* 9., *& rec. deciſ.* 210. *num.* 6. *part.* 1.

Accedere ad hæc omnia illum, quem, nunquam poſtea concuſſum, retinuerunt ſemper privilegii uſum. *Abbates* omni tempore approbaviſſe confeſſarios, Facultatem concionandi dediſſe, & ingrediendi elauſuram monialium. Viſitaviſſe eccleſias, monaſteria, & loca pia. Solemniter benedixiſſe. Sacras Congregationes Urbis hoc cognoviſſe, quæ *abbatibus Guaſtallenſibus* de ſuis implendis mandatis commiſerunt, quæ illi exequuti ſunt. Synodum diœceſanam habuiſſe aliquando. Nunquam vero ad alicujus finitimi epiſcopi ſynodum acceſſiſſe, imo nec vocatos fuiſſe unquam. Vacante eccleſia capitulum ſuos vicarios elegiſſe, qui omnimodam juriſdictionem, quam vicarii habent, exercuerunt.

De-

Demum agnoſcere hæc cuncta circumſtantes ipſos Epiſcopos *Parmenſem*, & *Mantuanum*, & præcipue *Regienſem*, qui ſe viciniorem prædicat. Eos, licet monitos, ad judicium non venire, nec aliquam proferre querelam, excepto *Regienſi* eodem, qui unice contendit de *dimiſſorialibus* pro ordinibus ſibi dirigendis.

Auditi *anno* 1760. *Officiales Datariæ* ſunt. Retulerunt *abbatem Guaſtallæ* ſupplicaviſſe *anno* 1746. cl.mem. Benedicto XIV., ut mandaret, quod recognoſceretur tanquam verus ordinarius, cum territorio ſeparato, & cuicumque viciniori epiſcopo non ſubjecto, atque obtinuiſſe deputationem Congregationis particularis. Quia vero interim octo annorum ſpatio nihil egerat, ideo inſtauraviſſe preces apud *Datariam*, *ut literæ diſpenſationum matrimonialium, æliæque in forma dignum* ſibi committerentur. Nihil autem obtinuiſſe tunc, niſi *inſtet orator pro ſubrogatione Eminentiſſimi Miltini loco Eminentiſſimi Gentilis interim defuncti*. Verum, quia hæc non arridebant, novas obtuliſſe preces SANCTISSIMO, nulla antecedentium rerum facta mentione, reſcriptumque habuiſſe *die* 27. *Januarii* 1755. *inſtet orator poſt obtentam declaratio em, quod ſit vere nullius a S. Congregatione Concilii, ad quam Sanctitas Sua remiſit preces*.

Poſt alia, de his, quæ juris ſunt, ajunt *juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium ſeparatum* non acquiri niſi per expreſſum Apoſtolicum privilegium, vel immemorabilem ſecundum jus probatam conſuetudinem. Neutrum adeſſe in caſu.

Non primum, quia edita monumenta, ac ſpeciatim literæ Apoſtolicæ nihil concludunt de exiſtenti antea privilegio, quod ex *relatis* referunt, & quod propterea monſtrandum eſſet.

Non ſecundum, quia afferuntur unice incertæ teſtium affirmationes non judiciales, generaliter loquentes, ac qualitatem immemorabilis non præferentes.

Cæterum ſe ex abundanti hæc dicere. *Datariam* ſuum habere præſcriptum uſum, quem, niſi aliter demandaverit Pontifex, adamuſſim ſervat, non dirigendi ejuſmodi *diſpenſationes abbatibus*, cujuſcumque naturæ, & qualitatis ſint, ſine ſpeciali de ea re Apoſtolico privilegio. Omiſſis antiquioribus, recentiſſimum exemplum afferunt *abbatis villæ Rivipulli nullius provinciæ Tarraconenſis, qui etiam ſi virtute concordiæ initæ cum Epiſcopo Vicen. ſuo viciniore, obtinuiſſet omnes, & quaſcumque qualitates, quæ requiri unquam poſſunt, ut quis in abbatem vere nullius cum juriſdictione Epiſcopali recognoſcatur; nihilominus, ut ipſe recenſeretur inter abbates, quibus dictæ literæ Apoſtolicæ dirigi ſolent, præter confirmationem dictæ concordiæ* anno 1749. *expeditam, neceſſe omnino habuit Pontificium ſingulare indultum impetrare*.

Primis uſque ab Eccleſiæ temporibus limites, & confinia diæce-

ceſum determinata fuerunt, omniumque plebium cura nonniſi ordinatis Epiſcopis ſub uno capite Romano Pontifice commiſſa eſt. Quæ enim vel *Patriarcharum*, vel *Primatum*, vel *Metropolitanorum* ſunt nomina, dignitates, & gradus ad ſervandam eccleſiæ unitatem, inferiorum obedientiam, & legum ſanctitatem, pro majori populorum commodo, in iis ipſis locis, in quibus majores ſæculi judices morabantur, inſtituti, ad Epiſcopalem ordinem referuntur. Eſt *can.* 1. *diſtinct.* 80. *Urbes, & loca in quibus primates præſidere debent, non a modernis, ſed multis ante adventum Chriſti ſtatutæ ſunt temporibus, quarum primates gentiles etiam pro majoribus negotiis appellabant. In ipſis vero Urbibus poſt adventum Chriſti Apoſtoli, & eorum ſucceſſores Patriarchas, & Primates poſuerunt, ad quos Epiſcoporum negotia* [*ſalva tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate*] *& majores cauſæ poſt Apoſtolicam Sedem ſunt referendæ.*

Ac II. *ead. diſtinct.*: *in illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis doctores erant, Epiſcoporum Primates, vel Patriarchas Beatus Petrus poni præcepit, quod reliquorum cauſas Epiſcoporum, & majora negotia in fide agitarent. In illis autem, in quibus dudum apud prædictos erant eorum archiflamines, quos tamen minores eſſe tenebant, quod memoratos Primates Archiepiſcopos inſtitui præcepit. In ſingulis vero reliquis Civitatibus ſingulos, & non plures Epiſcopos conſtitui præcepit, qui Epiſcoporum tantum vocabula ſortirentur: quoniam neque inter Apoſtolos par fuit inſtitutio, ſed unus præfuit omnibus.*

Quæ habentur clarius in *can.* 1. *diſt.* 99. *Provinciæ, multo ante Chriſti adventum tempore, diviſæ ſunt, maxima ex parte, & poſtea ab Apoſtolis, & Beato Clemente prædeceſſore noſtro ipſa diviſio eſt renovata in capite omnium Provinciarum, ubi dudum Primates erant legis ſæculi, ac prima judiciaria poteſtas, ad quos qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis neceſſe erat, qui ad aulam Imperatorum, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permiſſum non erat, confugiebant pro oppreſſionibus eorum, vel injuſtitiis ſuis, ipſoſque appellabant quoties opus erat, ſicut in lege eorum ſcriptum erat: ipſis quoque in civitatibus, vel locis noſtros Patriarchas, vel Primates, qui unam formam tenerent, licet diverſa ſint nomina, leges divinæ, & eccleſiaſticæ, poni, & eſſe juſſerunt: ad quos Epiſcopi* [*ſi neceſſe fuerit*] *confugerent, eoſque appellarent, & ipſi nomine Primatum fruerentur. Reliquæ vero metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant, licet majoribus comitibus eſſent, haberent Metropolitanos ſuos, quod prædictis juſte obedirent Primatibus, ſicut in legibus ſæculi olim ordinatum erat, qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine fruerentur.*

Quando autem creſcente fide religionis populus multiplicabatur, Epiſcopo ejus diœceſis ſuo jure accreſcebat, in cujus confiniis erat, niſi & multiplicatus populus, & locus

ipſe

ipſe novum Epiſcopum conſtituendum mereretur. *Non enim in caſtellis, neque in modicis civitatibus conſtitui poterant, in quibus ordinati ab Epiſcopis presbyteri ſufficiebant, can. Epiſcopi diſtinct. 83. Epiſcopalia autem gubernacula nonniſi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oportet præſidere, ne [quod ſanctorum divinitus Patrum inſpirata decreta vetuerunt] viculis, & poſſeſſionibus vel obſcuris, vel ſolitariis municipiis tribuatur ſacerdotale faſtigium*, ſunt verba *can. illud ſane ead. diſt.* Quod cum conſenſu prioris Epiſcopi fieri conſuevit, cui vicinioris jura manebant deinde immota. Vid. *Thomaſſin. de vet. & no. diſcipl. tom. 1. par. 1. lib. 3. cap. 37.*

Etenim, quod ſenſit *Fagnanus* provincias aliquas, & loca ſine capite ad initio fuiſſe, ſolide refutavit *Rota in Nullius, ſeu Fulden. 16. Februarii 1703. coram Molin.* Licet *Fagnanus* ipſe conſentiat, quod ea loca Sedi Apoſtolicæ ſuo jure ſubjecta ipſo initio extiterint. Quemadmodum, quod diœceſum diviſio non facta fuerit per *Dionyſium*, qui non niſi eccleſias, & parochias diviſit, rejecto *Barboſa, & aliis* monſtravit *Rota* eadem. Si tamen *Dionyſii* epiſtola ſuppoſita non fuiſſe dicenda ſit.

Hinc patet exemptiones a juriſdictione Epiſcoporum nunquam *nativas* dici poſſe. Quam opinionem, licet primum amplexa fuerit *Rota*, poſtea rejecit, reprobavitque. Repugnat etenim *exemptio*, quæ liberationem a ſervitute importat, cum libertate *nativa*. Quod ſi dicant libertatem hanc eſſe *nativam* reſpectu aliorum Epiſcoporum, ex eo quod locus nulli Epiſcopo, antequam religionem ſuſciperet, ſubjectus erat, ut aliqui diſcordiam ſententiarum conciliantes aſſeruerunt, magis ad ſubtilitates ſermonum hæc vergeret oratio, quam ad veritatem patefaciendam, quæ eſt, ut nunquam libertas *nativa* ſit, quæ venire non potuit, niſi ex conceſſione Summorum Pontificum, quibus in univerſo Orbe totius dominici gregis cura mandata eſt. Qui & diœceſum novos fines terminarunt, & auxerunt, & amplificarunt, & coercuerunt. Cathedras diviſerunt, novas conſtituerunt; tota circumſpectante, & obſequente Eccleſia, cujus ſummam adminiſtrationem, tutelamque habent ex auctoritate per manus tradita ab ipſo Principe Apoſtolorum *Divo Petro*, in cujus locum, & poteſtatem ſuccedunt, qui fuit *petra* illa, *ſuper quam Chriſtus filius Dei vivi fundavit Eccleſiam*, & cui *claves regni cælorum, & ſuos agnos, & ſuas oves* paſcendas tradidit.

Ex Pontificum igitur conceſſione tot exemptionum privilegia ſive in *monachos*, & *regulares*, ſive in *abbates* venerunt, quorum perſonas quandoque, quorum loca aliquando, veluti ſibi ipſis proprio jure Pontifices reſervarunt. Hinc *immediatæ* ſubjectionis Sedi Apoſtolicæ nomina, & jura deducta ſunt. Hinc *abbatum* varia ſpecies, qui *prælati inferiores* dicuntur. Hinc exemptorum varia conditio.

De exemptionibus autem *abbatum* obtinet trina diſtinctio in

jure,

jure. *Prima* & infima, quæ & *regularibus* communis eſt, ut una cum eccleſia, ejuſque eccleſiæ clericis, & adminiſtris, quibus præficiuntur, ſubſint *immediate* Romano Pontifici. *Secunda*, quæ media, eorum eſt, qui habent quidem juriſdictionem *actívam* in clerum unius, vel plurium locorum, ſine tamen *territorio ſeparato*. Ejuſmodi ſane *prælatis* appellatio *nullius* non vere convenit, niſi eo lato loquendi modo, qui plerumque ex ambitione plurimorum, atque ex aliorum tolerantia ortum habuit, ad res cum non propriis nominibus deſignandas, obſcurandaſque.

Tertia eſt de *abbatibus*, juriſdictionem vere *actívam* habentibus ſive unius, ſive plurium locorum, cum *territorio ſeparato*, quod omnino *avulſum*, & *ſeparatum* ſit ab aliqua diœceſi, & quod Pontifex ad ſe quodammodo receperit, ut, quæ juriſdictionis ſunt, *abbatibus* exercenda, cum integra Epiſcopi excluſione, concederet.

Ex his præmiſſis clareſcunt multa. Nempe de *prima*, & *ſecunda ſpecie* poſſe dari præſcriptionem etiam quadragenariam cum titulo. De *tertia* vero præſcriptionem excludi, ac requiri omnino expreſſum, & clarum *privilegium*, quod *authenticum* pateat, vel *immemorabilem*, quæ privilegium in ſuo veluti ventre, & ſinu contineat. Immemorabilis namque ad hoc redigitur, ut privilegium ſecumferat. Sine etenim privilegio Apoſtolico jura *vere* Epiſcopalia, quæ intra humanum commercium non ſunt, ac in vim, & robur ſacramentorum influunt, cum *proprio territorio ab aliis avulſo*, acquiri nequeunt, uti aliæ vel minores, vel profanæ res ex pacto interdum, ac tolerantia poſſeſſorum, quæ faciat, ut pactum præſumi poſſit.

Non etenim, qui ordinem non habet, unquam poteſt acquirere *diœceſim*, & quæ a legitima tantum, & ſuprema concedentis poteſtate poterant proficiſci. Diſtinguendum namque in jure eſt de Epiſcopo, qui exercitium juriſdictionis circa finitimos locos acquirat, & de hiſce inferioribus, qui nullam *diœceſim* habent, ac nullam intrinſecus poteſtatem exercendi ea munera, multoque minus acquirendi habere poſſunt.

Apertiſſima hinc proficiſcitur ratio, cur licet aliquando quadragenaria cum titulo ſufficiens viſa fuerit etiam *Rotæ*, vel quodcumque Apoſtolicum privilegium, attamen in Congregatione particulari, juſſu ſan.mem. Clementis XI. deputata, propoſito: *an ad tramites ſacrorum Canonum, ſacrique præſertim Concilii Tridentini, poſſit inferior prælatus territorium ſeparatum, & juriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in clerum, & populum, cum ipſius Epiſcopi excluſione, in aliquo ſpeciali loco acquirere per quadragenariam præſcriptionem una cum titulo colorato*, reſponſum fuerit *die 3. Junii 1721. non poſſe, ſed pro acquiſitione territorii ſeparati, prædictæque juriſdictionis omnino requiri aut clarum, & undequaque ſubſi-*

ſtens Apoſtolicum privilegium, aut conſuetudinem immemorabilem cum ſuis omnibus requiſitis rite probatam, per quam Apoſtolicum privilegium de jure præſumi valeat.

Quod poſtmodum clarius ſanxit in conſtitutione *inter multa* 4. *Aprilis* 1747. *ſan.mem.* Benedictus XIV. *non poteſt Prælatus inferior jure aſſerere eo in loco veram qualitatem nullius cum territorio ſeparato ſibi aquiſitam eſſe, & juriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in eumdem, privative ad Epiſcopum ſibi competere, niſi clarum exhibeat Apoſtolicæ ſedis privilegium, quo idem locus a diœceſi, & juriſdictione ordinaria Epiſcopi diſmembratus, avulſus, & ſeparatus fuerit, ipſiuſque Prælati jurisdictioni per omnia ſubjectus; vel niſi, deficiente hujuſmodi Apoſtolico privilegio, immemorabilem ſaltem conſuetudinem ſibi faventem attulerit, cum omnibus requiſitis circumſtantiis juridice probatam, eamque non limitatam ad unum aliquod actuum genus, ſed quæ omnes complectatur actus, in quibus Epiſcopalis juriſdictionis jura conſiſtunt, eoſque oſtendat a ſe pacifice, & ſine ulla diœceſani Epiſcopi contradictione exercitos fuiſſe.*

Atque inde manat, quod non ſolum, neceſſitas ſit, ut privilegium ſive ex *authentico*, ſive ex immemorabili concludatur; verum etiam privilegii uſus. Non etenim omnia, quæ juriſdictionis ſunt, cenſentur data hiſce *abbatibus*, qui tantum habent, quantum ceperunt, atque retinuerunt. Imo multa niſi ſpeciatim dentur, cum ipſo *territorio ſeparato* non dicuntur conceſſa; veluti jus convocandi ſynodum diœceſanam, jus indicendi concurſum ad parochiales eccleſias, jus conferendi tonſuram, & minores ordines, & literas *dimiſſoriales* dandi; ita ut in Sac. Congregatione, diſputato de *abbatia S. Ruphilli*, an *etiamſi conſtaret de territorio ſeparato, poſſet capitulum S. Petri concedere dimiſſorias*, concordi ſuffragio *die* 21. *Januarii* 1719. reſponſum fuerit *negative*.

Ex hac varia, & multiplici privilegiorum diverſitate, atque ex eorum vario uſu in pluribus, varia, & non bene forſitan adhuc digeſta in omnibus de jure horum *abbatum* doctrina in forum profecta eſt; dum plærique jura originis ab variis effectibus dimetientes, ideoque ſecundum illos de eorum origine varie differentes, rem potius confuderunt, quam explicarunt. Summatim igitur, certum omnino eſt non potuiſſe *ſeparari territorium*, ac *non Epiſcopo* dari, niſi ſuprema ſedis Apoſtolicæ auctoritas interceſſerit: *abbates* vero ea habere, quæ vel primum, vel poſtea a ſede Apoſtolica obtinuerunt, atque ſervarunt. Hinc neceſſario privilegium & quidem clarum afferri debere. Hinc ſaltem immemorabilem, qua privilegium probetur. Hinc non ſolum privilegium, ſive delegationem apoſtolicam adminiſtrationis *ſeparatæ* eccleſiæ, ſed ejuſdem privilegii varium uſum attendi. Qua de re nonnulli ordines mi-

nores conferunt . Nonnulli *dimiſſoriales* dant . Nonnulli indicunt concurſus ad parochiales . Nonnulli alia exercent , quæ intime *territorio ſeparato* non cohærent omnia , ſed datum eſt vel unum , vel alterum ſpeciatim .

Privilegium autem debet exhiberi *authenticum* , ac ſumma diligentia inſpici . Eſt text. *in cap. accepimus de fid. inſtrum. cum privilegia non inſpecta non valeant argui falſitatis* , & *cap. cum perſonæ de privil. in 6.* : *cum perſonæ eccleſiaſticæ tam religioſæ , quam ſæculares plura præſumant , quæ ipſis infamiam pariunt , & aliis inferunt læſionem prætextu exemptionis , vel libertatis , quam aſſerunt ſe habere , ordinariorum correctiones , & ordinationes ſubterfugientes , ac eorum forum , ſive judicium declinantes . Nos volentes ſuper hoc de ſalubri remedio prövidere ſtatuimus , ut hi qui ſe aſſerunt per privilegia , ſeu indulgentias Apoſtolicæ ſedis exemptos , a locorum Ordinariis requiſiti , hujuſmodi privilegia , vel indulgentias (quibus ſe dicunt fore munitos) ipſis Ordinariis in loco congruo , & ſecuro , aut aliquibus prudentibus viris omni ſuſpicione carentibus , ad hoc per dictos Ordinarios deputatis , intra terminum competentem pro facti qualitate ipſorum Ordinariorum , vel delegatorum ſuorum arbitrio moderandum , juſto impedimento ceſſante oſtendere , ac ad legendum integraliter exhibere* : & infra , *quod ſi tales privilegio , & præſcriptione aſſerant ſe munitos , privilegium quidem ipſum exhibeant* .

Non extra rem fortaſſe erant hucuſque dicta , dum de *Guaſtallenſi abbate* agitur , ad intelligentiam earum rerum , quæ ei vel deſunt , vel ſufficiunt . Aſſerit privilegium habere Gregorii V. , quod non exhibet . Teſtimonium de eo affert unius *Guaſtallenſis* , qui de rebus patriæ ſcripſit præterito ſæculo ; qui tamen nihil de *territorio ſeparato* auſus eſt dicere , ſed de recepta tantum *Guaſtallenſi eccleſia* in *immediatam Sedis Apoſtolicæ protectionem* . Affert literas Sixti V. , dum collegiatam erexit , ac jura eccleſiæ , quæ extra mœnia erat , ad eccleſiam *S. Petri* , quæ intra erat , tranſtulit . Ponderandum an eæ literæ ſolum transferant , quod extabat , & ferebatur extitiſſe , ac non probent ipſæ privilegii veteris veritatem . Videndum , an fortaſſe aliquod *de novo* privilegium conferant , & quale ? nempe illius exemptionis tantum , quæ ad *ſecundam* ſpeciem referatur , aut etiam *tertiæ* ? Nihil profecto dicunt de *territorio ſeparato* , quod , etſi conceſſa fuerit quælibet juriſdictio , omnino neceſſarium eſt ad *diverſam diœceſim* conſtituendam , ideoque ad qualitatem *veræ nullius* , cum omnimoda *excluſione* cujuſcumque Epiſcopi , etiam uti *de jure delegati* in *exemptos* .

De literis Urbani VIII. non exhibetur niſi *ſumptum* , ut dicitur ex ignoto *authentico* per notarium *abbatis* . De cætero nulla quoque in iis literis mentio de *territorio ſeparato* eſt .

Quando autem privilegium deſit in ſcriptura , videndum quid concludatur de immemorabili , de qua , uti dictum eſt , in-

quit Benedictus XIV. *in cit. conſtit. la 33. §. & ſane, debere eſſe cum omnibus requiſitis circumſtantiis juridice probatam, eamque non limitatam ad unum aliquod actuum genus, ſed quæ omnes complectatur actus, in quibus Epiſcopalis jurisdictionis jura conſiſtunt, eoſque oſtendat a ſe pacifice, & ſine ulla diœceſani Epiſcopi contradictione exercitos fuiſſe.*

Ponderandum igitur *primo* quam probationem facere poſſint monumenta *a ſolo abbatis notario extracta*, non monitis ad hoc ſpeciatim Epiſcopis, quorum intererat. Viden. *Rot. in Leodien. jurisdictionis ſuper bono jure 9. Decembris 1682. §. 3. & ſeq. cor. Albergat. relat. a Proſper. de territ. ſepar. indeciſ. 1.*

Secundo, quid in facto probent, quæ exhibita ſunt. Advertendum in ipſorum plurimis habitam *relationem* ad privilegia. Conſiderandum, an de iis tantum actibus, quæ tunc fiebant, intelligenda ſint, ac *territorium* ideo *ſeparatum* non probent; quod ſane, deficiente claro privilegio, probandum eſſet, per argumenta *non limitata ad unum aliquod actuum genus*, ut *ait*, Benedictus XIV.

Advertendum controverſiam de *Guaſtalla* eſſe inter *Regienſem*, *Parmenſem*, *Mantuanum* Epiſcopos, atque etiam *Cremonenſem*, ut *Guaſtallenſis abbas* ipſe faſſus eſt in ſuis literis datis ad S. Congregationem negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam 14. Aprilis 1626. *Replico, che le lettere commendatitie non ſaranno mai da me indrizzate, ſe non a Monſignor Veſcovo di Reggio, o a quello di Parma, o a quello di Mantova, quali tutti pretendono di eſſer viciniori, e tengono diverſi brevi, e ſpedizioni di Pontefici in mano, ne' quali ſono nominatitali.*

Hinc conſiderandum, an ex *chriſmate* accepto ab uno, vel altero ex iis Epiſcopis, an ex literis *commendatitiis* uni vel alteri eorum datis, aſſeri poſſit libertas illa, quam *Guaſtallenſis* ſibi nunc vindicat. An ex ipſa circumſtantium Epiſcoporum diſcordia evenerit, ut non curante uno, vel altero eorum, ut accidit dum plures de uno eodemque jure decertant, facilius fuerit *Guaſtallenſibus abbatibus* ſua jura conſtabilire, atque amplificare, dum *novos* ſemper *majoreſque* titulos ſibi in dies ſumpſiſſe ea ipſa monumenta oſtendant.

Ulterius an teſtes, & monumenta allata probent fortaſſe nimis. Nam de *dimiſſorialibus* hoc expreſſe vetitum fuerat *Guaſtallenſi* ex literis ejuſdem S. Congrg. Epiſcop., & Regularium. *Nullius Guaſtallæ all' Abbate: è venuto ultimamente a notizia di queſta S. Congregazione, che molti Veſcovi promovono agli ordini minori, e ſacri li ſudditi di V. S. in virtù delle lettere ch' ella concede loro dirette a qualſivoglia Veſcovo, non avertendo, che le ſudette lettere non ſono dimiſſoriali, ch' ella non hà facoltà di concedere, ma commendatizie ſolamente, o teſtimoniali, le quali non dan giuriſdizione a chi non l' hà, ma ſolamente commendano, e fan fede della vita, e coſtumi. Onde queſti Illmi Signori, ſtimando neceſſario di provedere in qualche maniera a tal abuſo,*

con l'approvazione di Noſtro Signore le comandano ſotto pena di ſoſpenſione a Divinis ipſo facto incurreuda, che nelle lettere commendatizie, quali per l'avenire giudicherà eſpediente di concedere, ſecondo la forma preſcrittale dalla medeſima S. Congregazione. dopo le parole Idoneum eſſe teſtamur, aggiunga la ſeguente clauſola, cioè, cæterum non intendimus eumdem N. præſentium fructum percipere poſſe, aut debere, niſi poſtquam eidem Antiſtiti exhibuerit literas vicinioris Epiſcopi dimiſſoriales. Avverta dunque per l'avvenire di non concedere ſimili lettere commendatizie ſenza la ſopradetta clauſola, e ſtia ſana. Roma 5. Febraro 1627. Quod eadem Sac. Congregatio, petente *Regienſi Epiſcopo*, diſtricte iterum præteritis menſibus vetuit, *Guaſtallenſi* remiſſis iiſdem literis.

Similiter & de *ſynodo*, quæ certe cogi non poterat, etiam cum *territorio ſeparato. Immemorabilis* in hoc ſiquidem habet vim, quia continuati actus, qui afferuntur, non præſumuntur geſti ſine *certo jure*, ac favore *veteris privilegii*, ideo, quod non alias, qui eos fecerunt, feciſſent. Ceſſat vero ſtatim hæc præſumptio favore eorum, quos conſtat de *nullo jure* curaviſſe, ac perturbate egiſſe plurima, quæ etiam cum *privilegio*, agere nequiviſſent.

In libris Sac. Congregationis habetur *Guaſtallen.* 28. *Octobris* 1587. *Ad inſtantiam Abbatis Guaſtallenſis poſtulantis ſe confoveri debere in poſſeſſione concedendi literas dimiſſoriales, quam facultatem eidem ſubſtulerat, Sac. Congregatio cenſuit facultatem ordinandi ad Epiſcopum intra cujus Diœceſis fines Abbatia conſiſtit, pertinere: quod ſi intra Nullius Diœceſis fines poſita ſit, ad viciniorem; vicinitatem autem ratione eccleſiæ, non territorii attendendam lib.* 5. *decret. pag.* 66.

Guaſtallen. Martii 1589. *ſuper inſtantia Joannis Caſotti ſupplicantis cum literis dimiſſorialibus Abbatis Guaſtallenſis ordinarii poſſe ab Epiſcopo Mantuano, reſcriptum fuit, adeundum viciniorem Epiſcopum pro ſuſcipiendis ordinibus ead. lib. pag.* 265. *t.*

Guaſtallen. Januarii 1590. *ad preces Joanuis Paralupi ſupplicantis pro facultate, aut accipiendi dimiſſorias, aut ſuſcipiendi ordines ab Epiſcopo viciniori, qui habebatur Epiſcopus Regienſis, cenſuit, poſſe oratorem pro ſuſcipieudis ordinibus adire viciniorem Epiſcopum lib.* 6. *pag.* 93.

Guaſtallen. 24. *Martii* 1591. *Congregatio Concilii cenſuit Abbatem Guaſtallæ non poſſe dimiſſorias ad ordines concedere, ſed eas obtinendas eſſe a viciniori Epiſcopo lib.* 7. *pag.* 5.

Anno 1698. ſupplicante capitulo *Guaſtallenſi* de deroganda voluntate *Jacobi Pegorelli*, auditus Epiſcopus *Regienſis* eſt *lib.*48. *pag.*590.

Multæ ſunt *reſolutiones* in *Theſauro* ad rem ſpectantes. *Nullius, ſeu Aquilana juriſdictionis* 4. *Maji* 1726., *Nullius, ſeu Maſſanen. juris convocandi Synodi* 14. *Junii* 1738. *Neapolitana* 21. *Julii* 1742. *Nullius, S. Severini Parochialis* 12. *Februarii* 1757., *Nullius, ſeu Aquilana juriſdictionis* 4. *Maji* 1726. *Nullius, ſeu Maſſanen. juris convocandi Synodi* 14.

Ju-

Junii 1738. *Neapolitana* 21. *Julii* 1742. *Nullius Caputaquen.* 28. *Augusti*, 20. *Septembris*, 20. *Novembris*, & 11. *Decembris* 1756. 30. *Julii* 1757. 30. *Januarii*, & 13. *Martii* 1762. *Nullius*, *seu S. Severini Parochialis* 12. *Februarii* 1757. *aliæque*.

Nullo ex Episcopis, qui moniti sunt, comparente, necessarium plane erat, ut hæc, *ratione tantum muneris*, sub oculis ponerentur; in re quidem gravi, & quæ non modicum exempli periculum feret pro tot aliis, sive *abbatiis*, sive *commendis etiam militarium Ordinum*, quæ ubique sunt, ac præsertim in tota Italia, maximeque in Regno Neapolitano; quarum non paucæ hac *jurisdictione quasi Episcopali* utuntur, *sine tamen territorio separato*, unde prope quotidianæ controversiarum, & sane acrium origo manat. Dubium est *An constet de qualitate vere Nullius in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 5. cap. 25. de Reform.

VERCELLEN. *Anno* 1744. fratres *Perucca*, *Petrus*, & *Petrus Antonius*, *Joannes*, & *Joannes Antonius*, e *Donato* diœcesis *Vercellensis* loco, beneficium, seu *prioratum Sanctissimæ Conceptionis* legitima auctoritate erigendum curarunt in ecclesia *S. Joannis Baptistæ Cereseti*, qui vicus *Donati* est. Dotem dederunt in prædiis, quorum erat reditus ad *scut.* 80. *circiter*, onus vero celebrandi quotannis festum Beatæ Mariæ Virginis, ac quotidianum sacrum agendi in eadem ecclesia, data sacrorum intermissione per *quinquaginta dies* beneficiato, qui ex agnatione esset, aliis per *duodecim* tantum.

Jus patronatus *activum* sibi primum reservarunt, deinde primogenito ex agnatis cum ordine primogenituræ. Agnatione finita *rectori S. Joannis Baptistæ*, si ecclesia illa in parochialem erigeretur; sin minus rectori ecclesiæ *Montis Eropæ*, quæ celebratissima sanctitate, & cultu, nec non indigenarum, & advenarum frequentia in diœcesi *Vercellensi* est.

De jure *passivo* hæc statuta sunt: *quanto poi a quelli, che dovranno essere nominati al predetto benefizio a preferenza, ed esclusione di chi che sia si dovrà osservare il seguente ordine. Quando vi sarà qualcheduno capace d'esser nominato della familia loro, cioè della descendenza, e linea mascolina di detto signor Gio. Antonio coerigente, questo dovrà sempre esser nominato ad esclusione di qualunque altro, e quand' anche questo si trovasse ancora di tenera età, se verrà dal superiore ecclesiastico pro tempore di questa città, e diocesi giudicato abile, e capace d'esser nominato, potrà il medemo gioire della stessa nomina, e benefizio ad esclusione di qualunque altro, che non fosse della famiglia, linea, e descendenza mascolina sudetta; ed in ciò quando fossero più fratelli della stessa famiglia, linea, e descendenza mascolina postulanti, e capaci di essere nominati, a cui sopra, dovrà sempre quello, che pro tempore*

avrà

avrà il jus patronato, o ſia la raggione di nominare far rifleſſo, ed aver riguardo di nominare quello, che dimoſtrerà aver maggiore abilità, e darà più buon ſaggio di eſſer indi un ſacerdote ſavio, morigerato, ſtudioſo, ed eſemplare. Quando poi mancaſſe la ſudetta famiglia, deſcendenza, e linea maſcolina, oppure non vi foſſe per allora perſona capace ad eſſer nominata, in tal caſo dovranno eſſer nominati i figli, e deſcendenti dalle femine figliole di eſſo ſignor Gio. Antonio Perucca, ed anche i deſcendenti da Antonia ſorella di loro ſignori fratelli erigenti ora defonta, e già moglie del ſignor Lorenzo Moſca d'Occhieppo ſuperiore, come anche i diſcendenti dalle femine, che potranno aver figli maſchi, che ora ha detto ſignor Gio. Antonio Perucca, ed in queſti caſi, che il nominante abbia da nominare quelli di linea feminina, potrà egli ſcegliere tra gli altri quello, che gli parerà più capace, ſavio, ſtudioſo, e di maggior indole, e buoni coſtumi, ac demum *in difetto di ſogetto capace di eſſer nominato delle ſudette linee maſcolina, e feminina, dovranno eſſere nominati quelli del cantone predetto di Ceresetto luogo di Donato, e mancando queſti, tutti gli altri di detto luogo di Donato.*

Petrus unicus ex fratribus ſuperſtes, qui beneficium ab initio habuit, ac *Thomas* filius *Joannis Antonii* ſupplicant, ut etiam de *lactenti* puero, quij in agnatione ſit, nominatio fieri poſſit. Offerunt novam dotem *ſcut.* 600. in *cenſibus*, quæ *ſcut. an.* 30. reddunt, non injuncto alio novo onere, niſi *ſacrorum quinquaginta*, & præbendi quolibet decennio *ſcut.* 10. rectori *S. Joannis Baptiſtæ* pro *exercitiis ſpiritualibus* in eccleſia peragendis.

Dicunt in limine *fundationis* licere *fundatoribus* quamcumque conditionem dare, quam legitima auctoritas probet *cap. præterea de jurep. cap. 4. de cenſ.*, *Lambert. de jurep. lib. 1. part. 1. quæſt. 14. art. 1.*, *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 32. num. 8.*, ac præcipue de ipſis infantibus, qui titulo adminiſtrationis beneficia retineant, ut præſertim in *Derthonen.* 19. *Auguſti* 1730. in *Angelopolitana capellaniarum* 5. *Aprilis* 1732. in *Nullius, ſeu Orbitellana erectionis canonicatus* 11. *Martii* 1752.

Sæpiſſime Sacram ipſam Congregationem patronis hoc indulſiſſe, ut pueros, & etiam infantes ex familia ad beneficia nominarent, ut de puero undecim annorum *in Cremonen. diſpenſationis* 8. *Martii* 1758., de puero decenni *in Balneoregien. diſpenſationis* 21. *Junii* 1760., de novenni *in Brixien. diſpenſationis* 15. *Martii* 1738., de octenni *in Cathacen. diſpenſationis* 25. *Januarii* 1737., de ſeptenni *in Viterbien. capellaniæ* 18. *Junii* 1757., de quinquenni *in Monaſterien., ſeu Oſnabrugen. canonicatuum* 21. *Julii* 1753., de quadrimo *in Lucana beneficii* 17. *Martii* 1749., de trimo *in Neritonen. Abbatiæ* 22. *Novembris* 1760., & de bimo *in Melevitana indulti* 10. *Septembris* 1735.

Ve-

Venire hoc ex canonum indulgentia, qui ſive patronis, ſive deſcendentibus a ſanguine *fundatorum* faverunt ſemper, atque æquitate ipſa, quæ præferendos monet conjunctos quibuſcumque extraneis *Card. de Luc. de jur. patron. diſc.* 15. *num.* 6.

Neque obeſſe, quod poſt conſtitutas leges beneficii non liceat variare. Non agi hic de adjicienda conditione, quæ primas leges deſtruat *Vivian. de jurep. lib.* 2. *cap.*8. *n.*10., *Rot. rec. deciſ.*10. *num.*7. *part.*19., *& coram Criſp. deciſ.* 318. *num.* 8.

Imo non peti, niſi declarationem ejus conditionis, quæ adeſt jam de agnatis, *quando anche queſto ſi trovaſſe ancora in tenera età*. Quomodocunque demum id ſit, augeri propterea dotem beneficii, quo caſu certiſſimum eſſe, quod liceat *fundatoribus* addere conditionem novam *Rot. cor. Coccin. deciſ.*146. *num.*9., *& Sac. Congregatio in Melevitana juriſpatronatus* 2. *Junii* 1729.

Dum beneficium conſtituitur poteſt certe quæcumque conditio apponi, quæ, licet præter jus ſit, tamen approbari mereatur *gloſſ. in cap. cum dilectus* 8. *de conſuet. verbo conſtitutum in fine*, *Card. de Luc. de benef. diſc.* 95. *num.* 10., *Fagnan. in cap. cum in cunctis* 7. *de elect. num.* 72., *Rot. in Caſertana beneficii* 28. *Junii* 1745. *§.* 7. *cor. Millino*, *&* 24. *Januarii* 1756. *§.* 13., *& ſeq. cor. Eminentiſſimo Elephantutio*. Atque etiam ut infans, vel qui uxorem habet, titulo adminiſtrationis beneficium retineant *Sac. Congreg. in Derthon.* 19. *Auguſti* 1730., *& in Angelopolitana cappellaniarum* 5. *Aprilis* 1732.

Erecto autem, ac factis legibus, non ita quidem. Sac. Congregatio in una *Aquen. celebrationis miſſarum* 15. *Decembris* 1731., in qua præſcriptum erat, ut duæ ex tribus miſſis *hebdomadariis* celebrarentur in eccleſia *S. Sebaſtiani* exiſten. in territorio *locis Caratoris*, cum inde *fundator* ipſe mutata ſententia omnes celebrari contenderet in eccleſia parochiali ejuſdem oppidi, propoſito *an omnes miſſæ celebrari debeant in eccleſia parochiali, vel potius duæ ſingulis hebdomadis, in eccleſia S. Sebaſtiani in caſu &c.*, reſpondit *negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam, & amplius*.

In una Comen. beneficii, in qua erat reſervatum juſpatronatus deſcendentibus ex fratre, atque inde fundator poſtulaverat ſibi impertiri facultatem mutandi *fundationis* leges ab initio conſtitutas, nempe, ut ſi durante fratris deſcendentia nemo ex ea reperiretur aptus ad beneficium aſſequendum, quando ejus vacatio contingeret, tunc minime deberet nominari extraneus, ſed ſuſpenſa collatione beneficii poſſent deſcendentes retinere ſibi ipſis, ſuoſque facere proventus omnes beneficii, ſubeundo tamen onus duodecim miſſarum quotannis ab aliquo ſacerdote celebran-

brandarum, usque dum aliquis de familia fieret idoneus obtinendo beneficio, proposito, *an & quomodo Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.*, respondit *die* 27. *Februarii* 1734. *pro nunc negative, sed habebitur ratio in futuris vacationibus, & amplius.*

Potest tamen nova conditio adiici ex nova largitate, nempe si prima dos augeatur, atque legitima potestas novam conditionem admittat *Lambertin. de jurep. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 4. *num.* 2., *Rot. decis.* 1414. *num.* 1. *cor. Seraph.*

Sacra Congregatio in una *Civitaten. capellaniæ* 27. *Februarii* 1754., in qua pater, mater, & filius capellaniam erexerant ipso filio deferendam, & post ejus obitum sacerdotibus idoneis ad docendam grammaticam a capitulo eligendis; cum inde matre defuncta, pater ad alias nuptias convolasset, ex quibus filios habuerat, atque exoptaret hos quoque filios ad eamdem obtinendam admitti, obtulit augmentum in valore æquali antiquæ dotis: hinc contradicente etiam capitulo, proposito, *an precibus Petri Nava de Ramos sit annuendum ad effectum, de quo agitur* respondit *affirmative quoad filios tantum Oratoris, facto tamen prius legitimo, & cum approbatione Ordinarii perpetuo augmento per ipsum Oratorem oblato dotis beneficii in valore æquali antiquæ dotis.*

Quod dictum fuerat de agnato *ancora di tenera età, se verrà dal superiore ecclesiastico giudicato abile, e capace d'esser nominato*, de *lactente* intelligendum certe non erat.

Perpendendum hic, an aliquod damnum inferatur iis, qui, non extante agnato idoneo, nominari deberent. Dubitatur *An Oratorum precibus sit annuendum in casu &c.*

COMPSANA. Sacerdos *Cajetanus Lavianus* rector beneficii erecti ad altare *S. Donati* in ecclesia parochiali *S. Mariæ Petræ Paganæ Compsanæ* diœcesis, cum ex beneficio onus habeat celebrandi sacra centum quolibet anno, petit declarari liberum sibi esse, ut ea ubique celebret. *Sess.* 22. *cap. de obser. & evit. in celeb. miss.*

Præstat erectionis beneficii, ejusque accepti deinde augmenti narrationem præmittere. Anno 1629. *Antonio, Vincentio & Dionysio de Cicchellis*, etiam nomine *Joannis Petri* fratris absentis, petentibus, qui aliqua bona sacello *S. Donati* prius a se fundato donaverant, curia *Compsana* perpetuum beneficium erexit, cum jurepatronatus favore masculorum familiæ, iisque deficientibus, descendentium ex fœminis, nulla alia data expressa lege, nisi propinquiores, si extarent, præferendi.

Anno 1656. idem *Dionyſius* primus beneficii rector ſuis tabulis in hæc verba legavit: *jure legati laſcia detto D. Dioniſio alla cappella di S. Donato una maſſaria di fabrica una con tomola ſettanta in circa di territorj accanto detta maſſaria, ed altri luoghi nella montagna: con peſo però, che il cappellano ſarà in detta capella in futurum abbia di celebrare annue meſſe cento per l'anima di eſſo teſtatore, e per legati fatti da ſuoi antepaſſati fratelli, Padre, e Madre, mentre in tali legati de' ſuoi antepaſſati aſſegna detti territorj, e maſſaria, e dato che gli legati preſcritti foſſero più di cento meſſe annue legate, vuole eſſo teſtatore, che quelle ſaran di più di cento meſſe legate, ſe ſodisfacciano da detti ſuoi eredi, e quello ſi perciperà di più d'entrate da detti territorj, e maſſaria, vada a benefizio del capellano ſine onere.*

Cajetanus Lavianus dicit onus ſacrorum pendere ex legato. Teſtatorem autem de celebrandis nullum locum dixiſſe, nullam eccleſiam, nullam aram. In ipſa augenda dote, non ſacellum, neque eccleſiam reſpexiſſe, ſed commodum rectoris, vel ex familia, vel ex propinquis eligendi, pro ſui expiatione, & implemento voluntatis tam patris, quam matris, & fratrum, qui antea defuncti erant. Nullo proinde jure ad ſacra inibi celebranda cogi poſſe. Non, auferendam ſibi libertatem, quam ſuo jure habet, & quæ in quocumque dubio favorem legis meretur. Non eſſe locum conjecturis; neque ex ſimilibus eſſe capienda exempla, ubi pro libertate mens, & voluntas teſtatoris apertiſſima eſt *cap. ultima voluntas 13. quæſt. 2. §. diſponat, Authent. de nuptiis, & in leg. ſi quis hæredum de inſtit., & ſubſtit. in leg. poſthumus de injuſt. teſtam., ubi DD., Natt. conſ. 7., Lap. in allegat. 86., Bal. in leg. unum ex familia §. ſi duobus de legat. 2., Boer. deciſ. 204. num. 23. verſ. & ille text., Imol. §. ſi duobus num. 76. verſic., & ſic facio.*

Teſtator legatum dedit *alla cappella di S. Donato, con peſo però, che il cappellano ſarà in detta cappella abbia da celebrare annue meſſe cento.*

Conſiderandum, an legatum relictum dici debeat intuitu capellæ, vel commodo rectorum, vid. *Mantica de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 14., Panimol. deciſ. 97. adnot. 2. num. 13., Rot. coram Seraphin. deciſ. 1016., & coram Cavaler. deciſ. 498.*

Advertendum ipſum *Dionyſium* rectorem beneficii fuiſſe unum ex *fundatoribus* ſacelli, quodque in eo tum alii *fundatores*, quorum voluntas impleri debebat, ſepulturam habuerant, tum ipſe, qui legabat, ſepeliendus erat, uti ſepultus eſt. Ponderandum itaque quæ in his rerum circumſtantiis de ejus mente, & voluntate circa loeum celebrandi ſit legitime judicandum. Vid. *Alphonſ. de Leon. de offic. capell. quæſt. 5. ſect. 2. num. 29., Paſqualig. de ſacrif. nov. leg. tom. 2. quæſt. 996., Pignatel. conſ. 32. num. 1. tom. 3., Piton. diſcept. 148. num. 3., & ſequen.*

Sa-

Sacra Congregatio varia facti accidentia respexit, ac testatorum mente legitime secundum juris regulas interpretata, de rebus ejusmodi judicavit. *In una Tiburtina*, in qua testatrix legaverat sortem *census scut.* 30., injuncto generatim onere suis hæredibus, *che de' frutti di quello perpetuamente, ne dovessero far celebrare tante messe*; cum archipresbyter ecclesiæ, ubi testatrix tumulata erat, contenderet missas in una ecclesia a se celebrandas esse, proposito: *an missæ celebrandæ sint ab ipso Oratore in propria ecclesia, vel potius in ecclesia diversa, a sacerdote per hæredes eligenda*, rescripsit. *Die 9. Septembris 1690. missas celebrandas in ecclesia vel ecclesiis arbitrio hæredis eligendæ.*

In una Bononien. legati missarum, in quo testator plura legata reliquerat congregationi, quam vocant *conviventium S. Gabrielis* erectæ in ecclesia *omnium Sanctorum Bononiæ*, ubi sepulturam elegerat, & suis hæredibus perpetuum onus injunxerat solvendæ hisce *conviventibus an. sum. lib.* 200. pro celebrandis totidem missis *de requie in suffragium defunctorum familiæ ipsius testatoris*, proposito, *an missæ, de quibus agitur sint celebrandæ in ecclesia omnium Sanctorum, vel potius in ecclesia beneviſa hæredibus testatoris in casu*, respondit *die 15. Decembris 1742. affirmative ad I. partem, negative ad II.* Proponitur

An, & in quo loco sit adimplendum legatum missarum in casu &c.

NOVARIEN. DISMEMBRATIONIS. A veteri *matrice S. Ambrosii* oppidi *Eumeniæ* diœcesis *Novariensis* quinque oppida *Culma*, *Cisara*, *Oyra*, *Brolium*, & *Nunium* jam prope tertio a sæculo recesserunt primum, novumque sibi parochum in *Nunio*, ad ecclesiam *S. Blasij* constituerunt; relicta *matri* in singulos annos pensione *lib.* 24. *imper.* cum aliquot cereis. *Sess. 21. cap. 4. de Reformat.*

Centum post annos *Culma*, & *Cisara* exemplum secuta sunt. Ab ecclesia *S. Blasii Nunii* se separarunt, atque uniter sub suo peculiari parocho vivunt.

Brolium proxime præteritis annis de suo sibi peculiari parocho esse providendum necessario credidit. Concorditer primum cum *Nunio* cæpit agere. Tandem ad judicium res venit, sed varia sorte; nam curia *Novariensis* vicarium perpetuum dedit; metropolitana *Mediolanensis* de novo parocho judicavit.

Post hæc iterum de concordia tractatum est, quæ inita, ac solemni instrumento firmata fuit. Sed denuo dissentientibus animis, ex parte *Nunii* reclamatum.

Hinc iterum ad litem deventum est. Propositum est in Sacra Congregatione *die* 14. *Decembris* proxime elapsi anni *an sit*

locus approbationi concordiæ anni 1761., & quatenus negative *II. an admittenda ſit diſmembratio, ſeu ſeparatio ab eccleſia parochiali loci Nunii, & erigenda nova parochia in caſtro Brolii.* Verum, non comparente *Nunio*, reſponſum eſt *ad I. affirmative, ad II. affirmative.* Videndum eſt *folium diei* 23. *Novembris* ejuſdem anni 1765.

Nunium tamen de ſuis juribus iterum cognoſci poſtulavit. Iterum propoſita eſt igitur *die* 22. *Martii* hujus anni quæſtio *an ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis.* Reſcriptum eſt autem: *ad I. prævio receſſu a deciſis, negative; ad II. eſſe locum ſeparationi facta obligatione in forma juris valida præſtandi congruam novo parocho, firma remanente annua præſtatione eccleſiæ Sancti Ambroſii Eumeniæ, cum onere tamen ſolvendi parochiæ Nunii loco antiquæ annuæ præſtationis pro una vice lib.* 1300. *imper. ſcilicet* 200. *pro eccleſia, & reliquos pro fundo parochiæ.*

Neque hac ſorte contentum eſt *Nunium*. Denuo ſua jura audienda petiit, quod obtinuit. Verum ad hanc diem nihil dedit. Conquerente interim *Brolio*, quod omnia animo ſe ipſum inaniter defatigandi fiant per hanc diſpendio pleniſſimam, damnoſam, miſeram, & infelicem litis ſuſtentationem, petitur

An ſit ſtandum, vel recedendum à ſecundo loco deciſis, in caſu &c.

Seſs. 25. cap. 9. de Reform.

ARIMINEN. CONCORDIÆ. De hæreditate *Marci Gervaſoni* Ariminenſis proavi, quam *Angelinus Robertus Gervaſonus* ultimus ex familia maſculus retinet fideicommiſſariam favore *Carmelitarum* Ariminenſium, cum iiſdem tranſactionis tractatum iniit de dandis ante mortem ab hac die duabus partibus hæreditatis, quæ tota dicitur ſc. 6072. 61. in tot bonis hæreditariis, hiſce conditionibus, *che per tutto quello, che al ſudetto convento competa, o competere poſſa doppo la morte di detto ſignor Angelino de beni, ed eredità del quondam Marco Gervaſoni, debba detto ſignor Angelino cedere al detto convento due delle tre parti di detta ſomma di ſcudi* 6072. 61., *che aſcende a ſcudi* 4068. 40. 8., *e per queſti nell'atto della ſtipolazione nel preſente iſtromento cedere al detto convento l'attuale poſſeſſione dell'uſufrutto, e proprietà della poſſeſſione poſta nel Barigellato di Rimini*, cum aliis prædiis deſcriptis, nec non quibuſdam belluis in *ſcut.* 295. 22. 8. pro integra ſumma *ſcut.* 4068. 40. 8. cum expreſſo pacto, *che detto ſignor Angelino debba promettere dell'evizione di detti beni generale, univerſale, e particolare in ogni, e qualunque giudizio &c.. e di liberarli da ogni lite, moleſtia,*

ſtia , e moleſtante perſona in ogni , e qualunque giudizio , e fuori &c.

Et viciſſim *in correſpettività di tal accordo debba il detto convento, e RR.PP. ſudetti cedere , e rinunziare in perpetuo a favore di detto ſignor Angelino , e de ſuoi eredi quocumque il rimanente del fideicommiſſo di detto Marco Gervaſoni , e che ne ſia detto ſignor Angelino aſſoluto , e libero padrone proprietario , ſenza che più ſia ſogetto a fideicommiſſo .*

Carmelitæ itaque preces dederunt *per la neceſſaria facoltà di poter perfezionare il contratto mediante la ſtipolazione di publico iſtromento da diſtenderſi .* Imo nunc concorditer utraque pars Sedis Apoſtolicæ approbationem petit , de qua concedenda , vel deneganda agitur .

Neceſſe eſt habere ante oculos tabulas teſtamenti , quod anno 1626. condidit *Marcus : iſtituiſce eredi univerſali Giovanni Battiſta , e Carlo ſuoi figli, e ſoſtituiſce uno all'altro volgarmente, ed a qualunque di detti ſuoi eredi , che morirà , nella ſua porzione ſoſtituiſce li ſuoi figlioli , nipoti . e deſcendenti maſchi legitimi , e naturali , e di legitimo matrimonio procreati dell'uno in l'altro in infinito vicendevolmente , e reciprocamente per ordine ſucceſſivo volgarmente , e per fideicommiſſo , e ſe alcuno di detti eredi inſtituiti o de ſuoi figli , e deſcendenti maſchi moriſſe ſenza figlioli maſchi legitimi , e naturali , a quello , o quelli, che così moriranno , ſoſtituiſce l'altro , o altri ſopraviventi in ſtirpe . e non in capo volgarmente , e per fideicommiſſo , dichiarando però , che quelli , che averan figliole femine legitime, e naturali ſiano dotati da loro padri , o altri maſchi , che viveſſero nella ſomma di ſcudi 500. per ciaſcheduna di eſſe con gli fruttti delli beni ſtabili , e cenſi della eredità di eſſo teſtatore, e tali femine così dotate morendo poi ſenza figlioli legitimi . e naturali , vuole che la metà della dote ritorni . e ſi debba reſtituire alli ſui eredi dotanti , ed alli loro ſucceſſori , e ſe le dette figliole femine ſi faran ſuore , vuole gli ſiano dati per dote ſcudi 400. per ciaſcuna fatta la profeſſione .*

Subdidit *dichiara che nelle ſoſtituzioni ſi deve ſempre intendere ſervata la prerogativa del grado in modo tale , che i figli entrino nel luogo del padre , per riſpetto dell'aſcendente , e del zio , o di altri , e data la parità del grado , ſi debba intendere in ſtirpe, e non in capo .*

Conditionem fecit , *ed all' ultimo de' figlioli , e deſcendenti di detti ſuoi figli inſtituiti , ſe moriſſero tutti ſenza figlioli maſchi legitimi , e naturali , talchè la loro linea maſcolina mancaſſe, o non vi reſtaſſe verun maſchio di loro legitimo, o naturale, allora, ed in quel caſo ſoſtituiſce la ſignora Marchionna , e Colomba ſue figliole , ſe ſaran vive , ſe no gli ſuoi figli maſchi legitimi , e naturali in eguali porzioni , e dopo loro i loro deſcendenti , e ſucceſſori ſempre per ordine ſucceſſivo , e mancando la linea maſcolina di dette due ſue figliole femine , dotate che ſaranno le figliole femine di eſſi maſchi, ſe ve ne ſaranno, dell'entrata di detta ſua eredità*

dità in ſcudi 500., allora in quel caſo ſoſtituiſce il convento, e frati di S. Gio: Battiſta nel borgo di S. Bartolomeo per l'amor di Dio, e per l'anima di eſſo teſtatore, e de ſuoi ſucceſſori volgarmente, e per fideicommiſſo.

Cintiæ autem, & *Iſabellæ* filiabus, non adhuc nuptis, dotem monaſticam *ſcut.* 400. pro qualibet: ſi vero maritum acciperent *ſcut.* 800. legavit; nulla ſpe fideicomiſſi, vel eiſdem, vel poſteris earum relicta.

Mortuo *Carolo* filio *Marci*, *Jo: Baptiſta* frater ſolidum hæreditatis habuit, ex quo in *Joannem Antonium filium*, & deinde in hunc *Angelinum Robertum Marci* pronepotem, in quo linea maſculina deſinit. Unica ſoror *Angelini Roberti* eſt *Lavinia* nupta *Petro Galli*, cujus duo ſunt filii, *Carolus*, & *Joannes Antonius* Galli. *Angelinus Robertus* tranſactione liberat tertiam partem, ne filii ſororis, ut dicit, de toto cum *Carmelitis* deinde controverſiam habeant.

Aſſerunt ad liquidum explorata hæreditate, detractis, quæ detrahenda erant, ad eam tantum quantitatem aſcendere. Optimum remedium extinguendarum litium eſſe tranſactionem. Hoc officium eſſe boni judicis. Hoc reipublicæ ſummopere intereſſe. Ad hoc reſpexiſſe quæ in utriuſque juris corpore conduplicatæ ſunt leges; & ſpeciatim de locis piis, ne per diſpendia litium diſſipentur bona, ac voluntates piorum teſtatorum ſua celeri executione fraudentur.

Agi nunc de juris articulo ſuper ſucceſſione fideicommiſſi aſcendentalis. Evidentiſſima requiri argumenta ad excludendos filios ultimæ fœminæ agnatæ. *Lineam maſculinam* poſſe intelligi per *lineam qualitatis*. Non modo itaque neceſſariam ex dubia lite, ſed utilem tranſactionem. Anticipant *Carmelitæ* duas partes hæreditatis. Habent promiſſionem evictionis ſuper præceptis bonis. Epiſcopum probare omnia. Videnda *relatio* Epiſcopi eſt, qui de purgato ſtatu fideicommiſſi, *factis omnibus detractionibus, omni quidem jure faciendis, ad ſcut.* 6072. 61. refert, additque quæ de jure exiſtimat.

Qui tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta, neque finita tranſigit, eſt textus Ulpiani *in leg.* 1. *de tranſact.* Impp. *Valerianus*, & *Galienus* edixerunt: *Præſes provinciæ exiſtimabit utrum de dubia lite tranſactio, inter ſe, & civitatis ſuæ adminiſtratores facta ſit, an ambitioſæ id quod indubitate deberi poſſet, remiſſum ſit; nam priore caſu ratam manere tranſactionem jubebit; poſteriore vero caſu nocere civitati gratiam non ſinet leg.* 12. *cod. de tranſact.*

Receptiſſima hinc regula in forum venit, irritam eſſe tranſactionem ſuper jure non dubio initam. Ne aliter via ſternatur fraudibus, vel per avaritiam præoccupandi, ac diſſipandi perventura poſtmodum bona, ſub obtentu utilis tranſactionis, vel per calumniam timore litis alium ad tranſa-

factionem cogendi. Vid. *Ant. Fab. de conject. lib.* 17. *cap.*4. *num.*3. *Vrceol. de transf. quæst.*2. *num.*42. *adden. ad Lodov. decis.*149. *num.*7., *Rota coram Celso decis.* 335. *num.* 7. *in rec. decis.*293. *num.*24. *part.*8. *decis.*412. *num.*21. *par.*16., *& in Firmana immissionis* 13. *Martii* 1741. *§.*3. *cor. Peralta*. Quod locum habet, quamvis transactio facta appareat pro vitandis expensis litium, quod certe ad rite transigendum non satis est *Bruneman. in Pandect. in lib.* 65. *tit. de cond. indeb. num.*7., *& Rota coram Celso decis.*335. *num.*6.

Verum enim vero non quæcumque causa dicitur dubia, quia in controversiam, atque in forum venire potest, vel venit jam. Super qua opinione, quæ transverse aliquando agitur, falluntur multi. Distinguendum est etenim inter dubitationem, atque ambiguitatem, quæ intrinsecus insidet causæ, & eam, quæ venire potest ex alterius contentione inevitabili certè semper, cum liberum sit unicuique de re quacumque disceptationem instruere, ac contradicere acriter.

Nisi hoc diligenter advertatur, judicia confundentur, commiscebuntur cum actionibus exceptiones, limitationes cum regulis, ut non raro accidit. Semper aliquid dubitationis in quacumque causa emergit. *Dubium* vere non est, quod ex calliditate, vel eloquentia defensorum, & non bona arte partium quandoque, *dubium* videtur, si in jure intimam res ipsa ambiguitatem non habeat, ut perplexum, & ancipitem in judicando doctum etiam judicem, & diligentem in libris revolvendis, & causæ momentis expendendis facere queat.

Aliter susque deque versentur cuncta necesse est. Transactiones omnes ratæ erunt, & licitæ. Quod absurdum, & absonum, ac damnosum præsertim debilioribus, leges præcise vetuerunt, ac prohibuerunt. Hinc summa cautione Pontifices de ea re providerunt, ut nempe irritum omne, quod ipsi non probaverint, esset, licet ecclesiæ aliquando utilissimum foret. Non enim ecclesiarum jura, vel ipsorum possidentium arbitrio, vel aliorum præpotenti ambitioni obnoxia relinquenda existimarunt, ut in notissima *extravaganti ambitiosæ*, summo plausu latissime recepta, quæ apud ipsos juris canonici libros, qui in Academiarum omnium cathedris leguntur, relata est.

Rota hoc ipsum præclare dixit pluries. Vid. *Faventin. fideicom. & transact.* 8. *Maji* 1713. *coram Scotto*: *cum nihil sit tam clarum, & apertum, quod non possit per subinductas intellectuales subtilitates obnubilari, hinc regula debet intelligi de dubietate legali, & honesta, non autem de dubietate emendicata ad finem palliandi clarum, & certum jus assistens uni ex transigentibus; tunc enim potius procedit contraria regula, quod super certis, & claris minime iniri valeat transactio*, & iisdem fere verbis *decis.*142. *n.*17. *cor. Crispo*, *& decis.* 105. *n.*22. *cor. Crescentio*.

Sa-

Sane transigere de successione in eventum certæ, vel incertæ conditionis venienda, dum aliquod emolumentum præsenti manu capitur, & futurum multo post tempore acquirendum ceditur, ac libertas fideicommisso, commutando voluntatem, datur numquam permissum est locis piis, quorum substantia ex his fideicommissis, atque incertis conditionibus tota plerumque conflata est; illudque Sac. Congregatio ad vitandam exempli perniciem, & aliorum exemplorum secuturam inde facilitatem, rejecit semper.

In una *Romana beneplaciti*, in qua *Sebastianus Cortonus præter usumfructum omnium bonorum reliquerat Claræ Bonitiæ uxori titulo prælegati omnia mobilia, aliaque supellectilia domestica, quæ voluit esse libera, & in proprietate ejusdem Claræ; ea tamen conditione expressa, quatenus vitam viduilem servasset, & non aliàs illudque ampliavit in codicillis etiam quoad credita consequenda a diversis debitoribus ratione operis lignarii, repetita conditione, & observatione viduitatis. Clara cupiens indemnem se servare a caducitate tam prælegati, tam ususfructus, requisivit societatem S. Josephi fabrorum lignariorum Urbis* (cujus favore caducitas erat) *pro congrua transactione, quam quidem tamquam sibi utilem amplecti visum fuit confratribus, tum quia conditio viduitatis est potestativa dictæ Claræ, qua servata cessabit lucrum societatis, tam pariter ad effugienda litigia super prætensionibus ejusdem Claræ, quæ multum æris alieni hæreditarii extinxisse, multasque expensas necessarias peregisse dicitur, quas repetere intendit a societate hærede proprietaria. Emus Urbis Vicarius censuit quidem transactionem perutilem esse loco pio, sed anceps fuit super derogatione voluntatis testatoris, qui tam enixe viduitatem mulieris expetivit, cum de hoc articulo magna vigeat DD. concertatio, & ipsa Rota variaverit.* Die 3. *Augusti* 1709. *super approbatione transactionis*, responsum est *negative*.

Aliud tamen esset transigere super dubio litis eventu ex juris, vel facti quæstione, quæ dubiam decisionem hinc inde faciat; quod sane *in lite incerta, neque finita*, & re diligentissime perspecta ante, ac cognita, aliquando permitti potest.

His ita se habentibus, prima inspectio de re, de qua agitur, est, an sua, & intima juris ambiguitas in causa insit, quæ transigi mereatur. EE. Patres, inspecta litera, id sua ipsi doctrina viderint. Advertendum unice ad verba, *ed all' ultimo degli figlioli, e descendenti di detti suoi figli instituiti, se morissero tutti senza figlioli maschi legitimi, e naturali, talchè la loro linea mascolina mancasse, o non vi restasse alcun maschio di loro legitimo, e naturale*.

Itidem, quod omnes fœminas a successione testator nominatim exclusit, dum eas, & quidem ex fructibus dotari voluit, etiam cum reversione medietatis dotis ad fideicommissum, si filios non haberent. Quod ipsas ultimi masculi filias rejecit expresse favore *Marchionnæ, & Columbæ, & lineæ masculinæ ex eis venienti*. Quodque itidem *mancando la linea*

ma

maſcolina di dette ſue figliole femine, dotate che ſaranno le figliole femine di eſſi maſchi, allora in quel caſo ſoſtituiſce il convento, e frati di S. Gio. Battiſta.

Notandum præterea, quod *Cintiam*, *& Iſabellam* alias filias earumque deſcendentes maſculos, licet extitiſſent, non admiſit, ut ſubſtitutio ad *Carmelitas* pro ſui expiatione veniret.

Ponderandum an in ſpecie facti, quæ proponitur, allegari mereatur ſanctio duarum notiſſimarum legum *cum avus*, *& acutiſſimi*. An extranea omnino in hac re ſit, dum contemplatæ, ac nominatæ ſunt fœminæ, ac ſpeciatim de eis proviſum, ita ut conjectura pietatis ex omiſſa mentione filiorum non intret. Multo magis, quia non agitur niſi de filiis ſororis ultimi maſculi, & ſororis dotatæ, & quæ ab expreſſa juſſione teſtatoris non aliud, niſi dotem habere poterat.

Advertendum, quod, *lite non pendente*, tranſigitur cum hærede *certe gravato*, cui datur libertas pro fideicommiſſi tertia parte, ſine ullo ipſius jure. Tranſigitur de dubia vocatione filiorum *Laviniæ* ſororis, iis non auditis, & ſine ullo pro iis certo deſignato emolumento, cum omnia avunculi commodo, & voluntati linquantur.

Altera inſpectio eſt, an liquida nunc omnia ſint circa verum hæreditatis ſtatum, de quo nihil habetur, niſi affirmatio ipſa *partium*, atque aſſertio Epiſcopi. Videndum num *judicialiter* firmari, & purgari ſtatus ſaltem debeat, nec non expendi detractiones, recenſeri debita, & legata, aliaque; ut ante tranſactionem manifeſto appareat, quid acceptum, quid remiſſum videri poſſit, & quomodo eccleſiæ utilitas compenſetur cum damno. Non etenim de *Carmelitarum* commodo, & voluntate, ſed de jure, neceſſitate, & utilitate eccleſiæ cognitio eſt. Inquiritur

An ſit locus approbationi concordiæ in caſu &c.

Die Sabbati 9. Auguſti 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis, de jure reſolvenda.

DE quinque cauſis, quæ in Congregatione *diei 19. Julii* proponi non potuerunt, conſultiſſima EE. Patrum expectatur ſententia.

Seſs. 25. cap. 1. de Reform.

GUASTALLEN. PROVINCIÆ MEDIOLANEN.
An conſtet de qualitate vere Nullius, in caſu &c.

Dilata, & ad mentem.

Seſs. 5. cap. 25. de Reform.

VERCELLEN.
An Oratorum precibus ſit annuendum, in caſu &c.

Negative.

Seſs. 22. cap. 8. de obſer. & evit. in celebr. miſs.

COMPSANA.
An, & in quo loco ſit adimplendum legatum miſſarum, in caſu &c.

In Capella, & Altari S. Donati.

Seſs. 24. cap. 4. de Reformat.

NOVARIEN. DISMEMBRATIONIS.
An ſit ſtandum, vel recedendum a ſecundo loco deciſis, in caſu &c.

In hac cauſa venerunt jam ſcripta *Nunienſium*, qui toti ſunt in demonſtrando, quod, poſt relictam *Eumeniam*, jura veræ ma-

matricis omnia in ſuam eccleſiam translata ſint. Hoc cognitum, perſpectumque fuiſſe, dum *Ciſara*, & *Cuma* non ſe ſepararunt, nili *Nunio* volente, & lubente. Non itaque permittendum nunc *Brolio* id ipſum invito *Nunio*. De genere univerſo *matricum*, earumque varia ſpecie, ac vario jure, late differit *folium* præteritæ Congregationis in *Comen. translationis*.

In deciſis ad utrumque, & amplius.

ARIMINEN. CONCORDIÆ. *Seſs. 25. cap. 9. de Reform.*

An ſit locus approbationi concordiæ, in caſu &c.

Negative.

COLONIEN. Eccleſia parochialis oppidi *Kempenſis Colonien.* diœceſis regitur *a paſtore regulari* ordinis *S. Benedicti* ex monaſterio *Guidbacenſi*. Plura habet beneficia ad juſpatronatus ſive laicorum, ſive municipalis magiſtratus ſpectantia. Qui ea poſſident *vicarii* dicuntur. Habet & alios reditus ex legatis, & largitionibus, quæ in dies veniunt. Hos *ædiles* adminiſtrant. *Seſs. 22. cap. 8. & 9. de Reform.*

Vicarius generalis *Colonienſis* die 28. *Octobris* 1757., 30. *Novembris* 1758., & 13. *Maji* 1759. quamplura decreta tulit de *oneribus vicariorum*, de *eligendis ædilibus*, ac de *erogandis reditibus*. Urgente curia executionem decretorum contra non obtemperantes, qui Sanctæ Sedis præſidium appellaverant, plura intermedio tempore geſta ſunt. Omnia ex mandato SANCTISSIMI ad Sacram Congregationem remiſſa cum facultate *circumſcribendi, & purgandi*, hanc diſceptationem, de qua nunc eſt ſermo, conſtituunt.

Non pigeat habere hic ante oculos decreta ipſa, quæ alias inter monumenta cauſæ neceſſario videnda eſſent. Quæſtiones hinc ſubortæ, quæ concorditer proponi debent, etiam habentur infra. Ita facilius ſub uno obtutu cuncta erunt manifeſta.

Die 28. *Octoris* 1757.: *primo volumus, ut in computationibus eccleſiæ duo vicarii ſeniores, aut, ſi impediti fuerint, ordine ſequentes duo, & non plures compareant, & R. D. Paſtori conſilio, & accurata attentione aſſiſtant &c. ſimiliter totidem ad electionem ædilis in poſterum &c. ita ut tres ſint de clero, & ex ſæcularibus præter D. Vice Satrapam, tres de magiſtratu, duo conſules regentes, & ſenior de ſenatu, qui ædilis, item tres de*

judicio, D. prætor, D. actuarius judicis, & scabinus senior, qui est ædilis.

Secundo in summis ecclesiæ solemnitatibus, dum Sanctissimum Sacramentum publicæ veneratioui exponitur, sicut & diebus precum publicarum juxta novissimam ordinationem Archiepiscopalem, horis, quibus divina officia non peraguntur, duo coram summo altari habitu chorali induti per horam integram consideant in genuflessorio; ea finita alii duo succedant &c. Præterea beneficiati iisdem diebus solemnibus, & precum publicarum summo sacro choraliter interesse tenebuntur &c.

Quinto administrationem sodalitatis Rosarii consideratis præter onus recepturæ difficilibus functionibus sacris DD. sacellanorum, & tenui ex censibus eidem sodalitati relictis resultante remuneratione approbamus, & ad fructus spiritualis incrementum commendamus.

Sexto conformiter statutis synodalibus ratam, & firmam volumus ordinationem a D. commissario factam super custodia rerum ecclesiæ, & oblatorum, ut una clavis archivii sit penes D. pastorem; similiter una clavis capsæ oblatorum; tribus clavibus penes tres ædiles, prout hactenus observatum fuit, remanentibus &c.

Septimo quidquid in posterum, seu donatione inter vivos, seu mortis causa ecclesiæ parochiali dovabitur, ad cujuscumque manus pervenerit, D. ædili receptori ad computum extradatur, qui cum consilio D. Pastoris, & saltem duorum ex aliis ad computum fabricæ examinandum pertinentibus statim exponere poterit ad fabricam, si opus fuerit, vel ad censum applicare tenebitur.

Decimo tertio D. pastor auctoritate nostra urgeat administratores mensæ pauperum, quibus ita dictæ spendæ dierum lunæ, & veneris, magistratu commissæ sunt, ut juxta normam a D. commissario præscriptam, rationes suas sine dilatione conficiant &c. Præprimis autem illud iterato illis significare non omittet, quod juxta SS. Canones ecclesiæ, & statuta nostra, gravem reatum conscientiæ incurrent, si improbis, & indignis in damnum timoratorum, & Deum timentium, eleemosynas erogent, ad quod declinandum, quot annis saltem semel D. pastoris, aut alicujus ex DD. sacellanis testimonium exigatur &c.

Denique serio monetur D. pastor, ut infra trimestre de executione præsentium doceat, aut causas, quare earum executio impedita fuerit, alleget.

Die 30. Novembris 1758. primo sub pœna arbitraria pecuniaria &c. innovamus ordinationem, qua beneficiatis legitime non impeditis injunximus, ut præsentes sint in SS. sacrificio majore pro diebus dominicis, & solemnitatibus ecclesiæ, & precibus publicis, devote psallendo, chorum adjuvent.

Secundo declaramus beneficiatos obligatos esse ad purificationem mulierum erga jura, & oblata quotiescumque, si parocho, & sacellanis in cura animarum impeditis, ad id rogati fuerint.

Et insimul ad assistendum pastori in distributione Sanctissimi Sacramenti.

Et

Et in celebratiane summi sacri diebus ferialibus &c.

Tertio districte prohibemus, ne in posterum in præsentiarum distributione absentes (nisi de corporis infirmitate constiterit) pro præsentibus putentur . Neque præsentes, contra expressam legem Tridentini , absentibus in hac manifesta injustitia conniveant .

Quarto , ut mos corrigatur &c. humandi christianorum cadavera sine sacerdotum comitatu , & cantu . Volumus , ut si propter defuncti tenuitatem totus chorus nequeat convocari , saltem D.pastor cum sacellanis,& duo ex vicariis,præunte crucifero,erga salarium medii imperialis, unde quinque stufferi pro fabrica solvendi sunt , comitentur &c.

Sexto mandamus D. pastori , ut pro dominicis , & festis diebus , item diebus precum publicarum , tabellam celebrantium conficiat , ut qui ad certum tempus per fundationem adstricti non sint hora præscripta , ad augendam devotionem parochianorum accurate celebrent &c.

Septimo , si quem contigerit, abesse ab ecclesia per octiduum, & ultra, D. pastori indicet, quis ejus vicem suppleat .

Qui vero ad longum tempus residentiam , ad quam ex fundatione tenetur, voluerit interrumpere,nostrum desuper consensum D.pastori in scriptis exhibeat .

Octavo , cum conciones quadragesimales , quæ quavis feria quarta , & sexta servatæ sunt ab antiquo , minorem utilitatem spiritualem conferant , quam catheches , qua , & juventus , & adulti ad digne suscipiendum SS.Sacramenta præparantur; volumus,ut pro eo tempore D. pastor per se , vel per alium pio huic operi diligenter intendat &c.

Die 13. Maji 1759. : primo provisionaliter , seu usque ad aliam ordinationem D. vicarium Jansen in officio signatoris erga salarium constitutum eidem commisso confirmamus ad triennium , nisi interim D. pastor , rationabili causa coram nobis exponenda , mutationem ostenderit , pro bono ecclesiæ , & vicariorum esse anticipandam &c.

Secundo volumus , ut pro qualibet absentia duo stufferi decurrentur . Similis etiam subtractio fiat absentibus in summo sacro diebus dominicis , & solemnibus festis , & quoties Sanctum Sacramentum exponitur , quæ portiones subtractæ præsentibus accrescant .

Impugnant *vicarii* decreta hæc ad *visitationem* referenda esse. *Sigilliferum Colonienſem* , petente ipso magistratu , missum ad excipiendam rationem procurationis *edilium* , de hac curasse tantummodo . Nihil inquisivisse de sacris , de cultu ecclesiæ , de altaribus , de hospitalibus , de vicariis , aliisque clericis , quæ omnia vere ad *visitationem* pertinuissent . Nullas literas suæ delegatæ jurisdictionis ostendisse . Præterea decreta illa non ab eo, qui missus fuerat , sed ab alio , & alibi edita , & quidem diversis temporibus , nec modico interposito annorum spatio inter una , vel altera ; non monitis , neque auditis quorum intererat .

Dein-

Deinde ſpeciatim, ad I. quæſtionem conqueruntur de lege, quæ neceſſario cogit, ac de multa pecuniaria, Seſe hortandos, non fuiſſe cogendos. Inſuper *paſtorem* ab hoc onere liberandum non fuiſſe *Benedictus XIV. in notific.* 30. §. 20. Rurſus ad II. deſignationem *horarum*, ſive *tabellam* demandandam fuiſſe non nutu *paſtoris*, ſed pro arbitratu, & conſenſu omnium.

Ad III. præter duo beneficia, in quorum *fundationibus* cautum eſt, quod *vicarii*, rogante *paſtore*, divinis aſſiſtant, reliqua nullum de hoc habere onus. Tenues eſſe reditus, ideoque potius minuenda, quam gravanda onera, ut *in Auximana* 12. *Julii* 1631. *lib.* 14. *decretor. pag.* 467., & *in fol. Corduben.* 14. *Decembris* 1765. §. *Non autem*. Non equidem licere hoc Epiſcopis *Piton. de controv. patron. alleg.* 82 *num.* 7., *Sac. Congregatio in Leodien. beneficii* 27. *Junii* 1744. Rem non eſſe de cathedrali, vel collegiata eccleſia, ſed de parochiali, ac de iis, qui de eccleſiæ reditibus, & parochiæ emolumentis non participant.

Ad IV., & V. *parochum*, ſeu *paſtorem* duos habere adjutores. Pinguiſſimos habere reditus, ut alios, ſi opus eſt, advocet, qui ſuppleant. Se nonniſi peculiaria, & diverſi generis beneficia retinere; cum *parocho* nullam habere partem, ſive ad emolumenta, ſive ad curam; ideoque non teneri *Barboſ. de paroch. quæſt.* 2. *cap.* 13. *num.* 12., *Rot. coram Dunozett. jun. deciſ.* 472. *num.* 2. Ad VI. eadem, quæ ad III. Ad VII. eadem, quæ ad IV., & V.

Ad VIII. non fraudandos ſe libertate, qua ex *fundatorum* liberalitate gaudent. Dies, & horas ſibi eſſe liberas. Si ita *parochus* exiſtimet, alios ſibi presbyteros ſumat, uti ex opulentia poteſt, quos diebus feſtis ad populi opportunitatem accommodet. Satis eſſe, ſi *vicariis* injungatur, quod celebrent horis, quibus *parochi* munia non turbentur. Hinc ad IX. nullam *tabellam* faciendam eſſe, vel ſaltem faciendam conſenſu omnium; ne alias liberum ſit *parocho* alios gravare, placere aliis.

Ad X., & XI. nihil ad *parochum* pertinere ea omnia. Satis, ſuperque eſſe, ſi ipſi ab Ordinario facultatem obtineant *Fagnan. in cap. relatum num.* 10. *de cler. non reſiden.*, *Ventrigl. in prax. part.* 1. *annot.* 19. §. 2. *num.* 19.

Ad XII., XIII., & XIV. ſe collegium non facere. Unumquemque ſeparatim ſuo reditu, & ſumptu vivere. Nullum habere commune peculium, quod ex beneficiorum, ſive eccleſiæ reditibus confletur. Nullas propterea eſſe diſtributiones. Hinc inutilia omnia, quæ in his decretis demandantur, vel contra jus eſſe.

Ad XV. ſervandam eſſe conſuetudinem immemorabilem de modo eligendi *ædiles*, ac de rationibus excipiendis. De veteribus eccleſiæ legibus derogari non poſſe *Fagnan. in cap. paſtoralis num.* 36. *de his quæ fiunt a prælat.*, *Rota in tranſla-*

lationis imaginis 25. *Junii* 1742. §. 9. *coram Calcagnino*. Nihil huc usque ex recepto usu, vel mali, vel incommodi in ecclesiam venisse. Sarta, tecta mansisse omnia. Imo ex novis legibus excitatos tumultus, ac retardatas oblationes.

Ad XVI. administrationem sodalitii a fundatore datam fuisse *magistratui Kempensi*; ac *seniori* ex *vicariis* injunctum, ut præsideret. Non potuisse *parochum* aliorum jura pertentare, atque abripere. Ideo omnia irrita habenda esse, ac legitime iteranda *Surd. consil.* 391. *num.* 1., *Rot. rec. dec.* 111. *num.* 7. *par.* 7., & *in Ravennaten. transactionis* 20. *Junii* 1757. §. 12. *cor. Frangipane*.

Ad XVII., & XVIII., & XIX. eadem repetunt de immemorabili usu non abrogando, de nullo jure *parochi*, de nulla necessitate exquirendi consilii. Ordinarium libertatem non habere adimendi administrationem ab iis, qui habent, ut aliis concedat *Sac. Congregatio in Vasionen. distributionis eleemosynarum* 24. *Augusti* 1743.

Ad XX. iterant, quæ ad IV., & V., & VIII. dixerant.

Ad XXI., XXII., & XXIII. omnia intemperanter, inconsulto, ac præcipitanter gesta; & quod plus est, non expectato judicio Sedis Apostolicæ, quod appellaverant, imo contra expressa mandata. Quamobrem illico irritanda, ac rescindenda; damna vero, & expensas farciendas. *Rot. coram Faleoner. de miscellan. dec.* 42. *num.* 1., & *in Gerunden. manutentionis super servitutibus*, & *actibus obsequii quoad nova attentata* 7. *Februarii* 1752. §. 7. *coram Eminentissimo Molino*.

Ex parte *Promotoris*, seu *parochi* nihil hactenus datum est. Curia *Colonien sis* tuetur omnia tum *decreta*, tum *acta*. Videnda ejus *relatio* est.

De novis oneribus non imponendis, & licet acceptata fuerint a beneficiatis, postea a successoribus recusandis, videndæ resolutiones Sacræ Congregationis: in una *Sarnen. de anno* 1657.: *per Episcopum Castelblancum erectus fuit canonicatus in cathedrali cum onere miss.* 260. *de hoc canonicatu provisus fuit per dictum Episcopum Felix Rocchus, cui de anno* 1659. *per Episcopum Matthejum annexum fuit onus pœnitentiariæ, & de consensu capituli liberatus fuit ab onere missarum* 60. *in capitulum translat., sesque, & successores obligavit ad dicta munia Pœnitentiariæ obeunda. Nicolaus Laudisii provisus de dicto canonicatu post obitum præfati Felicis Rocchi recusat onus pœnitentiariæ. Proponitur, an stantibus prædictis, modernus canonicus teneatur obire omnia onera in erectione per Episcopum Castelblancum adjecta, vel potius ad redacta per Episcopum Matthejum? Die* 3. *Junii* 1690. Sac. Congregatio respondit: *non teneri ad onus pœnitentiariæ, nec ideo posse gaudere emolumentis correspective ad dictum onus concessis; quo vero ad missas* 60. *appositas in erectione canonicatus, audito Episcopo, denuo proponatur*, *lib.* 40. *decr. pag.* 340.

In

In una *Asten. Capellaniæ : tres testatores erigi mandarunt in oppido Villæ Novæ simplex beneficium, seu capellaniam sub tit. S. Mariæ Gratiarum, cum onere celebrandi missas quinque in qualibet hebdomada. Et licet testatores nullum injunxissent onus rectori personalis residentiæ in loco beneficii, vel celebrat. missarum per se ipsum; nihilominus executor voluntatis dictorum testatorum in erectione beneficii, non solum tale onus capellano expresse injunxit, sed etiam numerum missarum auxit ad sex in qualibet hebdomada. In bullis ab episcopo expeditis favore moderni possessoris eædem conditiones reperiuntur. Modo possessor recusat præfato oneri subjacere duplici innixus fundamento, altero nempe, quod tale onus injunctum non legitur in dispositione fundatorum, & ab hærede, sive executore injungi non potuerit; & altero, quod unquam adimpletum, seu servatum fuerit ab ejus antecessore.* Quæritur *primo: an orator teneatur ad onus personalis residentiæ, & celebrationis per se ipsum, & quatenus affirmative II. an sit concedenda dispensatio, & pro quo tempore.* Die 14. Februar. 1699. Sac. Congregatio ad I. respondit *negative, & injungendum censuit, prout præsentis decreti tenore committit Episcopo Asten., quatenus incumbat, prout de jure, recuperationi bonorum favore beneficii, lib. 49. decr. pag. 57.*

In una *Florentina: Rector capellæ sitæ in ecclesia collegiata S. Laurentii emptæ a Francisco de Ginoris nullo subjacet oneri. De anno 1596. rector fuit punctatus, eo quia choro non interfuerat. Controversiæ decisio commissa fuit Vicario generali Florentino, qui declaravit an. 1597. rectorem, ejusque successores teneri per se ipsum bis in hebdomada celebrare, nec non quolibet anno festum facere SS. Francisci, & Hieronymi, & facere unum officium defunctorum pro defunctis familiæ de Ginoris. Tunc temporis rector se subjecit dicto oneri. Modernus rector recusavit præfata onera subire.* Disputatum fuit: *an rector capellaniæ teneatur adimplere onera, de quibus agitur.* Die 12. *Mart.* 1718. Sacra Congregatio respondit *negative, lib. 68. decret. pag. 84.*

De obligatione adjuvandi *parochum* in cura videndum *fol. in Urbevetana 10. Maji proxime elapsi.*

De distributione eleemosynarum, in una *Vasionen. distributionis eleemosynarum*, proposito, *an distributio eleemosynarum, seu redituum, de quibus agitur, fieri possit per consules, & charitaterios loci de Barrove absque schedulis, seu billettis parochi dicti loci*, responsum est *die* 24, *Augusti* 1743. *affirmative.*

Dubitatur

I. *An beneficiati Kempenses nuncupati vicarii cogendi sint bini orare per horam, dum Sanctissimum Sacramentum exponitur in summis ecclesiæ solemnitatibus, & diebus precum publicarum,* & quatenus affirmative

II. *An, & a quo sit conficienda tabella designationis, & distributionis horarum in casu &c.*

III. *An iidem beneficiati cogendi sint choraliter interesse summo sacro in diebus solemnioribus, dominicis, & publicarum precum.*

IV. *An dicti beneficiati teneantur puerperas benedicere rogati a pa-*

parocho, vel ſacellanis, dum curæ animarum inſerviunt.

V. *An dicti beneficiati teneantur parocho coadjuvare in benedictione SS. Sacramenti Euchariſtici.*

VI. *An dicti beneficiati cogi poſſint aſſiſtere parocho in celebratione ſummi ſacri diebus ferialibus.*

VII. *An, & quomodo beneficiati cogi poſſint aſſociare cada era pauperum defunctorum,*

VIII. *An dicti beneficiati, quibus ex fundatione non eſt ſtatutum certum tempus celebrationis cogi poſſint diebus dominicis, feſtis, & publicarum precum, miſſam celebrare certis horis tabella præfiniendis,* & quatenus affirmative

IX. *An, & a quo ſit conficienda tabella in caſu &c.*

X. *An beneficiati abfuturi ab eccleſia per octiduum, & ultra, teneantur indicare parocho, qui ſuppleat vices ſuas.*

XI. *An iidem beneficiati ad longum tempus abfuturi, teneantur exhibere parocho conſenſum obtentum ab ordinario.*

XII. *An de conſenſu intereſſentium abſentes haberi poſſint pro præſentibus, ad effectum conſequendi diſtributiones, ſive, ut ajunt, præſentias.*

XIII. *An, & ad quem ſpectet electio ſignatoris, ſeu punctatoris fallentiarum in caſu &c.*

XIV. *An ſubſtineantur punctaturæ pro qualibet abſentia etiam in ſummo ſacro diebus dominicis, feſtis, & quoties SS. Sacramentum exponitur.*

XV. *An, & qui intereſſe poſſint, & debeant reditibus rationum eccleſiæ Kempenſis, & electioni ædilis, & qui ordo ſit ſervandus.*

XVI. *An ſuſtineatur approbatio adminiſtrationis ſodalitii Roſarii B. Mariæ Virg. in caſu &c.*

XVII. *An præter tres claves, tum archivii, tum capſæ oblationum retinendas ab ædilibus, ſit etiam altera retinenda per parochum.*

XVIII. *An parochi conſilium exquiri debeat in dictis oblationibus erogandis, vel inveſtiendis favore eccleſiæ.*

XIX. *An eleemoſyna hebdomadalis ex reditibus menſæ pauperum præſtari ſolita, tantum ſit diſtribuenda pauperibus habentibus teſtimonium parochi, vel ſacellanorum.*

XX. *An ſubſtineatur ordinatio Catacheſis faciendæ a parocho, vel ſacellanis pro erudiendis pueris ad ſacramenta paſchalia, loco concionis quadrageſimalis, feriis quarta, & ſexta.*

XXI. *An conſtet de attentatis, & quomodo ſint purganda in caſu &c.*

XXII. *An cenſuræ latæ contra vicarium Thenhoff ſuſtineantur in caſu &c.*

XXIII. *An multæ, aſſertæque litis expenſæ exactæ ſint reſtituendæ in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt aquas, ſuſpenſa interim executione decretorum.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

MACERATEN.. Ecclesia *S. Blasii Montis Milonis* in diœcesi *Maceratensi* quatuor *capellanias habebat* ab ea *communitate anno* 1662. constitutas, certis datis legibus pro capellanis a *communitate* nominandis. San. mem. Bened. XIV. *collegiatam* fecit ecclesiam, & *capellanos* canonicos. *Joseph Sbrilla* nuper nominatus canonicus recusavit, ut in literis Apostolicis injungeretur expresse onus de audiendo *sacramentales confessiones*. Hinc *communitas* supplicavit, ut declaretur onus illud, quod ex origine *fundationis capellanis* inerat, etiam post erectionem collegiatæ manere adhuc in *canonicis* per ipsos implendum. De hoc agitur.

Sacerdos *Sbrilla* inquit ultimum statum fuisse de clerico *Narduccio*, illudque onus non datum in literis. Hunc statum servandum esse *cap. consultationibus de jurepatron.*, *Piton. de controv. patronor. allegat.* 100, *num.* 105., *Rot. coram Ansald. decis.* 173. *num.* 32., *coram Lancett. decis.* 753. *num.* 22. *coram Falconer. de jurepatron. decis.* 58. *num.* 4., *& cor. Ratto decis* 298. *num.* 8.. Maxime quia *Narduccius*, adversante ipso curiæ *promotore*, per sententiam curiæ ipsius possessionem obtinuit.

In erectione *collegiatæ* nullam legem de hoc datam. Neque obesse, quod onera antea *capellaniis* annexa sublata non fuerint. Non intelligi enim, quod Pontifex confirmaverit onera, ac leges, quas Sedes Apostolica non probaverat antea. Rursus Pontificem retinuisse ea onera, quæ tunc temporis servabantur. Non potuisse autem tunc servari hanc legem, propterea quod constat *capellanias* illas clericis persæpe datas, ipsa volente, & lubente *communitate*, quæ clericos nominavit.

Ad hæc, clarissime Pontificem ipsum onus illud, etiam si adesset, ad beneficiatos transtulisse. Hinc factum, ut post erectionem *collegiatæ*, canonici ad hoc nunquam fuerint coacti. De cætero, etsi adesset, posse illud onus per alium impleri, cum in ipsa constitutione *capellaniarum* non videatur cautum, quod *capellani* per se ipsos exercere deberent.

Communitas adhuc nihil dedit. In precibus autem de declaranda obligatione canonicorum dixerat; *perchè l'urgenza del popolo è grande, e la scarsezza de' confessori non può supplire all'amministrazione del sagramento della penitenza, alla cui frequenza questo popolo inclina, sentendosi ora suscitare la pretensione di detti canonici di esimersi da tal peso con grave pregiudizio dell'onore di Dio, non ostante, che per lo addietro l'abbiano sempre di buon'animo sofferto, e per il motivo, che le nomine di detti canonicati spetta a questo nostro pubblico, e per il bene comune, si sono mossi gli oratori &c.*

Ac monita ab Episcopo, *die 9. Augusti præteriti anni*, conquesta est: *sebbene questi hanno accettati i loro canonicati con tal*

ſal peſo, e lo hanno di buon'animo per lo addietro ſoſtenuto, tuttavolta ſuſcitatoſi dal fu canonico Narducci la pretenſione, che le anzidette bolle non lo contengano, ſi ſono anche gli altri a fronte dell'accettazione, & eſercizio, a fronte del danno, che ne riſulta al gregge di Criſto, ben volontieri uniti a ſgravarſene, per non pregiudicare al loro comodo. In viſta per tanto del moltiplico conſiderabile di queſto noſtro popolo dal tempo in quà, che furono erette le dette quattro cappellanie col peſo della confeſſione, moſſi dal zelo, che dobbiamo avere per il medeſimo, che al preſente non poco ſtenta per arrivare a munirſi del ſagramento della penitenza, conforme ſi degnarà riconoſcere dal foglio, che umiliamo a V.S. Illuſtriſſima, ci ſiamo indotti a domandarne la ſovranominata dichiarazione: uniamo per ciò le noſtre fervoroſe ſuppliche in uu con quelle del noſtro popolo, e con tutta l'efficacia ſupplichiamo V. S. Illuſtriſſima a degnarſi di rappreſentar chiaramente all'anzidetta Sagra Congregazione l'eſtremo biſogno, che abbiamo di ſoggetti, che ci amminiſtrino il ſagramento della penitenza tanto neceſſario per la ſalute delle anime. Tanto ci auguriamo di ottenere, e raccomandandole con tutto lo ſpirito di ſupplire alle noſtre rappreſentanze per un'affare di tanta importanza con una piena, e benevola informazione a ſeconda del ſuo paſto al peſo, ed avere.

Non omittendum præterea, tam *præpoſitum collegiatæ*, quam *canonicum curatum* contendere hanc obligationem *canonicis* ineſſe: *ſentendoſi dal foglio formato, ed eſibito in queſto capitolo de' ſignori canonici volerſi eſimere dal detto peſo, fondandoſi nella bolla clandeſtinamente ſpedita in Dataria dal fù ſignor canonico Giuſeppe Narducci, che in detto tribunale non ebbe contradizione, e neppur nell'Epiſcopio, e ridondando in grave pregiudizio ſi del comparente, e dell'infraſcritto ſignor canonico curato Gregorio Crocetti, e beneficiato curato da eleggerſi, e maggiormente dal numeroſo popolo, loro reſpettivi ſucceſſori ſolennemente ſi proteſtarono &c.*

Hæc neceſſario ponenda erant, quæ aliter, non ſcribente *communitate*, ſub oculis non haberentur.

Epiſcopus multis verbis de hoc onere *canonicis* impoſito diſſerit; rationeſque addit plurimas pro ſua ſententia confirmanda; de onere, nempe primum *capellanis* injuncto, de eo non ſublato per erectionem *collegiatæ*, de uſu, de neceſſitate. Quæ ex adverſo proponuntur, refutat. Videnda ejus integra *relatio eſt*, quæ circumferetur.

In conſtitutione capellaniarum anno 1662. habetur: *quod capellani eſſe debeant originarii, & actu ſacerdotes, atque idonei ad audiendas confeſſiones auriculares, qui præſentari debeant Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Epiſcopo per communitatem dictæ terræ infra 15. dies a die vacationis, alias electio devolvatur ad Epiſcopum, vel ejus ſucceſſores in Epiſcopatu, & quatenus non adeſſent idonei originarii, qui præſentari poſſent, vel*

præsentati, si essent absentes differrent pro duos menses personaliter se conferre ad munus suum implendum, reservavit sibi, & successoribus facultatem vel applicandi reditus capellaniarum vacantium fabricæ ecclesiæ S. Blasii, ejusve sacristiæ, vel deputandi clericos originarios etiam non sacerdotes, qui assistant divinis officiis, amovibiles tamen ad placitum Episcopi cum assignatione omnium, vel partis emolumentorum, ut Episcopis pro tempore magis in Domino expedire videbitur.

Item teneantur duo ex dictis capellanis per turnum distribuendi quolibet die festivo assistere de mane per horas saltem duas, non tamen hora missæ cantatæ confessionario ad audiendas confessiones in auxilium præpositi, & si vacaret aliqua ex capellaniis, minuatur capellano, seu capellanis exercentibus onus prædictum proportionabiliter, ita, & taliter, quod tot diebus confessiones audire debeant, quot deberent si omnes essent provisæ, exceptis temporibus adventus, & quadragesimæ, diebus Natalis, & festis D. N. J. C., nec non Dominicis, & festis Resurrectionis, & Pentecostes, in quibus etiamsi unus tantum extaret capellanus, debeat assistere confessionario; & si omnes capellaniæ essent plenæ, teneantur omnes assistere dictis temporibus, & unus ex illis; si autem tres erunt, teneantur confessionario assistere in ecclesia S. Andreæ, & duo pariter ex illis, etiamsi cæteræ capellaniæ vacarent, teneantur docere doctrinam Christianam diebus Dominicis, unus in ecclesia S. Blasii in auxilium præpositi, alter in ecclesia S Andreæ in auxilium archipresbyteri; & tempore occurrentis necessitatis declaran. per Episcopum, ejusque successores, teneantur adjuvare tam dictum præpositum, quam dictum archipresbyterum in administratione Sacramentorum intra, & extra Terram Montis Milonis.

In erectione autem *collegiatæ: quoad* 1., 2., 3., & 4. *dicti canonicatus, & præben. ut supra erigen., & erigendas pro tempore respective obtinentes, omnia, & singula* 1., 2., 3., & 4. *dictarum capellaniarum per te, ut præfertur, supprimendarum, & extinguendarum onera, eas antea respective obtinentibus incumbentia, quemadmodum illa antea, & usque in præsens a quinque clericis, seu præsbyteris quinque capellanias prædictas ante illarum suppressionem per te, ut præfertur, faciendas hujusmodi adimplebantur, & adimpleri debeant.*

Et §. 48. *quodque onus sacramentales confessiones Christi fidelium per turnum in prædicta parochiali ecclesia S. Blasii per te, ut præfertur, supprimenda, & extinguenda, ac coadiuvandi pro tempore existentem rectorem parochialis ecclesiæ S. Andreæ ejusdem terræ in administratione Sacramentorum, aliorumque, quatenus tamen onus hujusmodi quatuor prioribus capellanis prædictis per te, ut præfertur, supprimen, & extinguen incumberet, & consuetudo vigeret, prædictum onus ad quatuor priores capellanias prædictas per te, ut præfertur, supprimen, & extinguen. ante illarum suppressionem, & extinctionem hujusmodi obtinentibus explendi, illud* 2., *aut* 3. *dicta beneficia, beneficiatus nuncupanda, pro tempore*

pore obtinen. ſeu presbytero a canonico in turno onus hujuſmodi explendi exiſtente deputando incumbere debeat.

Non hic agitur de executione literarum Apoſtolicarum ad *terminos ultimi ſtatus*, ſed de declaranda generatim qualitate, & onere *canonicatus*, quæ ad merum judicium poſſeſſorium, & *ſolum ultimum ſtatum* referri non poſſunt. Expenſa itaque diligenter, atque animadverſa integra utraque litera, de omni controverſia facile dijudicabitur

I. *An Canonicus Joſeph Sbrilla teneatur ad onus audiendi confeſſiones in eccleſia collegiata S. Blaſii Montis Milonis in caſu &c.* & quatenus affirmative

II. *An hujuſmodi onus adimpleri poſſit per alium in caſu &c.*

Non propoſita cum ſequentibus,

VASIONEN. PROCURATIONIS. *Communitas* hominum *S. Ceciliæ*, qui locus primo ad *Arauſicanam*, nunc ad *Vaſionenſem* diœceſim pertinet in ditione *Veſſedenſi*, ſeu, ut ajunt, *Comitatu Venaiſino*, petit declarari, ſe non teneri ad dandam *procurationem* Epiſcopo. *Seſſ. 24. cap. 7. de Reformat.*

De jure inquit eſſe ad eam laicos non obligari *Vgolin. de off.*, & *poteſt. Epiſc. cap. 48. §. 4. num. 2.*, *Fagnan. in cap. venerabilis num. 29. de cenſ.*, *Pignatel. conſult. 47. num. 4. tom. 1.*, Ob illam nempe rationem, quod non laici, ſed eccleſiæ, & præſertim parochiales, aliaque loca pia *viſitentur*. Propterea onus illud in *rectorem* eccleſiæ incumbere, qui, ſi opus eſt, aliorum, qui *viſitantur*, ſive *locorum piorum*, ſive *beneficiatorum* contributione, quod dat pro omnibus, ſarciat.

Itidem, quod de jure eſt, etiam ſolemni tranſactione firmatum reperiri ab *anno* 1338. Tranſactionem illam ab initio Sedis Apoſtolicæ auctoritate roboratam, deinde perpetuo uſu receptam, ſervatamque, impugnari amplius non poſſe, ut nuperrime tantum *rectores* eccleſiæ impugnare auſi ſunt.

Hinc legitime inferri, quod nihil de jure *communitatis* detractum fuerit, quia duabus vicibus, nempe *ann.* 1750., & 1764. *procurationem* ſolverint. Se feciſſe imperio ſupremi magiſtratus provincialis; verum ſuam libertatem proteſtatam fuiſſe apertiſſime, ac proclamaviſſe ſolemniter. Rurſus magiſtratum ipſum, qui tunc, pro ea opportunitate, mandatum dabat, ſervaſſe ſimul clariſſime *communitatis* jura illæſa, *per modum proviſionis*, & *ſine præjudicio jurium*.

Proptereaque contra omnia juris principia eſſe, ut quod vi, & imperio publicæ poteſtatis fuit, cui obſiſtendum in re præſente non erat, nunc ad obligationem, quemadmodum inciviliter *parochus* facit, trahatur *Barboſ. de off.*, & *poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 73. num. 45.*, *Ventrigl. in prax. de viſit. tom. 2. annot. 24. §. 2. num. 7.*, *Scarfant. ad Ceccoper. tom. 3. deciſ. 51. num. 17.*, *Pignatel. conſ. 47. tom. 1. num. 4.*

Nec referre, quod *prior*, & eccleſiæ *vicarius* pauperes ſe dicant,

cant. Non probari hanc paupertatem. Præterea ab aliis, qui debent, partem ſoluti repetant. Denique Epiſcopus, uti facere debet, dum de pauperibus eccleſiis agitur, ſuo viſitet ſumptu *Ventrig. in prax de viſit. tom.2. annot.24. n.13.*, & *Pignatell. d. conſul.47. tom.1. num.11.*

Rector ad cauſam non venit. Epiſcopus autem ejuſdem jura videtur tueri, ac rationes ſuæ ſententiæ late exponit: *nihilominus tamen rationum momentis, quibus innititur parochus, ſeu vicarius S. Ceciliæ jura ſubvenire mihi viſum eſt.*

In primis ſe etiam de jure ad expenſas viſitationis Epiſcopi minime teneri jactitat, cum illud onus ad priorem eccleſiæ potius ſpectet. Notandum eſt autem prioratum S. Ceciliæ penes Rev. Cameram Apoſtolicam eſſe, aut ſaltem ab officialibus cameralibus adminiſtratum, & ita modici eſſe reditus, ut cum diverſis Prælatis collatum fuerit hujuſmodi beneficium, ab ipſis poſtea, uti oneribus impar dimiſſum, & abdicatum extiterit.

Secundo idem parochus ſe etiam juramento de anno 1338. *nullo modo legatum reperiri aſſerit, & ſatis quidem veriſimile eſt. Illud enim inſtrumentum aut abſolevit, aut abiit in deſuetudinem, aut immutatum fuit, & forſan alia tranſactione nobis ignota abrogatum. Quippe quod ſtatuit, quod capellani eccleſiarum parochialium de Cairana, de S. Cecilia, de S. Romano, de Melagarda &c., & quilibet ipſorum habeat ſolum eccleſiæ ſuæ, videlicet oblationes quaſcumque, & etiam ſingulis annis habeat quilibet prædictorum cappellanorum prædictarum eccleſiarum cum cura quinque ſalmatas annonæ, & 25. ſalmatas bladi de tribus granis æqualiter, & quatuor modios vini puri, quæ ſolvuntur, & ſolvi debeant per curiam Venaiſini cuilibet prædictorum annis ſingulis, ſcilicet annona, & bladum tempore meſſium in area, priuſquam granum ab area curiæ elevetur, & vinum tempore vindemiarum ad tinam: revera tamen a tempore jam immemorabili ſolvuntur tantum dicto parocho S. Ceciliæ non triginta ſalmatæ granorum, ut diſponit prædictum inſtrumentum, ſed 20. ſalmatas bladi communis dumtaxat: unde executioni non demandatur amplius prædicta tranſactio, cum parochus præfixam quantitatem granorum non habeat, nec de qualitate determinata, & exinde oneribus ipſis in dicto inſtrumento impoſitis ſubjici non debet, cum non ſentiat commodum, & conſequenter perperam auctoritate dictæ tranſactionis niti videtur univerſitas prædicti loci S. Ceciliæ.*

Tertio ut palam fiat, quod illa tranſactio non ſit amplius in uſu, & immutata extiterit, prædictis accedit etiam, quod in aliis locis, & reſpectu aliorum parochorum, non habeat pariter ullam executionem prædictum inſtrumentum, cum eamdem quantitatem granorum ipſi quoque non habeant, nec ad ſolvendum in ſolidum procurationes Epiſcoporum teneantur. Uſus autem a centum, vel circiter annis circa hujuſmodi ſolutionem in loco S. Ceciliæ penitus ignoratur. Locus ille in diœceſi Arauſicana ſitus erat, & civitati quidem admodum vicinus, ex cauſa permutationis diœceſi

Vi

Vaſionenſi non multis ab hinc annis adſcriptus fuit, raro ab Epiſcopo Arauſicano viſitabatur, modica erat expenſa, æſtivo tempore poſt prandium ad dictum locum accedere, & ad proprium eadem die ſe recipere facile erat Epiſcopo; & exinde propter exiguitatem expenſæ, nulla deſuper movebatur quæſtio.

Hodie vero aliter ſe res habet, nihilominus tamen attentis facti circumſtantiis, qua ratione hujuſmodi oneri ſubjiciendus ſit parochus non video; priori potius imponendum eſſet, ſed etiam æquum non videtur, cum non ſuppetant reditus, & inſuper Rev. Cam. Apoſt., quæ non eſt in uſu ſolvendi, moleſte forſan feret. Quamobrem ut univerſitas loci S. Ceciliæ, quæ facultatibus amplis non deeſt, huic oneri fatis aliunde levi ſubjecta remaneat, ſaltem pro majori parte, ſatius in rerum ſtatu, & congruentius ducerem, tanto magis quod in iſtis partibus, pleræque univerſitates locorum comitatus Venaiſini expenſis propriis Epiſcopos viſitantes cum apparatu condecenti, & libenti animo accipere ſoleant,

Sane *viſitatio*, quæ ab ipſo præcepto divino paſcendi gregem derivat (non poteſt enim oves paſcere, qui eas non agnoſcit, ac perſæpe non videat) ex providentia canonum certis legibus conſtituta eſt. Et licet ad eccleſias præcipue directa ſit, & præſertim ad dignoſcendos eccleſiaſticorum mores, & recte impleta munera, & pro earumdem eccleſiarum bonis, & juribus conſervandis; tamen ad laicos quoque, nec modice pertinet, nempe ad totius populi curandam, tuendamque ſalutem: *placuit, omnibus Epiſcopis, ut per ſingulas eccleſias Epiſcopi, & per diœceſes ambulantes primum diſcutiant clericos quomodo ordinem baptiſmi teneant, vel miſſarum, vel qualiter quæque officia in eccleſia peragant. Et ſi recte quidem invenerint, Deo gratias agant; ſi autem minime, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, ſicut antiqui canones jubent. Poſtquam ergo hæc ſuos clericos diſcuſſerint, vel docuerint Epiſcopi, alia die (convocata plebe ipſius eccleſiæ) doceant illos, ut errores fugiant idolorum, vel diverſa crimina, homicidium, adulterium &c.* ſunt verba *can. XII. cauſ. X. quæſt. 2.*

Verum enim vero ex regula *procurationem* dare ad eccleſias ſpectat. Quid exigi poſſit, qui ad ſolutionem teneantur, quomodo, & pro qua parte, qui exempti ſint, late habetur *in folio Senogallien. procurationis* 14. *Decembris proximi elapſi anni*.

Eccleſiæ autem pauperes certe non tenentur, etiamſi *Nuncii, & Legati Sedis Apoſtolicæ viſitent cap. cum inſtantia XVII. de cenſibus*, ibi gloſ. verbo *prægravari*: *illud ſemper eſt obſervandum, ut ſecundum facultates eccleſiarum procuratio exhibeatur. Si enim tenuis eſt patria, extraordinario auxilio juvanda eſt; imo a ſupere non debet exigere, quia nec judex exigit ſportulas a pauperibus.*

Quemadmodum laicos ex ipſa regula non obligari certum eſt,

Vi-

Viden. gloſ. *in cap.* 1. verbo *laicus de cenſ. in 6.*, *Barbos jur. eccleſ. cap.* 22. *n.* 14., *Valenſ. in lib.* 3. *decret. tit.* 39. *§.* 4. *n.* 2., *Monacel. form. eccleſ. part.* 3. *tit.* 1. *form.* 4. *num.* 4., *& Pignatel. conſult.* 47. *per tot. tom.* 1.

De conſuetudine ſolvendi a *communitate* laicorum, non deſunt, qui aſſerant, neque ipſam immemorabilem nocere laicis, ſemperque illam largitionem ad liberalitatem, quandiu laici velint, eſſe referendam; nunquam in obligationem, ſi nolint, tranſire. Viden. *Ventrig. in prax. part.* 2. *annot.* 24. *§.* 2. *num.* 7., *Monacel. tom.* 1. *form.* 2. *lib.* 5. *num.* 22., *Pignatel. conſ.* 47. *num.* 7. *par.* 1.

Sac. Congregatio, ut rectiſſime ſemper fecit, de propoſitis diverſarum rerum accidentibus judicavit. In una *Nucerina* 5. *Julii* 1607. reſcripſit: *ſi populus Caſtri Collis conſueverit ſolvere procurationem Epiſcopo viſitanti, hujuſmodi conſuetudinem eſſe ſervandam.*

In una *Amerina procurationis*, in qua *communitas Caſtri Guardeæ*, poſtquam jam per tres vices procurationem ſolverat, inde in poſterum recuſabat, propoſito *an, & pro qua ſumma teneatur contribuere communitas*, reſcriptum eſt die 20. *Decembris* 1755. *negative, & amplius*. Proponitur

An Communitas loci S. Ceciliæ teneatur ad contributionem expenſarum viſitationis Epiſcopi in caſu &c.

Seſſ. 24. *cap.* 12. *de Reformat.*

SENOGALLIEN. Clericus *Thomas Brigantes* nominatus *ad præpoſituram* in *collegiata* eccleſia *S. Juſtinæ Mondulphi Senogallien.* diœceſis, ac ſimul patroni, ex certis familiis, jus nominandi habentes, petunt declarari I. an ætas 14. *ann.* idonea ſit ad *præpoſituram*, quæ ſecunda dignitas eccleſiæ eſt, II. an nominati ab iiſdem patronis teneantur *lauream* ſuſcipere, atque ad ſacrum *præsbyteratus* ordinem promoveri.

Joſeph Balducci teſtamento *anno* 1739. juſſit, præter duos *maſionarios*, tam *præpoſituram*, quam *archidiaconatum*, duas dignitates poſt *archipresbyterum*, conſtitui in ea eccleſia; quæ præterito anno conſtitutæ jam ſunt. Leges dedit de jure nominandi, ac de nominandis ipſis, tam a primis familiis, quibus jus nominandi dedit, quam a ſubſtitutis deinde. Brevior ſermo erit, ſi primum ea oculis ſubjiciantur: *intendo erigere quattro juſpatronati perpetui meri laicali, e non ſogetti alle riſervazioni apoſtoliche nella inſigne collegiata di S. Giuſtina di queſta terra per due dignità, cioè un prepoſto, ed un archidiacono, quali dovranno doppo l'arciprete precedere*

gli altri ſignori canonici, e due manſionarj: la nomina delle quali dignità voglio s'aſpetti alla caſa, e famiglia Baldueci, quale poi eſtinta, ſoſtituiſco in detta nomina riſpetto alla Prepoſitura la caſa, e famiglia Arcangeli, e riſpetto alla ſeconda dignità ſudetta, la caſa, e famiglia Giraldi della Rovere, finche dureranno i quali poi dette famiglie eſtinte, voglio, e comando, che ambo le dette nomine ſpettino, ed appartenghino a queſta communità da metterſi allo ſcrutinio tutti gli concorrenti ne' caſi di vacanza gli più degni, ed eſemplari, quali debbano eſſere dottori, e delle famiglie de' conſiglieri, ſe vi ſaranno, altrimenti ſiano ammeſſi altri ſacerdoti di queſta terra, che ſiano di buoni coſtumi, e capaci, e dottorati, col peſo, ed obbligo alli medeſimi di celebrare tutti li giorni di lunedì dell'anno una meſſa per cadauno all'altare della SSma Annunziata, e tutti li ſabbati a quello della SSma Concezione, con applicare gli ſacrifizj in ſuffragio dell'anima mia, di mia ſorella, di mio conſorte, e di tutti gli altri miei antenati.

Riſpetto poi alli due manſionari ſiano de' più poveri ſacerdoti di queſta terra, ma che ſiano di buoni coſtumi, la nomina de' quali voglio, che ſpetti a queſto Rmo Capitolo di queſta inſigne collegiata coll'obbligo, e peſi di celebrare tutti i mercoledì dell'anno all'altare della B. V. del Carmine, ed in tutti venerdì a quello del SSmo Crocifiſſo, applicando ſempre gli ſacrifizj, come ho detto di ſopra.

Cuilibet ex dignitatibus *ann. ſcut.* 150., *manſionariis* 50. dedit; addiditque *ſiano obbligati al coro, come gli altri ſignori canonici, e ſoggetti alle puntature in caſo di loro mancanza ſenza legittima cauſa.*

De I. nunc itaque inquiunt veriorem eſſe ſententiam dignitates *collegiatarum* non comprehendi in decreto Concilii *Garz. de benefic. part.*7. *cap.*4. *num.*54., *Barboſ. de Epiſc. part.*6. *alleg.*60. *num.*67., *Pax Jord. e luc. tom.*2. *lib.*10. *tit.*20. *num.*15. *Ventrigl. in prax. par.*2. *annot.*6. §.1. *num.*14., *Anaclet. lib.*1. *decret. tit.*6. *num.*205.

Nihil differre etenim in *collegiatis* dignitates a canonicatibus, quorum clerici *ann.* 14. capaces ſunt. *Gonzal. ad regul.*8. *cancel. gloſſ.* 5. *num.*91., *Barboſ. de can.*, *& dignit. cap.* 13. *num.* 14. Concilium, ubi voluit comprehendere, dixiſſe expreſſe. Præterea decretum illud, quod corrigit jus commune, ſtricte interpretandum *Rot. coram Molin. deciſ.*642. *num.*8.

De reliquo contrarium poſſe forſitan habere locum de dignitatibus juriſdictionem, & adminiſtrationem habentibus, non de iis, quæ uti tantum honorificæ exiſtimandæ ſunt *Fagnan. in lib.*1. *decr. cap. indecorum de ætat.*, *& qual. num.*9., *& lib.*3. *in cap. ad hæc de præb. num.*21. *Rot. deciſ.*395. *num.*5. *par.*4. *tom.*1. *recen.*, *& coram Criſp. deciſ.*536. *num.*2.

De II. teſtatorem diſcriminaviſſe qualitates nominandorum a *communitate* ad jus nominandi ſubſtituta, ab aliis, quos

nominarent familiæ dilectæ : de his profecto dixiſſe nihil . Non eſſe extendendum rigorem. Maxime cum ſumma ratio diverſitatis inter nominantes intercedat .

Cæteroquin , etiam de nominandis a *communitate* , *ſacerdotium* actu neceſſarium non eſſe. Non eſſe etenim injunctum onus celebrandi per *ſe ipſum* : quo caſu etiamſi *ſacerdotes* dixiſſet, non excludi clericos .

Inſpicienda *relatio* Epiſcopi . Poſt facti hiſtoriam , ait : *inde autem ex voluntate teſtatoris hæc prepoſitura videtur reputanda ſacerdotalis, quod ubi agit de qualitatibus eorum, qui fuerint præſentandi expreſſe jubet, eſſe debere ſacerdotali charactere inſignitos: atque eſto dixerit* i più degni, ed eſemplari *omiſſo verbo* ſacerdoti *proxime tamen addendo ſiano ammeſſi* altri ſacerdoti *vi illius adjectivæ particulæ ALTRI, quæ eſt ſimilium repetitiva, & implicativa , de ſacerdotibus , non vero de inferioribus clericis teſtamentum utrobique loqui plane conſequitur . Nec quicquam obeſt* li altri ſacerdoti *teſtatorem addidiſſe ubi in jurepatronatu ſubſtituit communitatem Mondulphi , nullatenus vero ubi illud antecedenter tribuit familiis nominatis , cum etenim omnia expreſſa ſint ſub unica oratione , eodemque contextu , neque alio in loco de qualitatibus , quibus ornatos volebat præſentandos ipſe egerit . Hinc cenſendum eſt illas referre voluiſſe etiam ad eligendos a familiis contemplatis . Secus ſequeretur , tam prepoſitum , quam archidiaconum ab hiſce præſentatos , non teneri ad ullam miſſarum celebrationem ; ſiquidem teſtator de earum onere non loquitur , niſi uli juſpatronatus reſervat favore communitatis . Sed enim vero incredibile redditur tot ſuffragia animæ ſuæ deferri voluiſſe uſque ad tempus forſan remotiſſimum , quo tres familiæ patronæ extinctæ fuerint .*

Huic præterea inveriſimilitudini accedit altera , nempe Joſephum Balducci fundatorem in ipſamet teſtamenti ſui parte binas manſionarias inſtituiſſe , eaſdemque in prædicta collegiata S. Juſtinæ cum dote ann. ſcut. 33. , & obul. 33. pro qualibet , nec alios ad illas vocat niſi ſacerdotes , unicuique obligatione impoſita applicandi unum Sacrum ſingulis hebdomadis . Priori itaque ratione par eſt credere ſacerdotali charactere voluiſſe inſignitam utramque dignitatem , quæ præcedere debent canonicos omnes , quibuſque annuum reditum ſcut. 100. æqualiter aſſignavit .

Deinde ſuam ſententiam de jure, uti credit , confirmat , adjungitque : *cæterum interpellatis tam capitulo collegiatæ , quam communitate Mondulphi pro eorum intereſſe in præſenti cauſa, indifferenter omnino ſe habent ; verum eo , quod agitur primo nunc erectæ dignitatis , maxime refert ejus firmare ſtatum , & normam in futuris vacationibus ſervandam mediante ſapientiſſimo oraculo .*

Nulla ſuperioribus Eccleſiæ ſæculis ad beneficia ætas ſpeciatim præſtituta reperitur . Sufficiebat enim ætatem de *ordinibus* , ſive *ordinandis* habere præſcriptam . Nam cum beneficia ab *ordinibus* non eſſent diſiuncta , ita ut , qui *ordi-*

nem

nem ſuſciperet, illius eccleſiæ beneficium obtineret, pro cujus neceſſitate, aut utilitate *ordinabatur*; ſupervacaneum proinde erat aliam ætatem pro beneficiis requirere, præter illam, quæ *ordinibus* eſſet neceſſaria; cum ipſe *ordo* loco beneficii, & ipſa *ordinatio* beneficii loco veniret.

Succedentibus temporibus, cum uſus invaluerit, ut beneficia ad *majora non ordinatis* darentur, qui ideo aliis beneficiorum *functiones* exercendas mandabant, hinc ætas ad beneficia varii generis præfinienda erat. Eam ob rationem manavit, ut etiam de beneficiis ad quæ neceſſe erat, ut haberentur *ordines*, ſatis eſſet, ut infra legitimum tempus ii *ordines* ſuſciperentur. In Concilio Lateranenſi præſcriptum eſt: *quod autem hi pueri beneficia habere non dicantur, inde contingit, quod ſecundum modernam diſciplinam beneficia debeant eſſe perpetua, & in titulum perpetuum erecta, quod circa ſimilia puerorum officia nondum contigit: tamen ſi erigerentur, nihil vetaret, [ſepoſita lege poſitiva] morigeros, & bonæ indolis, & exſpectationis pueros, tametſi* 14. *annis minores, ad ea aſſumi cap. cum in cunctis de elect.*

Diſcordarunt poſtea inter ſe multi, an de dignitatibus quibuſcumque curam animarum non habentibus neceſſaria eſſet *ætas* 25. *annorum*, vel ſufficeret 14. Receptior prima ſententia erat. Verum dubitationem omnem ſua Concilium lege ſuſtulit.

Concilium dixit: *cum dignitates in eccleſiis præſertim cathedralibus ad conſervandam, augendamque eccleſiaſticam diſciplinam fuerint inſtitutæ, ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent &c. nemo igitur deinceps ad dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt promoveatur, niſi qui ſaltem* 25. *ſuæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine verſatus doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, & morum integritate comendetur &c. ad cæteras autem dignitates, & perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, clerici alioquin idonei, & triginti duobus annis non minores adſciſcantur ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.*

Sed, uti ſunt hominum ingenia, ut nulla clara lex ſit, quæ ab diſputationibus, ſive ex opinandi libidine, ſive ex neceſſitate cauſarum propoſitis, obumbrari non poſſit, non modica inde diſceptatio exarſit, an Concilium *collegiatarum* dignitates comprehenderit, propterea, quod de *cathedralibus* videretur tantum ſermonem habuiſſe.

Verum enim vero Concilium dignitates *collegiatarum* non excluſerat, imo dixerat: *in eccleſiis, præſertim cathedralibus*. Dixit *præſertim*. Dixit deinde *ad dignitates quaſcumque, & ad cæteras autem dignitates*. Hæc generalia verba ad ſolas cathedrales coercenda non erant.

Præterea ſi de *cathedralibus* tantum intellexiſſet, de iiſdem *cathedralibus* ſuſtuliſſet quæſtionem, in quibus major ætas ex jam receptiori ſententia requirebatur, non vero de colle-

collegiatis, de quibus non loquens, veterem sententiam integram reliquisset, quæ *ætatem 25. annorum* etiam in dignitatibus *collegiatarum* requirebat.

Attamen omnis in posterum dubitandi occasio ex Sacræ Congregationis providentia sublata est.

Sacra Congregatio, sola ad interpretandum Concilium nata, atque ad dissipandas errorum, & altercationum nebulas suo veteri instituto, ac retento constanter more, egregie facta, compositaque, discrepantiam omnium opinionum, ac disputationem universam suo intuitu, manuque eliminavit, fugavitque. Die 4. *Septembris* 1591. edixit: *ad obtinendam in cathedrali, vel collegiata dignitatem non curatam requiri ætatem 22. annorum completam lib. 7. decr. fol. 20. ter.*

In una *Brundusina* 13. *Januarii* 1594. respondit: *decretum Conc. Tridentini cap. 12. sess. 24. §. ad cæteras autem dignitates comprehendere etiam dignitates in collegiatis lib. 8. decr. fol. 6.*

In una *Nullius* 15. *Marti* 1601. rescripsit: *ad obtinendam dignitatem scholasticæ in ecclesia etiam collegiata requiri ætatem annorum 22. ex decreto Concilii cap. 12. vers. ad cæteras sess. 24. lib. 9. decr. fol. 134. ter.*

In una *Senen.* 29. *Novembris* 1659. *Laurentius Doccius vir genere, & pietate nobilis archipresbyteratum secundam dignitatem in collegiata ecclesia S. Mariæ, ut dicunt di Provenzano, fundavit, ac proprio ære dotavit. Supplex modo petit per hanc Sac. Congregationem declarari an ipse ad prædictam Archipresbyteratus dignitatem possit clericum nepotem suum, qui annum 14. attingit præsentare*, censuit *non posse, & Oratorem dignum esse, ut illi utpote fundatori per Datariam ex Apostolica benignitate indulgeatur.*

Hanc Sacræ Congregationis sententiam secuta est *Rota*, uti debebat, ac latissime adornavit in *Burgen. Thesaurariæ 3. Julii* 1739. *coram Peralta.*

Ad *lauream* vero quod attinet, in una *Polinianen. Decembris* 1602. declaravit, *ad obtinendum archidiaconatum, qui vere careat omni cura, & omni prorsus jurisdictione non necessario requiri, quod quis sit magister in theologia, seu doctor, aut licentiatus in jure canonico lib. 10. decr. fol. 53. ter.*

In una *Aquipendii canonicatus* 20. *Junii* 1671. *Carolus Antonius Scalzi archidiaconus cathedralis Aquipendii cura animarum, & jurisdictione carens supplicat declarari, an ipse teneatur esse doctor, vel licentiatus in jure canonico*, respondit *negative lib. 27. decr. fol. 127. ter.*

De necessitate *sacerdotii* autem, sive *aliorum ordinum* apertissima sanctio Concilii est: *quicumque in cathedrali, vel collegiata, sæculari vel regulari ecclesia divinis mancipatus officiis, in subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit, vocem in hujusmodi ecclesiis in capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab aliis libere fuerit concessum, ii vero, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis ecclesiis obti-*

obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alii missas, alii evangelium, alii epistolas dicant, seu cantent; quocumque ii privilegio, exemptione, prerogativa, generis nobilitate, sint insigniti, teneantur, justo impedimento cessante, infra annum ordines suscipere requisitos: alioquin pœnas incurrant, juxta constitutionem Concilii Viennensis, quæ incipit, ut ii, qui, quam præsenti decreto innovat; cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos ordines per se ipsos exercere, ac cetera omnia officia, quæ debent, in cultu Divino præstare, sub eisdem, & aliis etiam gravioribus pœnis arbitrio eorum imponendis sess. 22. cap. 4. de reform.. Videndum est *folium* in *Leodien. Beneficiorum* 1. *Februarii hujus anni*.

Cum itaque hæc omnia de jure obtineant, ponderandum quid inspecta litera testamenti dicendum sit. Liberum etenim erat testatori legem suam dicere peculiarem de iis conditionibus, quæ non solum non contrariæ juri, sed juri consentaneæ fortasse videri poterant.

Ponderandum an conditio de *laurea*, quæ apposita est in eligendis a *communitate*, apposita dici debeat etiam in nominatis a tribus familiis, de quibus antea nihil dixerat.

Ponderandum an idem dicendum sit de qualitate *sacerdotii*. Maxime quod non ita certum fortasse est, quod requiratur omnino in iis, qui ab ipsa *communitate* nominandi erunt. Vid. *Rot. in Majoricen. Collegiatæ* 26. *Aprilis* 1743. *§.6. coram Thunn, in Imolen. beneficii super institutione* 13. *Januarii* 1744. *§.5. coram Eminentissimo Molino*. Præsertim ubi onus celebrandi per *se ipsum* injunctum non est. Vid. *Rot. coram Merlino decis.* 825. *num.* 5. *coram Bich. decis.* 13. *num.* 11., *& coram Molines decis.* 1311. *num.* 22. Quæritur

I. *An Clericus Thomas Brigantes ætatis ann.* 14. *capax sit assequendi Præposituram secundam dignitatem Ecclesiæ collegiatæ S. Justinæ Oppidi Mondulphi in casu &c.*

II. *An nominati ad dignitates Præposituræ, & Archidiaconatus a tribus familiis Mei Balducci, Giraldi, & Archangeli teneantur suscipere doctoratum, & sacerdotium in casu &c.*

Die

Die Sabbati 30. Auguſti 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

RElique, ab ante acta *die 9. hujus menſis* Congregatione, tres tantum ſunt cauſæ.

Seſs. 22. cap. 6. de Reformat.

MACERATEN.

I. *An canonicus Joſeph Sbrilla teneatur ad onus audiendi confeſſiones in eccleſia collegiata S. Blaſii Montis Milonis, in caſu &c.* & quatenus affirmative,

II. *An hujuſmodi onus adimpleri poſſit per alium, in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative.

Seſs. 24. cap. 7. de Reform.

VASIONEN. PROCURATIONIS.

An Communitas loci S. Ceciliæ teneatur ad contributionem expenſarum viſitationis Epiſcopi, in caſu &c.

Negative.

Seſs. 24. cap. 11. de Reform.

SENOGALLIEN.

I. *An clericus Thomas Brigantes ætatis ann. 14. capax ſit aſſequendi præpoſituram ſecundam dignitatem eccleſiæ collegiatæ S. Juſtinæ oppidi Mandulphi, in caſu &c.*

II. *An nominati ad dignitates præpoſituræ, & archidiaconatus a tribus familiis Mei Balducci, Giraldi, & Archangeli teneantur ſuſcipere doctoratum, & ſacerdotium, in caſu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam.

VI-

VICEN. PAROCHIÆ DE LLUSSANO. *Joseph Auledas* vicarius perpetuus *parochialis S. Mariæ de Lluſſano Vicen. diœceſis*, etiam ſui populi nomine poſtulavit, ut alii ſibi adjutores darentur pro quatuor parochiæ eccleſiis *Sancti Chriſtophori de Borages*, *S. Eulaliæ Poygoriol*, *S. Clementis*, *& S. Petri de Grau* ſumptu *capituli Barcinonenſis*, cui totius territorii, ſeu parochiæ *habitualem* curam datam dicit ex unione antiqui *prioratus S. Mariæ*, quem a Clemente VIII. *capitulum* obtinuerat. *Seſſ. 7. cap. 7. de Reform.*

Propoſito itaque *die 23. Auguſti 1760.*, *an ſint deputandi ſacerdotes pro ſervitio parochiæ*, *& cujus expenſis*, reſcriptum eſt: *affirmative ad primam partem*, *in reliquis dilata*, *& coadjuventur probationes*, *juxta inſtructionem D. Secretarii*. Viden. *folia* ejus *diei*, & *diei 12. Januarii ejuſdem anni*, quæ facti ſpeciem proponunt.

Datæ ſunt Epiſcopo Vicenſi literæ, *quod coadjuventur probationes tam ſuper quantitate redituum certorum*, *& incertorum percipi ſolitorum a vicario perpetuo*, *mediante efformatione ſtatus eorundem*, *quam ſuper quantitate congruæ*, *ac ſtipendii*, *quæ regulariter in diœceſi ſolet conſtitui vicario curato*, *& coadjutorius*, *eaſque deinde ad Sac. Congregationem tranſmittat*, *una cum inſtrumento anni 1709.*, *nec non Bulla unionis prioratus s. m. Clemen. VIII.*, *nec non documento*, *a quo fiat ſolutio ſtipendii coadjutori pridem deputato*.

Obtemperavit Epiſcopus, qui, auditis quorum intererat, perfecit omnia, ac tranſmiſit. Dum autem de *ſecunda* dubii parte inquirendum eſſet, *capitulum* denuo audiri impetravit de *prima*. Hinc tota ex integro inſtauratur controverſia.

Vicarius de *prima parte* iterat, quæ antea dixerat. De aucto populo a 200. ad 700. homines, per territorium univerſum vage effuſos. Non mediocrem diſtantiam habitationum inter ſe; ſummam vero ab eccleſia parochiali ultra unius horæ iter. Vias aſperas, difficiles, abruptas, hieme horrentes nive, geluque. Se unicum eſſe. Ubique eodem tempore, ut ſæpiſſime neceſſarium eſt, adeſſe non poſſe, ubique providere, in diverſas partes uno tempore ſcindi.

Hinc tot damna, tot incommoda, & detrimenta illata populo. Sacra diebus etiam feſtis non audiri. Fidei rudimenta ignorari. Permultos ſine ſacramentis obiiſſe, & ſine culpa certe unius parochi, vel alterius ſocii, qui præſto eſſe in tot diverſis locis per campos, & prærupta ſemitarum nequibant. Duos idcirco ſibi dandos adjutores, unum pro eccleſiis *S. Petri*, *S. Clementis*, & *S. Quirici*, alterum vero pro eccleſiis *S. Eulaliæ*, & *S. Chriſtophori*.

De ea neceſſitate ſatis, ſuperque conſtare ex affirmatione Epiſcopi, ex judiciali teſtimonio plurium, imo ex ipſis contrariis teſtibus, qui neceſſitatem hanc ultro ſunt faſſi.

falli. De aperto deinde mendacio taxat teſtes alios *capituli* ipſius ſervitio addictos, qui contrarium aſſerere auſi ſunt.

Addit ambigi non poſſe de cura *habituali* penes *capitulum* ex unione *prioratus*. Extitiſſe antea apud *priores*, ut ex publicis inſtrumentis *annorum* 1434., & 1574. Reſervatam poſt unionem *capitulo præeminentiam* in omnibus parochialibus *functionibus*. Percipere *decimas*, ac *primitias*. *Capitulum* ipſum hanc habere curam iteratis vicibus profeſſum fuiſſe.

Se autem vix habere congruam. Ideo non ſolum deputandos adjutores duos, ſed eorum cuilibet dandas ſaltem *ann. lib.* 200.. Populum agreſtem eſſe, ac pauperrimum. *Capitulum* vero ex *decimis*, & *primitiis* ann. *lib.* 1200. colligere. De jure eſſe, ut qui *decimas* percipit, de ſuo presbyteros curæ alat *cap.*2. *ubi autem de decim in* 6., *Gratian. diſceptat. for. cap.*366. *num.*17., *& Rot. cor. Emerix jun. dec.*318. *num.*3.

Quidquid vero priores *vicarii* egerint non nocere ſibi, ex regula, quod eccleſiæ jura imminuere non poterant. Rurſus mutatum rerum ſtatum, qui proinde nova providentia indiget.

Contra reponit *capitulum*, ad hæc tempora *vicarios* uno preſbytero contentos fuiſſe, quem ſuo ſumptu retinuerunt; eadem conditione uti debere in poſterum. Multo a tempore auctum fuiſſe populum. Nihil acciditſe abſurdum. Eaſdem fuiſſe vias ſemper. Eundem locorum ſitum, ac faciem. Impugnat diſtantiam itineris. Impugnat aſperitatem. Nullam neceſſitatem cognoſcit.

De reliquo *vicarium* ſemper unum adjutorem poſtulaſſe pro eccleſiis *SS. Eulaliæ*, *& Chriſtophori*. De eo tantum locutum fuiſſe Epiſcopum. Componi rem facile poſſe, ſi *vicarius* curam ipſe gerat eccleſiæ *S. Mariæ*, apud quam reſidet, atque aliarum, quæ vicinæ ſunt; presbyterum vero quem modo retinet, ad alias mittat.

Inde infert, deficiente neceſſitate, novos presbyteros non adjungendos *Fagnan. in cap. ad audientiam num.*16., *Piton. diſcept. eccleſ.*74. *num.*6., *& S. Congregatio in Puteolana erectionis parochiæ* 18. *Junii* 1701 *lib.*51. *decret. pag.*340., *& in Sedunen.* 11. *Junii* 1718.

Ad hæc, nullam curam *habitualem* habere *capitulum*. Apparere id ex literis Clementis VIII. Siqua antea apud *priores* aderat, per tranſactionem *anni* 1574. in *vicarios* fuiſſe tranſlatam omnem. *Vicarios* per *concurſum*, ſive a *Dataria*, ſive ab Epiſcopis eligi; quod ex ſententia Rotæ repugnat cum cura *habituali*, quam alius habeat, ut in *Inolen. vicariæ ſuper petitorio* 4. *Julii* 1760. *§.*12. *coram Herreros*. *Vicarios* ipſos omnia ſine *capituli* ſcientia agere, emolumenta parochialia percipere integra; proptereaque ad illos omnem curam pertinere certiſſimi juris eſſe *Piton. diſceptat. eccleſ.*104. *num.*31.,

*num.*31., *Rot.coram Crispo dec.*213. *num.*6., *& coram Sanctissimo dec.*263. *num.*25.

Atque ad illos spectare onus alendi, si quem velint, adjutorem *Recluſ.de re paroch.part.*1. *tit.*4. *num.*120., *Rot. in Asculana contributionis congruæ* 28. *Aprilis* 1755. §. 2. *coram Eminentissimo Elephantutio*. Accedente præsertim speciali de hoc obligatione, quam decessores *vicarii* sibi sumpserunt tum in instrumento *anni* 1574., tum in alio 1709.

Decimas, quas *capitulum* percipit, *laicales* esse, ac diverso titulo, & ex *priorum* censu acquisitas; quemadmodum in eodem territorio aliæ similes *decimæ* sunt, quas *laici* obtinent. Multa deinde congerit de *vicarii* reditibus sufficientibus.

Episcopus pluries retulit. In secunda autem relatione dicit: *cum quotidie meas ad aures tam occasione visitationum mei in pastoralis muneris implementum factarum, quam extra, clamores pervenerint parochianorum, unquam convenienus decernere volui attenta nimia eorundem paupertate, & tenuitate redituum curati ecclesiæ matricis, cum integre decimas, & primitias totius territorii vigore concessionis Apostolicæ a san. recordat. Clemente VIII. indultæ capitulum Barcinonen. percipiat, ascendentes annuatim ad summam* 1200. *lib. hujus provincialis monetæ, ut justificatum reperitur præcitata in informatione.*

Attentis territorii asperitate, & distantia ipsas inter suffraganeas humilibus in precibus oratorum plusquam veridice expositis, perneceſſe est de remedio providere, ne quotidie miserrimi parochiani oratores tam gravia spiritualia nocumenta ipsis in precibus exposita patiantur. Desiderio fragrans his nocumentis occurrere ipsius matricis actualis curatus, causam intentavit præfatum contra capitulum Barcinonen., utpote toto territorio primitias recipiens, cui ob dicti capituli potentiam post longum ex propriis dispendium resistere non valuit. Omnibus bene perpensis, & attento justo oratorum clamore, dicere non dubito preces luce clariores veritate niti, & eorundem in solatium enixe supplicare, ut benigne dignentur providere sacerdotem curatum, qui in præfatis suffraganeis Sancti Christophori, & Sanctæ Eulaliæ continuo resideat, eidem competentem congruam ex primitiis, quas capitulum Barcinonen. percipit assignanda, ut via tam justa dissidiis, & continuis litibus finis imponatur, ne infelicissimi oratores, qui pro capitulo laborant, spirituali succursu careant.

Concilium sanxit: *beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, seu aliis ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum singulis visitentur, qui sollicite providere procurent, ut per idoneos vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimen aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorum portione etiam*

super certa re assignanda ad id deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur, sess. 7. cap. 7. de reformat.

Hinc regula prodiit, habentem curam *habitualem* animarum teneri ad congruam *vicariis* præstandam *Recluf. de re paroch. part. 1. tit. 4. num. 120.*, *Rot. coram Falconer. dec. 34. num. 12. in miscellan.*, *Colonien. congruæ* 12. *Januarii* 1748. *§. 3. coram Eminentissimo Migazzi*, *& Asculana contributionis congruæ* 28. *Aprilis* 1755. §. 2. *coram Eminentiss. Elephantutio*.

Videndum de necessitate deputandi adjutorem, & vel unum, vel duos. De reditibus *vicarii* an satis sint ad eos sustentandos. Videndum de cura *habituali*, an sit penes *capitulum Barcinonense*, ita ut ad præstandam congruam teneatur, vel saltem ea ex *primitiis*, & *decimis* sit tribuenda. Advertendum itidem, cujus naturæ hæ *decimæ*, & *primitiæ* sint, & quo titulo eas habuerint *priores*, retineatque nunc *capitulum*.

Ponderandum an pacta quæcumque, & conventiones inter *vicarios*, & *priores*, possint nocere populo, si *adjutores* necessario deputandi sint, & *vicarius* congruam vix habeat ad se sustentandum; populus etenim indiget cura. An populus ad bona, quæ parochiæ erant, suum nativum jus retineat adhuc, ut ex iis suæ saluti, dum opus nunc est, provideatur, in cujuscumque manus pervenerint.

An Pontifex per unionem factam capitulo hanc bonorum primam naturam adeo immutaverit, ut hanc obligationem ipsis insitam deleverit.

Notandum in literis Clementis VIII. haberi clausulam *sicut accepimus*.

Ad rem faciunt resolutiones Sac. Congregationis in *Neocastren. parochialis* 23. *Junii* 1725., *Aliphana curæ* 12. *Januarii* 1726., *Lunen. Sarzanen.* 14. *Aprilis* 1764., *& in Derthonen. dismembrationis* 2. *Junii ejusdem anni*.

Dubitatur

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis, ita ut sit locus deputationi vicarii coadjutoris pro ecclesia S. Mariæ, & alterius pro ecclesiis S. Eulaliæ, & S. Christophori*, & quatenus affirmative

II. *An, & a quo, & in qua summa sit dictis vicariis præstanda congrua, in casu &c.*

Ad I. In decisis, & amplius. Ad II. Dilata, & dentur novæ literæ juxta instructionem.

UR-

URBINAT. PAROCHIALIS. *Carolus Antonius Caliſtri e Firminiano Urbinat. diœceſis* conqueritur de electo ad eccleſiam *S. Venerandæ* parochialem patriæ *Antonio Maria Mauro Feretrano*. Dicit male examinatores retuliſſe, irrationabile judicium fuiſſe Archiepiſcopi. *Seſs. 24. cap. 18. de Reform.*

De doctrina, ait, haberi inter monumenta cauſæ ſuas reſponſiones, ſuam conciunculam, ac judicium de his duorum inſignium *theologorum* Urbis. Haberi omnia, quæ ſcripſit *Maurus*, ut videri poſſit ſe injuſte rejectum. *Examinatores* de doctrina tantum retuliſſe; non potuiſſe igitur contra veritatem apertam præferre alium.

Sua merita, & qualitates exponit, ſua ſtudia de *philoſophia*, de *utroque jure*, de *morali*, de *hiſtoria* ſacra. Se eſſe oppidanum. Habere teſtimonium pro ſe, ac deſiderium totius populi. Extenuat merita, & qualitates *Mauri*, qui nihilo melior ſit, imo multo inferior, ac non ſolum non præferendus, ſed ſine ullo dubio poſthaberi debuiſſet.

Eadem prorſus de ſe, & contra *Caliſtrum* prædicat *Maurus*. Ipſam ſcripturam utriuſque appellat. Simile pro ſe judicium *theologorum* affert. De reliquo ſe majorem ætate. Se multo a tempore in *ſacramentalibus confeſſionibus* audiendis exercitum. Ad multas alias parochias approbatum antea. Tunc cathedralis Urbinatis vicarium curatum jam a biennio egiſſe.

Archiepiſcopus *Guglielmius*, antequam de controverſia referret, defunctus eſt. Novus autem interrogatus, reſpondit *die 17. hujus menſis: notum eſt non adhuc quatuor effluxiſſe menſes, ex quo ad eccleſiæ regimen ſum evectus; quid igitur in præhabito concurſu perſpectum, actumque ſit, penitus ignoro. Carolum Caliſtri tribus abhinc menſibus Romæ commorantem haud vidi unquam. Antonium vero Mauri de facie novi. Nihil igitur de eorum moribus, doctrina, dexteritate, prudentia edoctus referre poſſum.*

De cætero ſummum cauſæ momentum ex *facto* ipſo pendet, quod ante oculos ex ambarum partium *ſcriptis*, ex *actis* concurſus, & *monumentis* habetur.

Notiſſima de ejuſmodi rebus jura ſunt. Concilium ſtatuit: *peracto examine renuncientur quotquot ab his* (examinatoribus) *idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem eccleſiam gubernandam opportunis; ex biſque Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit; atque illi, & non alteri collatio eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre ſeſſ. 24. cap. 18. de reform.*

Rota ait: *fundamentum reſolutioni præbuit ineluctabilis, & undique firma propoſitio, quod ad hoc, ut judicium Epiſcopi præeligentis magis unum, quam alterum, in hujuſmodi concurſibus poſſit objurgari, & reſcindi tamquam irrationabile, expoſtulatur tanta meritorum, & prærogativarum inæqualitas, ut pariat manifeſtum, & inexcuſabilem exceſſum; ita ut ſi non dolo po-*

...vo, immodicæ ſaltem, & non tolerabili affectioni imputandæ veniat eadem præelectio; quemadmodum de mente ipſius ſacro-ſancti Concilii Tridentini, nec non Pianæ conſtitutionis citræ contradictorem ſtabiliunt Fagnan., aliique &c. coram Anſald. deciſ. 429. num. 19.

San. mem. Benedictus XIV. rem ipſam univerſam diſpoſuit, ordinavitque *in conſtit. cum illud* 14. *Decembris* 1742.

Sæpiſſime de hiſce quæſtionibus in Sac. Congregatione diſputatum eſt. Inter alias, quæ plurimæ ſunt, videri poſſunt *noviſſimæ reſolutiones* in *Portuen. parochialis* 30. *Julii*, & *in Firmana parochialis* 21. *Auguſti* 1736., in *Aquinaten. parochialis* 2. *Martii*, & in *Aſculana parochialis* 2. *Martii anni elapſi*. Inquiritur

I. *An conſtet de mala relatione examinatorum*, & quatenus affirmative,

II. *An conſtet de irrationabili judicio Archiepiſcopi, ita ut parochialis eccleſia S. Venerandæ Caſtri Firminiani adjudicanda ſit Carolo Antonio Caliſtri.*

Non propoſita, cum ſequentibus.

Seſs. 22. cap. 4. de Reform.

LUNEN. SARZANEN. DISMEMBRATIONIS. *Gragna*, & *Pontecium* inter ſe vicina, a parochia autem *Sancti Andreæ Magliani Lunen. Sarzanen. diœceſis*, ad quam pertinent, diſtantia per duo millia paſſuum, petunt ſibi proprium parochum dari.

Quæ cauſæ afferri ſolent in ejuſmodi rebus, atque ad impetrandum valere poſſunt, eas omnes concurrere ajunt. De diſtantia illa non dubitari. Iter torrente intercipi, ſæpe aquis adeo obrutum undique, ut nullo vado tranſitum aperiat; ac non modo difficillimum, ſed haud poſſibile interdum ſit, ut oppidani pro ſacris audiendis, etiam diebus feſtis, & percipiendis ſacramentis accedant; quemadmodum, ut parochus pro neceſſitate vocatus veniat. Loca omnia impervia, inacceſſa, fere perpetua glacie cooperta. Hinc oriri, quæ neceſſario conſecutura ſunt mala, pueros ſine doctrina religionis, populum ſine paſtoris voce, ægros ſine ullo ad bene moriendum auxilio, & frequentiſſime ſine ſacramentis defungi.

His miſeriis remedium quærere, atque Eccleſiæ conſuetam providentiam, quæ tum ex canonum receptis legibus, tum ex Concilii Tridentini ſanctione, tum ex theologorum, & canoniſtarum concordiſſima opinione, tum ex S. Congregationis perpetua ſententia, data eſt ſemper, concedendo ſcilicet diviſionem, cum novo vero *parocho*.

Ne-

Neque attendendam oppositionem *parochi S. Andreæ*, qui prius necessitatem agnovit, & divisionem laudavit, comprobavitque. Recusavit postea, ac solum *vicarium* esse dandum dixit, ex vili aviditate non amittendi *decimas personales*. Causas veræ divisionis certas se se habere. Nihil *Gragnam*, & *Pontecium* pertinere ad *Maglianum*. Sua habere distincta territoria, suum magistratum, suas ecclesias, sua sodalitia, & pro suis tantum oppidanis.

De congrua autem se assignare bona pertinentia ad sodalitium *Sanctissimi Rosarii*, quod in ecclesia constitutum est *Gragnæ*, ubi novus *parochus* esse debeat. Item bona hæreditaria *Dominici Boni*, quæ ad sodalitium *Pontecii* spectant, impletis tamen omnibus aliis oneribus, ac *decimat sacramentales*, quæ *parocho* pendi debent. Demum si quid deerit ad congruam, de suo in futurum se se constituturos nunc, ac præbituros semper recipiunt.

Parochus nihil dedit adhuc, licet expectatus. Episcopus petitionem summopere adjuvat; *comperi dicta loca Pontecii, & Gragnæ plusquam duobus milliariis difficilis, diruta, & montuosæ viæ, a memorata ecclesia parochiali disita esse, torrentemque intermedium hiemali præcipuo tempore non raro ita aquis affluere, ut quandoque nullo modo, interdum nonnisi difficile, ac periculose vadari possit. His autem de causis, non solum ad missam parochialem, rudimentorumque fidei explicationem accessum incolis dictorum locorum sæpe sæpius impediri, sed & multoties accidisse, ut absque sacramentis plerique e vita migraverint, tum ex informationibus captis, tum ex fide dignis attestationibus exhibitis mihi constat*.

Deinde de bonis assignandis ad congruam loquitur, concluditque: *quoad meum sensum attinet humillimis oratorum precibus indulgendum existimo*. Videnda ejus *relatio* est.

Non abs re erit habere ante oculos testamentum *Dominici Boni*, cujus hæreditatis fructus novo *parocho* assignandi essent: *item per ragione di pio legato, e per rimedio dell'anima mia lascio, e voglio, che dopo la morte della sudetta Antonia mia moglie, sia dagl'infrascritti miei esecutori testamentarj ogni anno, & in perpetuum fatta cantare la sudetta messa il giorno di S. Bernardino, e fatte pure celebrare otto messe dagli otto sacerdoti intervenuti alla messa cantata; ed a tale legato obbligo, ed ipoteco specialmente, ed espressamente il mio prato posto nel territorio di Pontecio detto il prato della casa confinante &c.*

In tutti gli altri miei beni, ragioni, azioni ovunque posti, e situati, a me spettanti, e pertinenti istituisco, dichiaro, e di mia propria bocca nomino mia erede universale l'anima mia, e delle sante anime del purgatorio &c. in ogni &c.

Esecutrice di questa ultima volontà lascio, e prego a voler'essere la compagnia del Santissimo Sagramento di Pontecio, ed i di lei officiali, & agenti pro tempore, alla quale per i di lei incommodi lascio, e lego scudi dieci annui.

De

De *parochiarum divisione*, vel de *vicariis*, seu *capellanis* dandis satis, superque perspectæ sunt leges. Quid Alexander III. statuerit, quid Concilium dixerit, quid Sac. Congregatio secundum varias rerum circumstantias censuerit, quid conducat ad salutem populi præ mercenario habere pastorem, latissime pertractatum est alibi. Præter alia videndi sunt *folia* in *Lunen., seu Sarzanen.* 14. *Aprilis* 1764., in *Derthonen. dismembrationis* 2. *Jun. ejusdem anni*, in *Novarien. dismembrationis* 23. *Novembris*, & *Derthonen.* 14. *Decembris elapsi anni*, & *Pisauren.* 13. *præteriti mensis Aprilis*.

Petitur

I. *An sit locus erectioni novæ parochiæ in oratorio Gragnæ, & respective dismembrationi ab ecclesia parochiali Magliani, seu potius deputationi capellani curati*, & quatenus affirmative,

II. *An pro congrua assignanda sint bona stabilia dicti oratorii, bona relicta a Dominico Boni, & decimæ personales incolarum Gragnæ, & Pontecii, cum obligatione, quatenus non sufficiant, supplendi illam per oratores in quantitate ab Episcopo designanda, in casu &c.*

Sess. 25. cap. 4. de Reform.

PERUSINA SUBSIDIORUM DOTALIUM. *Petrus Jacobus Rodulphus* Perusinus *anno* 1694., post usufructum uxoris, ad fideicommissum vocavit primogenitos masculos ex *Camilla* sorore nupta *Petro Rastellio* pariter Perusino, *e in caso, che mancasse la successione, e discendenza mascolina, succedino in tal caso anche le femine, servata però sempre la medesima maggioranza, ed ordine successivo*.

Inter plura legata dixit: *che i miei eredi testamentarj sostituiti diano ogni anno per amor di Dio una dote di scudi* 30. *ad una zitella di Perugia di buona vita, opinione, e fama, e di onesti natali; quale zitella dovrà essere nominata da Monsignor Illustrissimo Vescovo, e signor Priore dell'ospedale, e Priore della compagnia di S. Martino, e del collegio de' Dottori leggisti, e della confraternita di S. Francesco, che saranno pro tempore, alla nominata da essi debba darsi detta dote*.

Vincentius Rastellius Camillæ filius Romam venit, ac duos filios habuit, *Josephum, & Annam*. *Joseph anno* 1744. supplicavit, ut subsidium dotale, facto cumulo, daretur pro dote *Annæ* sororis, aliarumque fœminarum, quæ a suis descendentibus venirent. Post plura, *anno* 1756. novis precibus petiit tantum, ut ab *anno* 1752. subsidia cumularentur pro sorore *Anna*. Quamobrem proposito *die* 4. *Martii* 1758. *an, & ad quot annos applicanda, sive assignanda sit sorori Josephi gravati dos, de qua agitur*, responsum est: *affirmative ad decennium incipien. ab anno* 1752. *inclusive, & amplius*. Videndum *ejus diei folium*, in quo de facti specie disseritur.

Nunc

Nunc *Margarita Sanzina, Franciſci*, & *Annæ Raſtellinæ* filia, pro ſua dote petit alios ſubſidii ejuſdem annos decem. Ait, ſe ex ſanguine teſtatori conjunctam, & pauperem, tum ex veriſimili illius voluntate, tum ex veteri Sac. Congregationis æquitate, ac recepto uſu, quibuſcumque incertis puellis præferendam, & quidem pro dote congrua, ex iis ſubſidiis multiplicanda *Rot. coram Duran. dec.* 98. *num.* 4., *& Reatina applicationis dotium ſuper negotio principali* 13. *Junii* 1735. §. *Maxime coram Sanctiſſimo, & S. Congreg.* in *Montis Caſini ſubſidiorum dotalium* 9. *Septemb.* 1730., *& Piſana ſubſidiorum dotalium* 14. *Decembris* 1748.

Recentiſſimum eſſe exemplum ejuſdem conceſſionis pro matre. Eaſdem concurrere nunc concedendi rationes. Spretas tunc fuiſſe contradictiones executorum teſtamenti. Eaſdem nunc ex ipſiſſimis rationibus contemnendas *Rot. Romana dotium* 24. *Septembris* 1718., *& Camerinen. ſubſidiorum dotalium* 8. *Auguſti* 1733.

Quod autem vocatæ fuerint puellæ de *Peruſia* nihil officere. In iis diſpoſitionibus, quæ *ad favorem* ſunt, ſive ſubſidia dotalia, ſive legata ſtudiorum, ſive beneficia eccleſiaſtica, ſive alia ejuſmodi, ſub appellatione *civis oriundi*, ſeu *originarii* venire etiam, qui aut patre, aut matre, aut etiam avis, & proavis ab eo loco habent originem, *Mend. de jur. accad. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 187., *Rota Tarraconen. Beneficii* 16. *Aprilis* 1742. §. *pariter coram Canilliac.*

Semperque verum eſſe jus puellarum de *Peruſia*, uti incertum, ac nulli adhuc quæſitum, deſpiciendum eſſe, e conſpectu inopis conſanguineæ, quæ ex majorum ſubſtantia ſuis deſperatis rebus auxilium petat *Rot. Peruſina ſubſidii dotalis* 2. *Maji* 1704. §. *in ſuam coram Scotto*. De paupertate paternæ familiæ dubitari non poſſe. Hanc ſibi eſſe ſpem unicam ex hoc ſubſidio.

Executores, licet moniti, nihil adhuc dederunt. Epiſcopus autem eorumdem rationes, ac querimonias proponit: *ajebant enim executores præfati aſſertam paupertatem Franciſci Soncini patris Margaritæ oratricis, concludenter, at par eſſet, non juſtificari ex documentis mihi exhibitis, & quatenus etiam eſſet plene probata, arbitrabantur in pari paupertatis gradu Peruſinarum puellarum conditionem potiorem eſſe debere, cum iſtæ devitando damno cauſam agant, dum oratrix lucrum ſibi captare prætendit. Eo, vel maxime quia, cum hæc domicilium habeat in Urbe, facilius de hujuſmodi ſubſidiis, quibus alma Urbs abundat, remanere valeat proviſa, quam Peruſinæ puellæ, quorum civitas hujuſmodi ſubſidiis dotalibus fere prorſus deſtituta reperitur. Perpendendum præterea, quod ſi ſub obtutu deſcendentiæ a teſtatore eadem gratia, quam alias oratricis mater obtinuit, ipſi etiam concedenda eſſet, iiſdem ſemper in aliis deſcendentibus concurrentibus ſanguinis meritis, legatum dotis favore Peruſi-*

narum puellarum relictum contra testatoris mentem frustraneus prorsus evaderet, qui nulla habuit in hoc ratione carnis, & sanguinis, illis solummodo voluit esse consultum, ut talibus adjutæ adminiculis vitæ, & morum honestatem, quam pius testator pro consequenda dote requirit, puellæ Perusinæ sartam, tectamque servarent. Eo vel maxime, quod si tempora fuerunt unquam, in quibus necesse sit præmiorum spe puellas in honestate continere, hæc sunt profecto, in quibus rei familiaris angustiæ ex immoderato luxu promanantes, adeo undique excrevere, ut sæpe sæpius miseriarum causa plurimæ pudicitiam amittant. Ac demum addebant executores prædicti, quod si annuum subsidium dotale, de quo agitur, ex providentia pii testatoris debetur ad una zitella di Perugia, & oratrix uti domicilium habens in Urbe, hujusmodi non pollet requisito, concludere necesse est, attento maximo præjudicio tertii, & eorundem executorum, qui facultate sibi a testatore attributa, nominandi scilicet ad eandem dotem pro sui ipsorum arbitratu puellas sibi benevisas privi remanerent, concludere necesse est oratricis instantiam esse rejiciendam.

Iis tamen non obstantibus, ex æquitate, & verisimili testatoris mente, favore *Margaritæ* suam sententiam aperit. Videnda ejus *relatio* est.

Testator de puellis sibi conjunctis expresse non cogitavit. Videndum quid faciat ad rem distinctio de consanguineis expresse vocatis, seu ex justitia venientibus, quo casu *consanguinitas* desinit in *decimo* gradu juxta regulas juris civilis §. *fin. instit. de succes.*, *Tiraquell. de retract. lign. g.* 1. *gloss.* 9. *n.* 18., *Mantic. de conj. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 46., *Marin. resolut.* 131. *n.* 9. *lib.* 1., *Rot. Forolivien. loci consilii* 5. *Maji* 1704. *cor. Molin.*, & *coram Falconer. dec.* 10. *num.* 6. *tit.* 40., nisi aliter conjecturæ suadeant, ac verba testatoris perpetuo agnationem, seu familiam respiciant *Cephal. consil.* 137 *inum.* 38., *Peregrin. de fideicomm. artic.* 30. *num.* 4., *Fusar. de substit. quæst.* 381. *n.* 7., & *Sac. Congregatio* in *Firmana subsidiorum dotalium* 9. *Septembris* 1736. nec ad certos gradus ea verba restricta sunt *Anastaz. de cauf. piis lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 49., *S. Congregatio* in *Comen.* 27. *Februar.* 1706. *lib.* 36. *decret. fol.* 57.

Ac de casu, in quo desit præcipua, & expressa consanguineorum vocatio, ac sola naturalis caritas consideretur, quæ tunc excedere non dicitur *quartum* gradum ipso jure civili computandum *Rot. dec.* 898. *num.* 3. *coram Emer. jun.*, *Romana, seu Januen. legati* 5. *Maji* 1698. § *similiter cor. Tremoille*, & *Sac. Congregatio in Romana subsidiorum dotalium* 12. *Decembris* 1761. Viden. *fol.* in *Ferrarien. subsidiorum dotalium* 14. *Decembris anni elapsi*.

Anna *Margaritæ* mater ex familia *Rastellia* erat, cujus adhuc frater superstes est. Videndum quo gradu secundum jus civile *Margarita* filia testatorem *Petrum Jacobum* attingat.

Testator dixit *una zitella di Perugia*. Ponderandum, an hæc

quæ

qualitas habeatur ex patre, avo, vel proavo. Vid. *Rot. deciſ. 66. num. 20. part. 16.*, *Imolen. conſortii* 21. *Januarii* 1709. *§. nec applicatur coram Aldrovando*, *Civitatis Caſtellanæ electionis* 20. *Junii §. comprobato coram Corio*. Et præcipue, an ex aſcendentibus maternis haberi poſſit.

Ponderandum an etiam ii, qui diſcriminant appellationem, puta, de *Peruſia*, & *Peruſinum*, juxta *Bartoli* ipſiſſimis verbis exemplum, certum tamen eſſe dicant, quod prima appellatio de *Peruſia*, omnino concludat nativitatem in loco. Viden. *fol.* in *Viterbien. ſubſidii dotalis* 21. *Junii* proxime elapſi.

Ponderandum, an ex benignitate, & ex ipſius teſtatoris mente, ejus voluntas favore *Margaritæ* interpretanda ſit, vel ſaltem legitima commutandi cauſa afferatur, ut non ſolum concedatur prælatio, ſed etiam ſubſidiorum cumulus ad dotem congruam. Ejus rei in eadem *Ferrarien.* latiſſimus ſermo eſt.

In una *Romana diei* 21. *Maji* 1757., in qua teſtator ſubſidia puellis Romanis, ex certa tamen Urbis regione reliquerat, propoſito *an, & in qua ſumma ſint aſſignandæ dotes pro filiabus oratoris in caſu &c.*, reſcriptum eſt: *aſſignandas eſſe dotes in ſcut. mille pro qualibet*. Videndum, num eædem circumſtantiæ ſint, ac ſimile exemplum dici poſſit.

In una *Narnien. ſubſidiorum dotalium*, in qua *Paulus Mangonius Narnienſis* vocaverat *puellas originarias, ſeu nativas dictæ civitatis*, dum agebatur de filiabus *Angelæ Mangoniæ* teſtatoris filiæ, quarum duæ natæ erant *Narniæ*, alia Romæ, petentibus dotem congruam ex ſubſtantia *Pauli* avi materni, propoſito *an, & in qua ſumma debeantur ſubſidia dotalia ex reditibus Pauli Mangoni*, reſcriptum eſt *die* 11. *Septemb.* 1762. *affirmative in ſcut.* 300. *pro qualibet et ex reditibus Pauli Mangoni*.

Quæritur

An, & ad quot annos aſſignanda ſit Margaritæ Roncinæ filiæ Annæ Raſtelliæ dos, de qua agitur, in caſu &c.

ANDRIEN. *Die* 10. *Februarii* 1759. plura quæſtionum capita inter *cathedralem*, & eccleſiam *S. Nicolai* civitatis *Andriæ* propoſita ſunt. *I. an eccleſia cathedralis civitatis Andriæ ſit unica parochialis totius civitatis, ejuſque territorii, ita ut eccleſia S. Nicolai ſit mera coadjutrix in adminiſtratione tantum Sacramentorum in caſu, & quatenus affirmative II. an poſſit dicta eccleſia cathedralis totam exercere curam, etiam* quæ-

Seſs. 24. cap. 3. de Reform.

quoad totolem Sacramentorum adminiſtrationem ex ſe , & in caſu , & quatenus negative ad utrumque III. an ſit locus diviſioni parochiarum in caſu , & quatenus affirmative IV. an, & quomodo ſit facienda diviſio , & an eccleſiæ cathedrali preſervanda ſint illa omnia jura parochialia , quæ prætendit privative exercuiſſe , & exercere in tota civitate .

Reſponſum eſt *ad I. affirmative , ad II. negative , ad III. eſſe locum diviſioni quoad exercitium curæ animarum tantum , ad IV. diviſionem faciendam eſſe ab Epiſcopo , & approbandam a Sacra Congregatione.* Viden *folium diei 20. Januarii ejuſdem anni* ,

Diviſionem fecit *Epiſcopus* , uti imperatum erat , quam tamen *capitulum cathedralis* impugnavit . Interim autem in ſcenam venit *Epiſcopus* idem , contendens totius civitatis , & territorii ſe *parochum* eſſe . Quapropter cum *die 11. Septembris 1762.* proponeretur : *an ſit approbanda diviſio in caſu* , reſcriptum eſt : *dilata , & ſubſcribatur dubium ab Epiſcopo porrectum , & omnia ſimul proponantur* , ut ex *folio ejuſdem dici* ,

Die itaque 23. *Aprilis 1763.* de duobus quæſitum eſt *I. an eccleſiæ cathedralis , unicæ in civitate , & territorio Andriæ parochialis , parochus ſit Epiſcopus* , & ad *quos effectus , ſeu potius capitulum ejuſdem cathedralis II. an ſit approbanda diviſio* , exiitque reſponſum *ad I. affirmative ad primam partem quoad omnes effectus . Ad II. dilata , & diviſionem eſſe faciendam ab Emo Præfecto* ,

Nulla poſtmodum de hac diviſione verba facta ſunt , Verum controverſia non quievit inter *Epiſcopum* , & *capitulum* , quod meliorem deinde ſortem expertum eſt . Nam *die 26. Novembris ejuſdem anni* obtinuit , ut reſponderetur , *prævio receſſu a deciſis , curam animarum habitualem eſſe penes capitulum* . Atqui iterum , poſt datam dilationem , quam *die 18. Februarii 1764.* petebat Epiſcopus , propoſito *die 12. Maii 1764.* , *an ſit ſtandum in primo , vel ſecundo loco deciſis* reſcriptum eſt : *in ſecundo loco deciſis , & amplius* . Qui de his plura cupiat , videat illorum dierum *folia* ,

Ad diviſionem autem , quod nunc attinet , Emus Præfectus die 14. Januarii *1765.* decrevit : *in executionem reſcripti Sac. Congregationis Concilii ſub die 23. Aprilis 1763. declaramus , quod diviſio populi Andrien. fiat per confinia , & non per familias ; ita ut duæ ex tribus partibus populi ſpectare debeant ad cathedralem uti uniçam parochialem , alia tertia pars ad eccleſiam coadjutricem S. Nicolai , ad formam reſolutionis Sac. Congregationis Concilii die 10. Februarii 1759. ; ad quem effectum exhibendi diviſionem ut ſupra , & non aliter , delegamus Metropolitanum Tranen. cum omnibus facultatibus ejuſdem Sac. Congregationis .*

Metropolitanus Tranenſis Andriam ivit . Ibi auditis , quorum intererat , ac cognito , perſpectoque incolarum numero ,

ſta-

ſtatuit *die* 26. *Auguſti ejuſdem anni* 1765. diviſionem eſſe faciendam *ex numero animarum* 9512. *Eſſe aſſignandum dictæ eccleſiæ collegiatæ S. Nicolai coadjutrici numerum animarum* 3171., *quæ eſt tertia pars populi prædicti hujuſmet civitatis deſcripti in dictis octo rionibus*. Actu autem in re præſente partes civitatis diviſit, ad eam *formam*, quæ ſubjicitur oculis.

Non placuit diviſio *capitulo S. Nicolai*, quod de ea conqueritur tanquam injuſta, & damnoſa, ac reformandam petit.

Contra autem *capitulum cathedralis* optimam eſſe, ac nullo alio modo faciendam, vel poſſibilem eſſe decertat. Ait enim judicatum eſſe ſuam eccleſiam *unicam eſſe parochialem*; illam vero *S. Nicolai* nihil eſſe, niſi meram *adjutricem* pro ſacramentis adminiſtrandis. Satis, ſuperque illi datum cum *tertia parte* populi. Imo cum populus, qui viginti quinque millia hominum habebat anno 1318., dum eccleſia *S. Nicolai*, uti adjutrix vocata eſt, nunc ad 9512. decreverit, liberaliter actum, ſi dum *cathedralis* de omnibus commode curam gerere poteſt, non excludatur eccleſia ipſa *S. Nicolai*, quæ in ſolum adjumentum, & ex neceſſaria cauſa tunc ſumpta eſt, & ipſiſſimo hoc convento pacto.

Non ſolum autem hanc *tertiam partem* populi ſufficientem eſſe pro eccleſia *adjutrice*; verum limites, & confinia rectiſſime, auditis omnibus, ſuper ipſa loci facie determinaviſſe *Metropolitanum*. Unicuique eccleſiæ conterminas, ac magis vicinas domos, viaſque aſſigaviſſe, ut ex *forma* ipſa diviſionis manifeſto patet.

Falſum eſſe non habere eccleſiam *S. Nicolai* ſive ſpatium, ſive vias ad ſupplicationes agendas, itidem quod in ſuo circuitu pauperiores, ac miſeriores homines comprehendat tantum; neque enim hoc verum eſſe, neque eſſe attendendum affirmat.

Demum poſtulat declarari *Andrienſes* omnes agrorum habitatores, pro iis colendis conductos, ad ſe ſpectare. Ita ex jure eſſe *Franceſ. de eccleſ. cathed. cap.* 17. *num.* 178., *Sperel. deciſ.* 87. *num.* 14., *& Rot. coram Anſald. deciſ.* 487. *num.* 3.; Ita in tranſactione *anni* 1446. conventum, firmatumque.

Capitulum S. Nicolai de ſuis querelis adhuc nihil dedit in ſcriptis, licet multo a tempore monitum fuerit. Non amplius retardanda eſt cauſa, quæ magnam diſſenſionem civitatis, magnaſque iras excitavit, conſervatque adhuc, & ſummis diſpendiis, ut notiſſimum eſt EE. PP., utramque partem extenuavit, ac perdidit.

Diviſio non eſt de finibus veræ parochiæ, ſed tantum de exercitio curæ. Conſiderandum unice, quid ad eam gerendam

pro salute populi conducat ; salus enim populi antehabenda est omnibus. Disceptatur

An divisio subsistineatur , seu potius sit reformanda , & quomodo ,

Sess. 22. cap. 6. & 8. de Reform.

VITERBIEN. PROROGATIONIS . *Porphirius Fantozzinius* e *Vetralla* , frequenti , & opulento *Viterbiensis* diœcesis loco , *die* 30. *Martii anno* 1710. , testatis tabulis nuncupavit hæredem *Congregationem scholarum piarum, obbligando ad introdurre l'istituto loro delle scole pie in Vetralla , ponendovi chiesa , e casa capace per l'abitazione di dodici religiosi, e per l'esercizio del loro istituto , quale da essi Padri si eserciterà nella forma delle loro regole in detta terra di Vetralla, per utile , e profitto della gioventù , e d'anime di essa , insegnando a leggere , e scrivere , abbaco , grammatica , umanità , rettorica , e casi di conscienza , con quel numero di maestri , che al detto P. Generale sembrerà congruo , e necessario ,*

Quod si , dum moreretur , hæreditas non haberet reditus *ann. scut.* 600. jussit , ut fructus usque multiplicarentur , quo ex nove acquisitis bonis eam quantitatem conflarent. Tunc ædificari domum,& ecclesiam,decentur illam instrui, atque institutum capi , cum onere sacri quotidiani , & pensionis *scut.* 40. *ann. alla casa del noviziato di Roma , per ajuto del mantenimento de' novizi .*

Speravit , quod *communitas loci* operi adjutricem manum adhiberet , in illud conferendo stipendium , quod publico ludimagistro dabatur ; *in tal caso i Padri non aspettino a fare il cumulo sudetto* : additque onus , ut si *communitas* , vel quilibet optaret , *che s'insegnasse qualche altra scienza , come logica , fisica &c.* dummodo congruum , & perpetuum præberetur emolumentum , illud tenerentur implere .

Deinde dixit: *quando poi questa mia dispozione, cioè l'introduzione del sudetto istituto in Vetralla, non potesse avere effetto, o perchè la medesima religione , e suoi P. Generale , e definitorio non accettassero questa mia eredità , o che accettandola non potessero , o non volessero venire a eseguirla ; come anche , se dentro il termine di cinquanta anni dopo la mia morte, e dopo il possesso pigliato de' miei beni, non avessero ridotto a perfezione detta fondazione dell'istituto ; in ciascuno di detti casi sostituisco , e voglio , che si erighino tanti canonicati nella chiesa collegiata di Vetralla, di rendita , frutto , e peso per ciascheduno , di cui sono quelli della seconda erezione dal quondam Antonio Pacchi istituiti : ed esecutore di questa sostituzione voglio , che sia il clero di Vetral-*

tralla, il quale dovrà averne il jus nominandi, ed uno ad arbitrio dell'Emo Vescovo pro tempore.

Vix quarto die post *Porphirius* obiit. Statim *Congregatio* bonorum possessionem mandato judicis obtinuit. Verumtamen acres invenit contradictores *Joannem, & Philippum Savinos Portiæ Fantozzinæ* sororis *Porphirii* filios, qui bona ex fideicommisso ad se pertinere certabant.

De ea re judicium tribus perpetuis annis actum est; quod demum finiit transactione mense *Junio* 1713., quam Sacra Congregatio *negociis Episcoporum, & Regularium præposita* approbavit. Data sunt *Savinis* bona *scut.* 1276. 29.. Ita hæreditas, quæ nonnisi ad *scut.* 5476. 29. erat, ad 4200. redacta est.

Inde cæpta est favore collegii erigendi mandata fructuum multiplicatio. Eam tamen intercepit nova imminutio fructuum in *ann. scut.* 60., quæ *Viterbiensi domui infantium expositoram anno* 1739. assignata sunt; pro quibus deinde *anno* 1742. *ll. mm. ad scut.* 2153. 30. dari debuerunt.

Sic minuta duplici infortunio hæreditas, licet *anno* 1756. *a Carolo Guiduccio* domum legatam pro erectione collegii habuerit, dum jam expiraret quinquagesimus annus, vix reditus *scut.* 311. 87. percipere compertum est.

Tunc *Congregatio scholarum piarum* de prorogatione temporis supplicavit. Rescriptum est *die* 15. *Decembris* 1759. *Eminentissimo Protectori, qui recepta redditione rationis, & firmato statu hæreditatis Porphirii Fantozzini, etiam relative ad tempus præsens, dignetur Sacram Congregationem instructam reddere, & votum suum aperire; dictaque adventa relatione scribatur Eminentissimo Episcopo Viterbien. pro informatione, & voto, auditis omnibus interesse habentibus; & interim tempus, & tempora non currere.*

Recepta redditione rationis, *Eminentissimus Vicarius*, qui idem *Protector* est, *die* 8. *Augusti* 1761. illam transmisit, quam approbavit, confirmavitque; sententiamque ipse de danda prorogatione aperuit.

Verum, uti cautius, ac re omni ex parte integre pespecta, & apertissime sub oculis omnium procederetur, uti ex instituto Sac. Congregatio facit, mandatum est die 21. Novembris 1761. *de deputatione periti Salvetti ratiocinatoris, qui perpensis omnibus computis exhibitis; ac recognitis libris, aliisque ad effectum de quo agitur necessariis, referat super recta status redituum firmatione, multiplici confectione, ac respectiva calculatione.*

Peritus narravit *die* 20. *Novembris* 1762. *assem totius operis pii esse valoris scut.* 9409., *annuos reditus scut.* 318. 83., *comprehensis scut.* 4[illegible]. *pensionis palatii legati relicti a Guidacci: rationem bene fuisse redditam: ob factas detractiones haberi non potuisse reditum scut.* 600., *qui certe habitus fuisset statuto spatio ann.* 50., *si tot factæ ex necessaria causa non essent detractiones.*

An-

Auditus deinde Eminentiſſimus Epiſcopus *Viterbienſis*, retulit clerum *Vetrallæ*, ac *communitatem* impugnare hanc prorogationem nimio tempore duraturam. Se exiſtimare primos hæredes a ſuo jure cecidiſſe, concluditque: *illud addendum cenſeo, ut EE. VV. enixe obſecrem, ut ſapientiſſimo veſtro oraculo finis huic ſuffragiorum dilationi imponatur, ac jamdiu expectata canonicatuum erectio imperetur: ſi enim res, ſervatis ſervandis, in judiciali concertatione pertractanda foret, vereor, ne expenſis deterritus Vetrallenſis clerus ſileat, atque pia cauſa ob defenſionis, defenſorumque defectum indebitam impetret dilationem.*

De hac controverſia nunc eſt cognoſcendum, de prorogatione nempe concedenda ad conſtituendum *collegium primo loco* demandatum, vel de reſtitutione rerum, & fructuum ad erigendos *ſecundo loco canonicatus*.

Congregatio ſcholarum piarum ait, ſe ab obitu teſtatoris bono animo, ac bona fide egiſſe omnia, ut voluntatem impleret, quæ ſpatio præfiniti temporis impleta eſſet, niſi non prævisa infortunia, atque inevitabilia interceſſiſſent. Non eſſe ſibi e manu abſtraenda bona, quæ jure cæperat, jure retinuerat, recte adminiſtraverat, ac jure adhuc retinet. Pœnam hanc privationis eſſe, quam, ſine dolo, & ſine ulla prorſus culpa, leges dederunt nunquam *Card. de Luc. de fideic. diſc.* 154. *num.* 3., *Rot. coram Priolo deciſ.* 187. *num.* 23.

Nec obeſſe, quod *caducitas* impoſita fuerit etiam in caſu *impotentiæ*. Onus erigendi collegium fuiſſe per viam *modi*, non *conditionis*; ideoque deficiente dolo, & culpa *caducum* non fieri *Rot. cor. Molin. dec.* 523. *num.* 4.

Patere autem fuiſſe *modum*, non vero *conditionem*, quia prius inſtitutio hæredis, & emolumentum datum eſt, quam erectionis lex dicta *Altograd. conſ.* 84. *num.* 6. *lib.* 1., *Gratian. diſcept.* 136. *per tot.*, *& Rot. rec. deciſ.* 156. *num.* 1. *part.* 18.

Inſuper *impotentiam*, de qua ſenſit teſtator, eam dici poſſe, quam teſtator ipſe potuit tunc prævidiſſe; non eam, quæ vel ex lite, & quidem parum juſta venit, ut exitus docuit, vel ex facto Principis, qui ex neceſſaria publica cauſa, tunc temporis non exiſtente, hæreditatem corraſit *Rot. coram Emerix deciſ.* 1137. *num.* 11. Teſtatorem enixe voluiſſe collegium; tempus illud deſignaviſſe, quod idoneum credidit; quod ſi alioqui exiſtimaſſet non idoneum, protraxiſſet certo, ut ſua voluntas impleri poſſet *Rot. cor. Falconer. de fideic. dec.* 38. *num.* 5.

Jam multo ſupra medietatem ad hoc tempus creviſſe, quæ primum habuit bona; facile, ac celeriter nunc poſſe reditus multiplicari ad neceſſarium opus. Habere paratum ſolum. Eſſe legatam domum. Brevi eſſe rem omnem expediendam; præſertim ſi *communitas* aliquid adiumenti præbeat, uti debet, atque uti facere debebat antea, ad curandum

dum publicum bonum, quod optimus civis *Fantozzinius*, effuſa omnium bonorum largitione, adamavit unice, reſpexitque; & in cujus partem, & auxilium *communitatem* ipſam advocavit, quæ defuncti civis de publico commodo ſtudioſiſſimi ſpem fefellit. Sacrum quotidianum celebrari poſſe, ſine diſpendio hæreditatis, per unum ex ſacerdotibus, qui in collegio degant. Penſionem *ſcut.* 40. poſt erectum collegium non incommode poſſe perſolvi,

Quæ cum ita ſint, inaniter diſceptari de reſtitutione, ac ſpeciatim fructuum, quos nonniſi ab *anno* 1713. perceperat. Bona, ut nunc ſunt, auxiſſe, quorum ſola reſtitutio nonniſi compenſata impenſa litium, & adminiſtrationis, in omnem caſum demandari poſſet.

Ex alia parte *clerus Vetrallæ* reponit teſtatorem præfiniiſſe tempus quinquaginta annorum præciſe, ut collegium omni opere completum eſſet. Eo elapſo, & non perfecto opere, datos fuiſſe certos ſubſtitutos, nempe erigendos *canonicatus*. Non poſſe hanc voluntatem per prorogationem temporis immutari *l. Lucius Titius* 85. *ff. de hæred. inſtit.* & *in Peruſina immiſſionis* 25. *Aprilis* 1747. *§. illius cor. Eño Elephantutio*.

Jus eſſe jam quæſitum *tertio*, de quo neque Apoſtolica indulgentia unquam, neque Sac. Congregationis juſtitia derogavit *Rot. deciſ.* 618. *n.* 6. *par.* 18., & *cor. Ubald deciſ.* 34. *n.* 22.

Nihil autem facere diſtinctionem inter *conditionem*, & *modum*. Quando agitur de implenda voluntate, quæ præcipua fuit, nullam hanc eſſe diſtinctionem; *modum* cum *conditione* confundi; æque *caducitatem* incurri *Gratian deciſ. March.* 3. *n.* 20., *Rot. deciſ.* 43. *n.* 10. *poſt Urceol. de tranſact.*

Propterea non eſſe inquirendum de dolo, & culpa. Teſtatorem dixiſſe *caducitatem* expreſſam, ſive in caſu *negligentiæ*, ſive in caſu *impotentiæ*. Non erecto collegio, ſive ob juſtum, ſive ob injuſtum, & ex improviſo ſuperventum impedimentum, jam datum locum ſubſtitutioni *Caſtil. controv. jur. lib.* 4. *cap.* 55. *num.* 32., & 44.

Diuturnam debere eſſe hanc prorogationem, ita ut non viventes, ſed poſteri collegium videant. Teſtatorem interea ſui *expiatione* privari. Privari patriam hoc *canonicatuum* decore, & adiumento, ad Dei & eccleſiæ honorem, & cultum, atque ad plurium civium utilitatem. Non abiicienda hæc præſentia commoda ob inanem ſpem futuri, & nequaquam neceſſarii collegii, quo hucuſque *communitas* ſine detrimento caruit. Accedere ad hæc omnia judicium Eñi Epiſcopi.

De reliquo fructus ab initio reſtituendos eſſe, ut in judicio univerſali petitionis hæreditatis fieri debet *Rot. coram Caval. deciſ.* 409. *num.* 4., & *deciſ.* 605. *num.* 4. *par.* 18. *rec.*, præſertim ubi conſumpti non fuerint, uti conſumpti non ſunt. *Rot. deciſ.* 3. *num.* 28. *par.* 7. *recent.*

Uti

Uti in hac controverſia ante omnia, quæ impura ſunt, ſecernantur, in anis,& improvida quæſtio de fructibus agitur. Si fructus ad multiplicandum bona acceſſerunt, qui bona capiet,& fructus habet. Unica inquiſitio eſſet de bona, vel mala adminiſtratione, ut non bonæ damna ſarciantur.

Ad materiam juris, quod attinet, videndum primo eſſet, an agatur de *commutanda*, vel potius de voluntate *interpretanda* tantum. De *commutanda* etenim durior eſſet ſermo, cum commutatio, non niſi ex *juſta*, imo *neceſſaria* cauſa fieri poſſet; ob eam nempe rationem, quia, ut alibi ſæpe dictum eſt, licet teſtamentorum auctoritas ex jure civili veniret, ut late monſtravit *Secretarius* in ſua *diſſertatione de jure teſtandi*, quam alieno nomine edidit *anno* 1747.; attamen ex jure civili eſſet *factio*, *modus*,& *forma* teſtamentorum; non autem ex ullo jure venire poſſet, ut, pro libitu, defunctorum voluntates, legitime conditæ, deſtruantur.

Non ita vero eſſet de *interpretandis* ſcilicet an teſtator per *conditionem*, vel per *modum* legaverit. Interpretando etenim, dummodo non ex arbitrio, ſed ſecundum receptas juris regulas interpretemur, nequaquam deſtruimus voluntatem, ſed ex ambiguo verborum circuitu eruimus, ac quaſi e tenebris ad claritatem, & lucem ferimus.

Summa autem in jure diſtinctio eſt inter *conditionem*, & *modum*. De ea re in *libris digeſtorum*, & *codicis* plures habentur tituli; *de conditionibus*, *demonſtrationibus*, & *modo*: *de iis*, *quæ ſub modo legat.*, *vel fideicommiſ. relinquntur*: *de donationibus*, *quæ ſub modo &c.* aliique; nec non permultæ *leges*, ſive in *titulis* de *legatis*, ſive in aliis. Hæc omnia longum eſſet perſequi, atque ad unum redigere, cum plurima ad ſubtilitatis inveſtigationem redeant. Summatim, *conditio* legatum ſuſpendit; *modus*, poſt acceptum legatum, actionem præbet ei, cujus intereſt, ut legatarius, vel hæres impleat. Non ita tamen fortaſſe facile eſt iudicare an *modus*, vel *conditio* ſit. *Modus* quandoque apparet, quæ *conditio* eſt; & *modus* aliquando ad naturam *conditionis* converti videtur.

Itidem, licet aliquando *modus* ſit, nihil repugnat, quod, non impleto opere, apponatur *conditio ſubſtitutionis* favore alterius; cum id non prohibeatur ex lege, niſi in peculiaribus caſibus, veluti in certis præſcriptis nuptiis. Neque ideo, quod *conditio* adiecta eſt *modo*, dicitur *diſpoſitio* ab initio fuiſſe *conditionalis*, ut nonnulli, viri etiam doctiſſimi, ſed fortaſſe non bene, opinati ſunt.

De *conditionibus* plura exempla in *libris juris* habentur. De *modo* præſtat hæc duo exhibere. Unum *Ulpiani* eſt in *l. libertas* 17. *de manum teſtam.*: *hac ſcriptura teſtamenti Pamphilus liber eſto*, *ita ut filiis meis rationes reddat*: *an ſub conditione data libertas videretur*, *quæſitum eſt*. *Reſpondi*, *pure quidem datam libertatem*, *& illam adiectionem*, *ita ut rationes reddat*, *con-*

conditionem libertati non inſicere ; ſed , quia manifeſta voluntas teſtantis exprimeretur , cogendum eſſe eum ad rationes reddendas .

Alterum *Modeſtini* in *leg.* 44. *eod. tit. Mævia decedens ſervis ſuis Sacco , & Eutychiæ , & Hirenæ ſub conditione libertatem reliquit his verbis : Saccus ſervus meus , & Eutychia , & Hirene ancillæ meæ omnes ſub hac conditione liberi ſunto , ut monumento meo alternis menſibus lucernam accendant , & ſolemnia mortis peragant : quæro cum aſſidue monumentum Mæviæ Saccus, & Eutychia , & Hirene non adſint , an liberi eſſe poſſint . Modeſtinus reſpondit , neque contextum verborum totius ſcripturæ , neque mentem teſtatricis eam eſſe , ut libertas ſub conditione pœnæ ſuſpenſa ſit , cum liberos eos monumento adeſſe voluerit , officio tamen judicis eos eſſe compellendos teſtatricis juſſioni parere dixit .*

Præclare , ut ſuo more facit , *Cujacius* ad *leg. Titio centum* 81. *de condit.* , *& demonſtrat : conditio plerumque ita concipitur: lego illi , ſi il am uxorem duxerit . Modus autem hoc modo : lego illi, ita ut illam uxorem ducat. Qui hoc modo loquitur , vel ſcribit plerumque modum facit : qui autem illo modo conditionem , niſi probetur aliam fuiſſe ejus voluntatem . Nam voluntas certe eſt, quæ facit conditionem , vel modum, potius quam ſermo . Multum autem intereſt ſcire conditio ſit , an modus; nam magna eſt differentia inter conditionem , & modum . Conditio impleri debet antequam capiatur legatum , vel donatio , ſi ſolo conſenſu contracta ſit , ut jure veteri contrahitur ſolo conſenſu , etiamſi non intervenit traditio , vel emancipatio inter conjunctas perſonas , ut inter parentes , & liberos ex conſtitut. D. Pii leg. ult. C. de don. quæ ſub modo, leg.* 4. *C. Theod. de donat. & jure novo ex conſtit. Juſtin. inter omnes donatio perficitur ſolo conſenſu , ſicut emptio venditio : ex qua tamen ſi ſit incerta conditio , non ante agi poteſt, vel impetrari quicquam , quam impleta conditio fuerit . Modus autem etiam impletur poſt perceptionem legati . Nam ſatis eſt ſi in percipiendo legato , legatarius caveat hæredi de implendo modo .* Ibique rem univerſam accurate digerit .

Non exiſtente itaque *conditione*, hæreditas , ſive legatum non acquiritur . Non impleto *modo* , caducum legatum non eſt, ſed actio ad *modum* implendum ſuccurrit . Imperator *Antoninus* reſcripſit : *in legatis quidem , & fideicommiſſis , etiam modus adſcriptus pro conditione obſervatur . Sed ſi per te non ſtat, quominus voluntati teſtatoris pareas , ſed per eum , cui nubere juſſa es : quo minus id, quod tibi relictum eſt, obtineas, non oberit . l.* 1. *cod. de iis , quæ ſub mod. leg.*

Communis autem *diſtinctio* in *foro* obtinuit ad dignoſcendum, an per viam *conditionis* , vel *modi* legatum , aut hæreditas data ſit . Aut teſtator aliquid dixit faciendum , vel eventurum , antequam de emolumento loqueretur , & tunc *conditio* appoſita dici debet . Aut primum de emolumento loquutus , poſtea onus iniunxit , & tunc *modus* dicitur legato

adiectus *Bald. in leg. cum eorum cod. de ſent.,& interl.*, *Card. de Luc. de fideic. diſc. 154. n. 10.*, *Rot. diverſ. deciſ. 39. n. 1. part. 1. in rec. deciſ. 161. n. 10. part. 19.*, *& Rot. cor. Molines deciſ. 124. num. 2.*

Verum enim vero non ſemper hæc *diſtinctio* locum habet: *nam voluntas eſt, quæ facit conditionem, vel modum, potius quam ſermo*, ut recte *Cujacius* dixit. *Pœnam a conditione voluntas teſtatoris ſeparat, & pœna, vel conditio translata ſit, ex voluntate apparet*, ſunt verba *Marciani in l. 2. de his, quæ pœn. nom. relinq.. In conditionibus primum locum defuncti voluntas obtinet* dixit *Ulpianus* in *l. 19. de condit., & demonſtrat.*

Hæc ante oculos habere oportuit, ne interpretando a ratione juris videatur recedi. Verum de cauſa dijudicanda ad teſtamenti literam redire neceſſe eſt. Teſtator dixit: *quando poi queſta mia diſpoſizione, cioè l' introduzione del ſuddetto iſtituto in Vetralla non poteſſe avere effetto, o perchè la medeſima religione, o ſuo P. Generale, e definitorio non accettaſſero queſta mia eredità, e che accettandola non poteſſero, o non voleſſero venire a eſeguirla.* Hæc certe omnia ad cauſam non faciunt. *PP. ſcholarum piarum* acceptarunt, exiſtimarunt venire poſſe, venturos ſe declararunt, de vindicandis bonis in judicio decertarunt, præceptum de multiplicandis bonis, uti facere poterant, exequuti ſunt.

Subdidit: *come anche ſe dentro il termine di cinquanta anni dopo la mia morte, e dopo il poſſeſſo pigliato de' miei beni, non aveſſero ridotto a perfezione detta fondazione dell' iſtituto; in ciaſcun di detti caſi ſoſtituiſco, e voglio, che ſi erighino tanti canonicati nella chieſa collegiata di Vetralla.* Hic caſus eſt, de quo diceptandum.

Ponderandum, quod teſtator non dixit abſolute, *ſe dentro il termine non ſiaſi ridotto a perfezione*; ſed voluit, ac reſpexit operam ipſorum hæredum, qui mandata perficerent: *ſe non aveſſero ridotto a perfezione*. Videndum itaque, ſi nihil defecerint, ſi bonam, ac diligentem operam adhibuerint, atque ex neceſſario impedimento, & ex ipſa bonorum inopia, intra ſpatium ejus temporis cumulus factus non ſit, an privandi nunc ſint hæreditate. Num de jure hoc procedat: num de hoc teſtatoris voluntas veriſimiliter interpretanda eſſe debeat.

Conſiderandum quid dixiſſet teſtator, ſi ea prævidiſſet, quæ eventura prævidere non potuit. Num hoc ſpatium temporis prorogaſſet; vel de eo, ut in *foro* ajunt, etiam imminutis, ac corraſis bonis, *taxative* dixerit, atque in omnem caſum *taxative* dixiſſet.

Num alias illud ſpatium temporis *demonſtravit*, quia idoneum credidit ad cumulum perficiendum, quod peritus ipſe idoneum fuiſſe dicit, ſi tot inſignes bonorum imminutiones factæ non extitiſſent. Multo magis quia *communitatem loci* auxilium operi præbituram exiſtimavit, unde etiam minoris temporis ſpatium requireretur.

Præ-

Præsertim, quia de testatore agitur suæ ipsius substantiæ nescio, & qui non omnia accurate dixit. Credidit, jam prope moriturus, sua bona tempore obitus posse dare reditus *scut.* 600., qui nonnisi vix 5476. 29. in asse habebat. Statuit *scut.* 600. *ann.* pro duodecim, ad ratam *scut.* 50. pro quolibet. Simul autem, post jam admissos duodecim illos in collegio, onus addidit sacri quotidiani sine eleemosyna, ac pensionem *scut.* 40. pro domo Urbis.

In summa considerandum quid præ cunctis præcipue, & enixe voluerit. Num pœna sequi possit eos, qui contra ejus voluntatem fecerunt nihil. Num *caduci* lex nihilominus ex ipsius certa voluntate, (nam in quocumque dubio contra *caducum* judicatur) nunc locum habeat. Ita, ut dicendum sit, vel quod voluerit privare hæredes sine culpa, quod credendum non est; vel adiecerit *impossibilem conditionem*, quæ alioquin suapte natura caderet; *impossibilis* etenim *conditio* rejicitur, non vitiata institutione, ut *Ulpianus l.* 1. *de condit. instit.* dixit: *sub impossibili conditione, vel alio modo, factam institutionem placet non vitiari.*

EE. PP. aut claram, & absolutam sententiam dicent de prorogatione danda, sive deneganda, aut aliqua providentia rem consultissime temperabunt. Proponitur

I. *An sit locus expetitæ prorogationi, seu potius factus sit locus vocationi, & erectioni canonicatuum*, & quarenus negative ad primam partem, & affirmative a secundam.

II. *An, & quomodo, & a quo tempore debeatur restitutio fructuum perceptorum in casu &c.*

Die Sabbati 20. Septembris 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

DE quinque cauſis, quæ in proxime habita Congregatione *diei* 30. *Auguſti* referri non potuerunt, & ante alias notantur infra, ſapientiſſimum EE. Patrum expectatur judicium.

Seſs. 24. cap. 18. de Reform.

URBINAT. PAROCHIALIS.

I. *An conſtet de mala relatione examinatorum*, & quatenus affirmative

II. *An conſtet de irrationabili judicio Archiepiſcopi, ita ut parochialis eccleſia S. Venerandæ Caſtri Firminiani adjudicanda ſit Carolo Antonio Caliſtri.*

Ad I. Negative, & amplius. Ad II. Negative, & amplius.

Seſs. 22. cap. 4. de Reform.

LUNEN. SARZANEN. DISMEMBRATIONIS.

I. *An ſit locus erectioni novæ parochiæ in oratorio Gragnæ, & reſpective diſmembrationi ab eccleſia parochiali Magliani, ſeu potius deputationi capellani curati*, & quatenus affirmative,

II. *An pro congrua aſſignanda ſint bona ſtabilia dicti oratorii, bona relicta a Dominico Boni, & decimæ perſonales incolarum Gragnæ, & Pontecii, cum obligatione, quatenus non ſufficiant, ſupplendi illam per oratores in quantitate ab Epiſcopo deſignanda, in caſu &c.*

Ad I. Negative in omnibus, & amplius. Ad II. Negative, & amplius, & ad mentem. Mens eſt, quod ſcribatur Epiſcopo juxta inſtructionem.

PE-

PERUSINA SUBSIDIORUM DOTALIUM. *Sess.25. cap.4. de Reform.*

An, & ad quot annos assignanda sit Margaritæ Soncinæ filiæ Annæ Rastelliæ dos, de qua agitur, in casu &c.

Negative.

ANDRIEN.

An divisio sustineatur, seu potius sit reformanda, & quomodo, in casu &c. *Sess.24. cap.3. de Reformat.*

Allata jam sunt scripta *capituli S. Nicolai*. Vehementer conqueritur, neque observatam mentem S.Congregationis, neque expressam legem decreti de *tertia* parte. *Partem* illam demandatam fuisse, ut æqua in omnibus pro *tertia* esset, tam de numero populi, quam de ejus qualitate, quam de emolumentis, quam de civitatis situ. Omnia inæqualiter facta. Cuncta infima data sibi. Non habere emolumenta, quæ pro *tertia* respondeant. Non vias ad supplicationes agendas. Nullam rationem habitam de domorum distantia. Datos *cathedrali* omnes extra mœnia cives habitatores agrorum. Ea sub oculis erunt.

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, & amplius; & quoad habitatores extra mœnia detur dubium, una cum aliis, & amplius.

VITERBIEN. PROROGATIONIS. *Sess.22. cap.6. & 8. de Reform.*

I. *An sit locus expetitæ prorogationi, seu potius factus sit locus vocationi, & erectioni canonicatuum*, & quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad secundam,

II. *An, & quomodo, & a quo tempore debeatur restitutio fructuum perceptorum, in casu &c.*

Ad I. Affirmative ad primam partem ad decennium, negative ad secundam, & amplius. Ad II. Provisum in primo, & amplius.

MA-

Sess.25. cap.9. de Reform.

MACERATEN. . *Lelius Piissimi* Maceratensis in suo testamento *anno* 1653. dixit : *e per l'amore, che porto a questa mia amatissima patria di Macerata, lascio, che seguita la mia morte si debbano aggiungere quattro altri canonici nuovi nella chiesa cattedrale ; i quali voglio, che siano persone timorate di Dio, Maceratesi, e di famiglie di credenza, e di magistrato almeno di questa città, e non altri ; eccettuando solo, che se della famiglia Piissimi di Monte Albodo patria de' miei maggiori vi sarà alcuno abile, in questo caso voglio, ed ordino, che il detto sia dispensato di non esser nativo di Macerata, anzi voglio sia preferito ad ogni altro successivamente nelle nominazioni da farsi nelle vacanze di detti canonicati.*

Item reliquit monasterio *S. Catharinæ*, eoque recusante, monasterio *S. Claræ*, supra *scut.* 11000. in tot censibus, & pecunia, ex pretio partis domus vendendæ, *con peso successivamente in perpetuo al monastero di ricevere, tenere, e mantenere tante monache di quella qualità, e condizione da esprimersi da me, quante saranno corrispondenti alle migliaja di scudi, che effettivamente seguiranno &c., in modo che se saranno dieci, o più, o meno monache, sempre in perpetuo, tanto la prima volta, quanto secondo di mano in mano in luogo di esse saranno elette di nuovo ; volendo, che dette mie monache non siano obbligate dare la solita dote delle altre monache, ma solo del proprio scudi* 100. *per ciascheduna. E voglio, che queste mie monache da eleggersi successivamente sempre in luogo delle altre prime elette nel numero sudetto, siano chiamate le monache Piissime.*

Declaravitque: *debbano le zitelle da nominarsi per monache esser zitelle native di Macerata, e di famiglie nobili, che godano il grado di credenza, o di magistrato almeno, che siano povere secondo il loro grado, e condizione ; e fra queste voglio, ordino, e comando, che siano preferite sempre nell'elezione in perpetuo, etiam se non vi concorresse la povertà, colla stessa dote di scudi* 100 *le zitelle di casa Piissimi di Monte Albodo, e di casa Carboni de' discendenti del signor Girolamo Carboni di Macerata, ogni volta, che vi sarà luogo, e perciò si dovrà venire alla nuova elezione dagl'infrascritti. E perchè la mente mia è di sollevare le famiglie nobili, e povere, perciò desidero detta elezione si facci con sincerità, e coscienza, acciò, eccettuate le sudette da preferirsi come sopra, siano sempre elette le migliori, e bisognose senza affetto, e passione.*

Ad eligendas autem puellas jussit : *si debba fare una congregazione Piissima, con l'intervento di Monsignor Vescovo di Macerata, Monsignor Governatore di Marca, il P. Prepósito de' Barnabiti nel collegio di Macerata, ed il P. Guardiano de' Capuccini di Macerata, tutti pro tempore.*

In monasterio *S. Claræ*, quod acceptavit legatum, septem fuerunt constituta primum loca, quæ *anno* 1744., ob imminutos reditus, ex authoritate Sacræ Congregationis

ad

ad ſex tantum redacta ſunt. Ea nunc repleta ſunt omnia.

Joſeph Maria Barvichius Maceratenſis ſupplicat, ut duabus filiabus, quas habet, *Claræ*, & *Conſtantiæ* in monaſterio educationis cauſa degentibus, duo primum vacatura loca aſſignentur; atque interim *ſupra numerum*, pro iis locis recipiantur, ſolutis quolibet anno *ſcut.* 15. pro unaquaque, donec ſuum locum obtineat. Contradicit *Petrus Maria Piiſſimi e Monte Bodio*, qui ea loca ex lege teſtamenti propugnat danda, dum vacent, & quidem ſuis filiabus, quæ exiſtunt.

Joſeph Maria Barvichius pro *Clara*, & *Conſtantia* dicit eſſe eas nobiles *Maceratenſes*, & ſecundum familiæ qualitatem pauperes; a *congregatione*, quæ jus habet, electas, a monialibus acceptatas, ætatis jam idoneæ, cum una in decimo octavo anno, altera in decimo nono ſit. Concurrere propterea omnia ad impetrandum neceſſaria. Accedere conſenſum *Franciſci Roberti*, cui jus eſſet unice contradicendi, ex *Victoria Piiſſimi* matre.

Nec obeſſe diſſenſum *Petri Mariæ Piiſſimi e Monte Bodio*. Duas inquit ibi fuiſſe ejuſdem nominis familias; alteram teſtatori conſanguineam, quæ in *Victoria* defecit; alteram extraneam omnino, ex qua *Petrus Maria* eſt, cui nulla prælatio datur ex teſtamento ob ſolam nominis ſimilitudinem.

Nec facere, quod ad ea loca duæ *Petri Mariæ* ſorores, cum iiſdem conditionibus *ſupra numerum*, admiſſæ fuerint *anno* 1747., & 1751.. Illas admiſſas fuiſſe non uti ex teſtatoris familia, ſed ob paupertatem, quam probaverunt, & quam, ſi ex familia eſſent, probare non debuiſſent. Rurſus admiſſionem illam, ex falſis tunc expoſitis, non attendendam.

Alias a teſtatoris morte, uſque ad illud tempus, nunquam in mentem veniſſe iſtis *Piiſſimis e Monte Bodio*, qui nunc ſunt, ut ea loca pro ſuis puellis peterent; quod aperte indicat ſuum malum jus agnoviſſe. Imo ex hoc ipſo exemplo, quod datum eſt favore extranearum, potius ſterni viam petitæ conceſſioni pro duabus puellis *Maceratenſibus*, quæ omnia ſecum ferunt ſecundum voluntatem teſtamenti, ut admittantur.

Contra *Petrus Maria Piiſſimus*, eſſe intempeſtivam dicit hanc petitionem *Barvichii*. Teſtatorem voluiſſe ſubrogandas puellas dum vacant loca. Non eſſe cauſam commutandi hanc voluntatem pro extraneis, quæ adhuc nullum jus habent, ac ſolum petere poſſunt, cum locus detur. Tunc temporis faciendam electionem, quo etiam aliæ ſupervenire poſſunt, quæ forſitan digniores ſint, ac præferendæ. Non eſſe nunc prævertenda tempora. Commutatam fuiſſe tunc voluntatem pro ſuis ſororibus, ideo, quod ſuo jure præferendæ erant quibuſcumque puellis, quæ venirent poſtea.

ſtea. Ideo nulli tunc factam injuriam. Nullius puellæ tunc expectationem deluſam, quæ e conſpectu puellarum familiæ *Piiſſimæ* poſthabendæ omnino erant.

Cæterum ſe *non iſto auxilio, nec defenſoribus iſtis* indigere ad ſuam bonam defendendam cauſam. Suas filias eſſe *di caſa Piiſſima di Monte Albodo*. Habere pro ſe claram literam, contra quam quaqua verſus ſe torqueat contradictor, nihil habet, quod valeat. Quando etiam is velit conſanguinitatem, illam eſſe certam, & probatiſſimam ex authenticis monumentis, ac impugnari non poſſe. De reliquo neceſſarium non eſſe amplius, ut comprobetur.

Adjicit enim habere *triplicatum* ſolemne factum, ac rem judicatam de ipſa ſua familia, de ipſo teſtamento, de ipſis locis. *Petrum Mariam patruum magnum, Philippi Antonii avi fratrem*, uti ex familia *Piiſſima* admiſſum ad canonicatus *Piiſſimos*, ac *Theodoram* ſororem *anno* 1747., & *Hieronymam* ſororem aliam, uti ex familia in monaſterium receptas, & quidem *ſupra numerum*, uti omnibus quibuſcumque aliis præferendas. Filias non indigere electorum ſuffragio: per ſe unamquamque ad ſuum locum venire. *Franciſcum Roberti* unum ex cæteris *Maceratenſibus* eſſe: matrem habuiſſe *Piiſſimam* ex collaterali diviſa linea, & quæ non niſi ſexto gradu ſecundum jus civile attingebat teſtatorem ipſum, qui non filios, non fratres, nullas ſorores habuit. Neque ideo, quia ex fœmina *Piiſſima* ortus eſt, jus prælationis in diverſi cognominis deſcendentes translatum habuiſſe.

Epiſcopus hinc inde ambiguam ſententiam trahit, ac nihil certi affirmat. Teſtator dixit: *voglio, che quelle mie monache da eleggerſi ſucceſſivamente ſempre in luogo delle altre prime elette nel numero ſudetto; e tanto la prima volta, quanto le altre volte in perpetuo di quelle, che ſi dovranno di mano in mano rimettere in luogo delle defonte &c.* Ad dandum itaque loca, antequam vacent, commutanda voluntas eſſet.

De canonicis juſſit, debere eſſe nobiles, & *Maceratenſes*: *eccettuando ſolo, che ſe della famiglia Piiſſima di Monte Albodo patria de' miei maggiori vi ſarà alcuno abile, in queſto caſo voglio ſia preferito ad ogni altro*.

De monialibus ſtatuit, eligendas puellas nobiles, & *Maceratæ* natas: *che ſiano povere*. Addidit: *voglio, che ſiano preferite ſempre, etiam ſe non vi concorreſſe la povertà, le zitelle di caſa Piiſſimi di Monte Albodo, e dei diſcendenti del Signor Girolamo Carboni di Macerata*.

Quidquid ſit de conſanguinitate, advertendum, quod notum eſſe debuit teſtatori hanc eſſe *Montis Bodii* familiam *Piiſſimam*, ex qua *Petrus Maria* eſt. Illam non diſcriminavit ab aliis, neque excluſit. Ponderandum, an alias, ſi voluiſſet, expreſſe debuiſſet excludere, nominando deſcendentes

tes ex deſignato ſtipite certo, uti fecit de *Hieronymo Carbone*.

Itidem an *Petrus Maria*, niſi ex familia *Piiſſima*, ad canonicatum admitti potuiſſet, dum *Macuratenſis* non erat. Similiter, an *Theodora*, & *Hieronyma*, niſi ex familia, recipi potuiſſent, licet pauperes eſſent, quia *Maceratæ* non erant natæ. An paupertas valere fortaſſe tunc potuit, ut admitterentur *ſupra numerum*, quod jus ex teſtamento non erat.

Enim vero *domus*, *gens*, *familia*, *ſtirps*, *progenies*, *agnatio*, *aliaque ejuſmodi*, ſuam habent ſignificationem, & quidem propriam unam, & minus propriam alteram, ſive ſecundum vernaculam loquendi rationem, ſive ſecundum juris intelligentiam, ſive ſecundum ipſius loquentis uſitatum, quandoque morem. De his ſunt plurimæ *leges* in libris *juris*, ac conſulendi ſunt eruditi ad eas leges interpretes. Sed conſiderandum præcipue eſt, quo loco, quove modo, quove circuitu orationis, pro qua re, ad quem effectum poſita hæc vocabula ſint, & ſi latino, vel communi potius, & familiari conſueto regionis ſermone: ac diverſe intelliguntur in fideicommiſſis, diverſe dum de honorificis ſermo eſt. Hinc immenſa diſputationum, & diſceptationum materia inter DD.. Hinc prope infinita litium progenies in forum deſcendit.

Advertendum, an aliud ſit *quando teſtator ſimpliciter vocat familiam, ſive domum*, tunc *ſi plures ſint familiæ ejuſdem cognominis, cenſetur, ex præſumpta quadam mente, vocaſſe familiam, de qua ipſe natus eſt dumtaxat*, ut ait *Rot. part. 1. recent. deciſ. 697. num. 6.*

Aliud ſit, dum vocat indiſcriminatim eos de *domo*, addito tantum *cognomine*, & *patria*, ubi exiſtunt, ita ut omnes ex ſola *appellatione* cenſeantur vocati. Multo magis ſi teſtatori non erant ignoti.

Hæc appellatio *domus*, *civilis appellatio eſt*. Bartol. *ad l. tutela 7. de cap. diminut. num. 4. appellatio de domo aſſumitur diverſimode. Item hoc videmus hodie conſuetudine inductum in quibuſdam locis, quod dicantur de eadem domo omnes, qui portant eadem inſignia, ſeu arma*. Inquiritur

An ſit locus admiſſioni Claræ, & Conſtantiæ Barvich inter moniales S. Claræ civitatis Maceratæ nuncupat. Piiſſimas, vel potius præferendæ ſint filiæ, & deſcendentes Petri Mariæ Piiſſimi, in caſu &c.

Non propoſita, cum reliquis.

Seſſ. 25. cap. 9. de Reformat.

FAVENTINA CONCORDIÆ. Eccleſiæ parochiali, quam Clemens VIII. *anno* 1601. *collegiatam* fecit, *Briſichellæ*, frequentiſſimo, & non ignobili diœceſis *Faventinæ* loco, uniit eccleſiam parochialem *S. Joannis Baptiſtæ Plebis octavi*, quæ in agro erat, cum diviti ejus proventu in ſumma *ſcut.* 700. Juſſit ibi vicarium perpetuum a capitulo nominandum pro cura animarum, *quæ plurimæ erant*, retineri, ac quod *ſex e capitulo canonici dictum vicarium pro tempore exiſtentem, in dictæ eccleſiæ Sancti Joannis Baptiſtæ, cui plurimarum animarum cura, ut etiam aſſeritur, incumbit, ſervitio, miſſarumque celebratione per hebdomadas, vel ſingulos menſes alternatim, prout ipſis melius videbitur, coadjuvare omnino teneantur.*

Præſcripſitque, *quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi prædictæ eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ, & S. Leonardi* (quæ etiam uniebatur) *debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in dicta eccleſia S. Joannis Baptiſtæ nullatenus negligatur, ſed ejus, & dictæ eccleſiæ S. Leonardi congrue ſupportentur onera conſueta.*

Plures poſt unionem, ut in diſſimilium ſocietate accidit fere ſemper, exarſerant controverſiæ inter *vicarios*, & *canonicos*, præſertim de ejus curæ exercitio. Inſtauratæ deinde ſunt *anno* 1763. apud Sacram Congregationem, in qua, die 12. Martii, propoſito, *an ſex canonici liberæ collationis collegiatæ eccleſiæ terræ Briſichellæ teneantur coadjuvare vicarium curatum eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ Plebis octavi in exercitio curæ animarum, ſeu potius teneantur dumtaxat eundem coadjuvare in ſola celebratione miſſarum diebus Dominicis, & feſtis in caſu &c.*; reſcriptum eſt *affirmative ad primam partem, negative ad ſecundam*. Videnda ſunt *folia diei* 22. *Januarii*, & 12. *Martii ejuſdem anni*.

Non acquieverunt *canonici*, ac denuo ſuper ſuis juribus audiri impetrarunt. Verum ſatius duxerunt poſtea cunctas contentiones, etiam de omnibus in poſterum excitandas, una tranſactione finiri, ac diſſidia ſic exterminari univerſa. Res feliciter inter partes ſucceſſit cum ſolemni pactione *die* 14. *Junii hujus anni* inita. Hanc approbandam Sedis Apoſtolicæ auctoritate nunc concorditer hinc inde ſupplicant.

Afferunt, quæ de ejuſmodi rebus allegari ſolent ad obtinendum appoſita argumenta. Optima remedia extinguendarum litium tranſactiones, præſertim inter eccleſiaſticos. Reconciliari animos, fugari, uti debet, amaritiem, & noxiam, atque ab eccleſia abhorrentem ſollicitudinem fori. Ad hoc reſpexiſſe *legum civilium*, multoque magis *canonum* providentiam, ne inter diſpendia litium bona, & præſertim eccleſiæ, diſſipentur, quorum reditus in meliorem, ac neceſſarium ſanctiorem uſum ſint convertendi.

Iti-

Itidem perſpectare, de qua agitur, univerſa intime, ita ea tranſactione diſponi omnia, ut utriuſque partis indemnitati conſulum ſit; pro eccleſia autem, ſive ejus fabrica, ac ſupellectilibus, vicario, & ejus habitatione, ac præcipue populo, & ejus cura, & adjutore non ſolum ſufficienter, ſed copioſe, & abundanter provideatur.

Calculum quantitatum, quæ opus ſunt, ex longo præteritorum annorum experimento captum. Omnia per probos, ac doctos conſultores animadverſa, comprobata vero a vigilantiſſimo ſimul, & diligentiſſimo Epiſcopo.

Præſtat habere ſub oculis ſumma tranſactionis capita, quæ aliter ex monumentis cauſæ repetenda eſſent. *I. Canonici promiſerunt ſolvere ann. ſcut.* 12. *pro eleemosyna centum, & viginti miſſarum celebrandarum in eccleſia vicarii in diebus feſtivis, & quatenus in diebus feſtivis abundent, in aliis diebus arbitrio vicarii juxta intentionem canonicorum: itemque promiſerunt ann. ſcut.* 8. *vicario pro quacumque coadjuvatione ſive in functionibus eccleſiaſticis, ſive in cura animarum. II Canonici promiſerunt ſummam ſcut.* 40. *pro quacumque nunc neceſſaria reparatione eccleſiæ, domorumque parochialium, & comparatione ſacrorum ſuppellectilium. III. Iidem canonici promiſerunt in futurum pro reparatione eccleſiæ, domorumque parochialium, ac pro comparatione, & manutentione ſuppellectilium, aliorum eccleſiæ neceſſariorum, cedere eidem vicario hortum, vineam, & domum prope domum vicariæ, item alias duas manſiones vulgo dictas di Monſignor dì Brittinoro, item eidem vicario promiſerunt ſolvere ann. ſcut.* 6.: *item eidem ceſſerunt facultatem hauriendi aquam ex puteo ſito in vicino predio capituli, cum ſervitute itineris per fundum: item facultatem eidem dederunt foveam excavandi duorum pedum prope eccleſiam, domumque vicariæ pro aquis ex tectis defluentibus avertendis; ac demum eidem jus dederunt, ut occaſione alicuius reſtaurationis poſſit in fundo capituli opus conſtruere, cujus ope refectio fieri poſſit.*

Epiſcopus dicit: *ego quidem exiſtimo optima eſſe ratione initam, & utrique parti valde utilem fore: hoc enim pacto non modo omnis præſens controverſia dirimitur, verum etiam iis, quæ deinceps oriri poſſent, occurritur. Quod ſi onus vicario infertur neceſſaria ſuæ eccleſiæ comparandi, ejuſque bona conſervandi, hoc ei a capitulo, & ſolutione ſcut.* 40., *& aliorumque immobilium ceſſione, præter annuam* 100. *ſcutorum detractis incertis, penſionem, ſatis abunde, ut mihi quidem videtur, compenſatur.*

De ratione tranſactionum ineundarum ſolum ſuper re dubia, & non aliter; de re, quæ intrinſecus dubia eſſe debeat, non vero ex rerum accidenti apparentia extrinſecus dubia ſit; de modo ſpeciatim tranſigendi in rebus eccleſiarum pro evidenti tantum utilitate earum, ac ſucceſſorum, non pro voluntate, arbitrio, commodo, & plerumque negligentia, aut ambitione præſentium, qui eccleſias reti-

nent, satis dictum est in recenti *folio Ariminen. 19. Julii proxime elapsi*.

Advertendum nunc, jam antea ab anno 1687. judicatum fuisse ab A. C. *canonicos liberæ collationis teneri, & obligatos* esse *vicarium perpetuum dictæ ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in servitio curæ animarum, missarumque celebratione per hebdomadas, vel singulos menses alternatim adjuvare, & inservire ad formam dd. literarum Apostolicarum san. mem. Clementis VIII.*, ut refert *fol. 26. Januarii* 1763.; eamque sententiam vim rei judicatæ obtinuisse, antequam Sac. Congregatio, quæ similem mentem patefecit, de controversia eadem cognosceret.

Ponderandum, an bona omnia data capitulo, sine ullo dubio ab sua origine, & fundatione ad parochiam *Plebis octavi* pertinentia, ac oneri curæ, sive de ecclesia, sive de vicario, sive de adjutoribus in posterum, ob necessitatem forsitan pluribus deputandis obnoxia, jam pro summa, & præcipua parte, cum hoc Sedis Apostolicæ consensu, ab radicitus infixo onere liberari nunc debeant. Quomodo provideri deinceps possit, si ecclesia vel partim, vel integre patiatur ruinam, si domus funditus evertatur, si populus crescat, ita, ut hic, qui datur sacerdos, tam vili mercede *ann. scut.* 8., non sufficiat. Neque inopportunum erit habere ante oculos simillimum exemplum causæ *Vicensis* in proxime præterita Congregatione pertractatæ.

Populus *Plebis octavi* usque a temporibus unionis factæ *plurimus* dicebatur in literis Apostolicis. *Petrus Sebastianus Ambrosinus*, qui transactioni accessit, populi procurator asseritur, sed de ejus mandato, & quidem legitime dato per populum non constat. Itidem subscripsit *Pietro Sebastiano Ambrosini, come procuratore de' parochiani, mi obbligo come sopra, rispetto al punto solo della coadjuvazione alla cura*. Dubitatur

An sit locus approbationi concordiæ in casu &c.

Sess. 22. cap. 4. de Reform.

PERUSINA ONERIS MISSARUM. *Joannes Antonius Bigazzinus* Perusinus hæres *Laviniæ Muschiæ* matris, ex ejus legato erexit *capellaniam* Perusiæ in ecclesia monachorum *S. Bernardi* ad altare ejusdem Sancti, cum onere missæ quotidianæ, & certis datis conditionibus, & præsertim de pœna, sive emolumento aliquo favore monasterii quolibet die, quo sive per se ipsum, sive per alium, legitime impeditus *capellanus* non celebraret.

Glot-

Glottus Raynerius canonicus Peruſinus, qui eam poſſidet, ſupplicavit pro facultate celebrandi in eccleſia cathedrali, de qua obtinuerat conſenſum a *Curtio* patre unico patrono, & ab iis monachis, qui tamen beneplacitum Apoſtolicum ſuper ea facultate reſervarunt. Contradixit uſque ab initio nomine totius congregationis *Procurator generalis ordinis*, tum quia illorum monachorum conſenſus ſine ſupremi regularis magiſtratus permiſſu, & approbatione, ex propriis legibus irritus erat, tum ne eccleſia quotidiano ſacro privaretur, tum ne emolumentum amitteret ex omiſſionibus *capellani* obventurum.

Inquit nunc *Glottus* ſe juſtam, legitimamque cauſam habere ob canonicatum, quem habet. Hinc juſte patronum aſſenſum præbuiſſe, & ex facultate ipſa, quam teſtatrix primo hæredi, hic autem ſucceſſoribus dedit in ipſa fundatione *capellaniæ*.

Neque obſtare, quod dos *capellaniæ* ipſi altari per irrevocabilem donationem data fuerit. Ait enim nihil detrahi ex donatione per hanc facultatem. In ipſa donatione reſervatum patronis jus variandi. Teſtatricem nullum certum locum reſpexiſſe. Arbitrium de loco dediſſe nullis limitibus circumſcriptum. In illa Eccleſia conditam non fuiſſe. Se autem *Glottum* eſſe deſcendentem ex *Lavinia*. Etiam ex preſumpta teſtatricis mente ſibi hanc libertatem non invidendam, nec denegandam.

Contra vero Congregatio monachorum *S. Bernardi*, *capellaniam* inquit erectam fuiſſe in deſignata eccleſia *S. Joannis Baptiſtæ* ad altare majus *S. Bernardi* ab hærede, qui teſtatricis mandatum implevit, conſummavitque per irrevocabilem actum. Ibi uſque nunc ſacra acta fuiſſe, eadem proinde non alibi celebranda *Antonel. de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11., *& Sac. Congr. in Caſalen.* 28. *Januarii* 1764., *& in Peruſina* 12. *Maji anni elapſi*.

Perperam autem *Glottum* confugere ad facultatem variandi in erectione hæredibus reſervatam. Teſtatricem dediſſe eam facultatem filio, non huic, ut aliis eam relinqueret. Inſuper ipſum *Jacobum Antonium filium* in erectione reſpexiſſe unice conditiones ex abundanti adiectas a ſe, non vero facultatem de *capellania*, vel celebrandis ſacris transferendis ad aliam eccleſiam, & aliud altare diverſum a primo, cui jam irrevocabilem inter vivos dotis fecerat donationis, *Rot. in Calven. Beneficii* 8. *Martii* 1748. §. 14. *coram Canilliac*, *& in Imolen. ſuper reſervatis* 13. *Junii* 1749. §. 4. *cor. Clementi*.

Hinc inanem eſſe patroni conſenſum, qui filii commodo connivet, neque ullum habet derogandi arbitrium de lege, & loco *capellaniæ*.

Impugnat demum juſtam adeſſe cauſam derogandi. Cathedralem *eccleſiam* parum ab eccleſia *S. Joannis Baptiſtæ* diſtare:

illius ſervitium valde leve eſſe: facile ideo *Glottum* canonicum coadjutorem onera *capellaniæ* implere poſſe.

Epiſcopus vehementer favet petitioni. Videnda ejus *relatio eſt*. Teſtamentum habet: *jure legati reliquit ſcut.* 2000. *ad effectum ut eligatur, & eligi debeat, ac inſtitui capella in eccleſia ſuo hæredi benevisa. Capellanus conſequi debeat fructus, & obligatus ſit celebrare per ſemet, vel per alium, ſi ipſe tunc eſſet legitime impeditus, qualibet die ad altare, ubi erecta eſſet dicta capella, unam miſſam in ſalutem animæ ipſius teſtatricis, & eadem capellania inſtitui debeat per ſuum hæredem univerſalem infra duos annos a die obitus ipſius dictæ teſtatricis cum illis conditionibus pactis, & ordinibus, ac declarationibus magis placitis, & benevisis dicto ſuo hæredi univerſali omni meliori modo.*

Joannes Antonius hæres, & Joannes Julius illius tutor, & patruus *dono dederunt, & aſſignarunt irrevocabiliter inter vivos in dotem, & pro dote altari majori, ſive capellæ ſub invocatione S. Bernardi in civitate Peruſina, & pro dicta capella ejuſdem capellano pro tempore ad electionem, ut ſupra, cenſum, & annuam reſponſionem ſcut.* 140. *impoſit.*, *quem quidem capellanum, ſive capellaniam de dictis ſcut.* 2000. *dotarunt, ac dotant infraſcriptis conditionibus, ordinibus, pactis, & conditionibus. Primo quod toties, quoties capellanus, & alii pro tempore eligen. defecerint, & in caſu legitimi impedimenti per alium, ſeu alios non applicaverit ſacrificium pro anima dicti teſtatricis pro rata dicti temporis non faciat fructus ſuos reſpectu miſſarum omiſſarum, applicandos monaſterio cum onere celebrandi dictas miſſas omiſſas; & ad hoc ut dicti capellani ſint prompti, & diligentes ad celebrandum, debeant in ſacrario dictæ eccleſiæ retinere librum, & in eo a PP. dicti monaſterii adnotari facere dictarum miſſarum celebrationem de die in diem.*

Secundo declaraverunt ad evitandas lites, & contentiones, quod caſu, quo ſucceſſores ipſius d. Com. Joannis Antonii mediate, tam immediate erunt plures ejuſdem gradus, quod electio, & nominatio capellani dictæ capellæ ſpectet ſemper ad ſeniorem maſculum ex illis, qui erunt in ſæculo.

Tertio quia DD. comparentes recte ſciunt animabus defunctorum multum prodeſſe non ſolum ſacrificia ex opere operato, ſed aliquod etiam conferre ad illas a pœnis purgatorii ſublevan. opus operantis, nempe dignitas, & integritas ejuſdem, ideo reſervarunt ſupradictis nominibus ſibi, & ſucceſſoribus d. teſtatricis in infinitum jus amovendi capellanum electum, nominatum, & præſentatum, ſubrogandi tam in caſu mortis illius, quam ipſo vivente, prout magis proficuum animæ dictæ teſtatricis judicaverit elector.

Quarto quod capellanus pro tempore dictæ capellaniæ teneatur, & obligatus ſit cum fructibus dictorum ſcut. 2000. *dictam capellam providere de omnibus pro miſſarum celebratione neceſſariis.*

Quin-

Quinto quod dicto domino Comiti, ſuiſque intelligatur, ac ſit reſervata facultas hujuſmodi ordines, & conditiones ſemel, & pluries addere, & diminuere; nec non reſervatur facultas dictum cenſum redimendi infra annum proximum, & in locum ejus redemptionis loco dicti cenſus dare, & tradere dictæ capellæ tantam terræ quantitatem in locum, ſeu locis dicti D. ejus tutori beneviſis ejuſdem valoris ſcut. 2000. ad extimationem duorum peritorum a dicto D. Com., alterius vero a dicto D. capellano eligen.

Advertendum, quod canonicus *Glottus* nunc generaliter petit declarari ſibi eſſe libertatem, ubi velit, celebrandi.

Conſiderandum, an deſignato altari fuerit, poſt primum conſummatum arbitrium, irrevocabile jus quæſitum, & quale. Quam libertatem, poſt deſignatam eccleſiam, & altare teſtatrix dederit de *conditionibus capellaniæ*. Quam libertatem ſibi aſſeruerit filius voluntatis executor: quam reliquerit ſucceſſoribus, *de ordinibus, & conditionibus addendis, & diminuendis*. Proponitur

An liceat capellano miſſam in eccleſia ſibi beneviſa celebrare in caſu &c.

CIVITATIS CASTELLANÆ. *Paulus Samirrima* canonicus *Civitatis Caſtellanæ*, poſt *quadragenar um laudabile ſervitium*, ſupplicavit de perpetua vacatione a choro. Interrogatus Epiſcopus, uti moris eſt, qui referret audito capitulo, reſpondit: *expoſita omnimodæ veritati innituntur. Ipſe etenim ætate jam ſeptuagenarius continuo eidem eccleſiæ, ac laudabiliter per quadraginta, & ultra annos in qualitate canonicali inſervivit; mox autem ſenio confectus, aliquo ſæpe ſæpius incomodo, vel morbo laborat, quocirca ad inſtar emeriti, ac veterani militis eumdem canonicum ſatis eccleſiæ ſuæ benemeritum exaudiendum fore opinarer, eo magis, quia conſenſus etiam capituli jam acceſſit, prout ex adjuncta capitularis ſecretarii atteſtatione dignoſcitur, non obſtante quod hujuſmodi conſenſus cum ea reſervatione fuerit præſtitus, quod ſcilicet canonicus orator, etiam poſt ſui jubilationem, ad ſatisfactionem miſſæ conventualis per turnum ſive per ſe, ſive per alium teneatur, & quod minimè participare valeat de aliquibus fallentiis in anniverſariis, ſeu exequiis fixis, & per annum recurrentibus.* *Seſſ. 24. cap. 12. de Reformat.*

Capitulum concorditer aſſenſum dedit in hæc verba: *s'accorda la giubilazione richieſta ſtante il ſervizio aſſiduo di anni quaranta, e più, con il lucro delle diſtribuzioni quotidiane, purchè il medeſimo ſia obbligato di fare la ſua eddomada ne' ſuoi tempi, come gli altri Signori Canonici, tanto piu che il numero d'eſſi obbligati all'*

all'eddomada ſudetta è di ſoli tredici canonici, & il medemo non entri nelle falle delle dette diſtribuzioni quotidiane. Non placuerunt conditiones *canonico*, qui, legitime interpellato *capitulo* ad dicendum de ſuis juribus, demiſſe nunc exorat Sac. Congregationem, ut integram, & ſine ullo opere, vel onere vacationem con cedat.

Non dubitari inquit ſe per quadraginta, & amplius ſolidos annos ſuam operam laudabiliter præſtitiſſe. Certum hoc eſſe ex teſtimonio Epiſcopi, & ipſius *capituli* univerſi comprobatione. Non invidendum ſibi hoc privilegium, quod omnibus hucuſque datum eſt. Delendas autem conditiones, quas *capitulum* non legitime appoſuit. Nullam eſſe cauſam denegandi. Satis eſſe pro ſervitio, & cultu eccleſiæ reliquos ſocios, qui ſi ita laudate faciant, ut ipſe fecit, & eccleſia debito ſervitio non carebit, & hanc ipſam veniam, ut ipſe habet, poterunt aliquando commeruiſſe. Se ultra ſeptuaginta annos habere ætatis. Non ſolum feneſtutis naturali gravedine langueſcere, ſed peculiaribus morbis ſatis incommode conflictari.

Capitulum, licet a præterito menſe *Julio* monitum, nihil dedit adhuc.

Nullum de perpetua, ob ſolum longum ſervitium vacatione, quam, ob *lætam rem, jubilationem* dicunt, ex juris canonici ſanctione privilegium habetur. Veteranis olim militibus, poſt vicena ſtipendia emeritis, hæc vacatio concedebatur; optimo ſane conſilio, ut homines ad militiam libenter venirent, & quia poſt viginti annos, qui bene meruerat miles, jam debilis, fractuſque, non ad vim, & robur copiarum, ſed ad numerum inutiliter augendum videbatur idoneus.

Neque ſolam honeſtam miſſionem a militia concedebant conſultiſſime, ſed quamcumque muneris ſive publici, ſive civilis vacationem: *veteranis, qui in legione, vel vexillatione militantes, poſt viceſima ſtipendia honeſtam, vel cauſariam miſſionem conſecuti ſunt, onerum, & munerum perſonalium vacationem conceſſimus* habetur *in l. 9. c. quan. prov. non, & l. 6. de vacat., & excuſ. mun.*

Imo, & prædia quandoque attribuebant pro præmio, & præſertim fundos *limitrophos*, ut imperii limina diligentius per eos colonos cuſtodirentur; ac non ſolum ipſos, verum etiam filios permultis privilegiis, honoribus, & pœnarum immunitatibus donarunt. Integer titulus eſt in *libris digeſt. de privilegiis veteranorum, & cod. lib. 12. de veteranis*, in quo pulcherrima quædam facti ſpecies habetur *in leg. 1.*

Ad exemplum illud, etiam publicis profeſſoribus honoraria miſſio cum vacatione laboris, & privilegiis data eſt: *Grammaticos tam Græcos, quam Latinos, Sophiſtas, & juriſperitos in hac regia urbe profeſſionem ſuam exercentes, & inter ſtatutos connumeratos, ſi laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtra-*

ve-

verint, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamque diſſerendi ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſſimo judicante digni fuerint exiſtimati, cum ad viginti annos obſervatione jugi, ac ſedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, & iis qui ſunt ex vicaria dignitate connumerari. Leg. unic. c. de profeſſ. qui in Urbe Conſtantin. Ad quam legem Gothofredus : *ſecundo notatur privilegium profeſſorum poſt viginti ſtipendia expleta. Ad ſimilem temporis præſcriptionem reſpexit Quintilianus inſtit. orat. in proœmio lib. 1. dum ſcribit : poſt impetratam ſtudiis meis quietem, quæ per viginti annos erudiendis juvenibus impenderam.*

Nonniſi itaque proximis temporibus hoc privilegium de perpetua vacatione muneris eccleſiaſtici, ſenſim introductum, jam, prope quotidiano frequentiſſimo uſu conceſſionum, ſuas vires cepit adeo, ut iniuria videatur fieri, ſi denegetur.

Concilium dixerat : *non liceat vigore cujuslibet ſtatuti, aut conſuetudinis ultra tres menſes ab iiſdem eccleſiis quolibet anno abeſſe, ſalvis nihilominus earum eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſervitii tempus requirunt ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.*

Ob hanc ſanctionem dubitabatur, an abrogatæ forent omnino conſuetudines peculiares eccleſiarum, quæ propriis conſtitutionibus hanc *jubilationem* poſt quadraginta annos dabant. Negativam ſententiam tenuit *Ceved. collect. 15. ad 6. num. 8.* Affirmativam *Navar. con. 12. de cler. non reſiden.*

Omnis ab *Compoſtella*, *Galeciæ* in Hiſpaniis celebri civitate, ejus doctrinæ novitas, tolerata primum, firmitatem poſtea, quam nunc habet, obtinuit. Statutum erat in eccleſia *Compoſtellana* cum immemorabilis temporis uſu, ut *beneficiati*, poſt quadraginta annos vacarent, ſine ulla fructuum, ac diſtributionum jactura. Prima poſt Concilium petit declarari, *an, ſalva dicta Tridentina ſanctione, præmiſſum ſtatutum quoad conceſſionem emeritæ requiei poſt quadragenarios labores inter beneficiatos dictæ eccleſiæ, in futurum, prout hactenus, ſervari queat.* San. mem. Gregorius XIII. *audita relatione Congregationis Concilii, dixit tolerandum eſſe hoc ſtatutum lib. 2. decret. pag. 60.*

Hæc tolerantia, licet ex peculiaribus cauſis, nempe *ob non bonam aeris temperiem loci, rapidis ventorum flatibus fere continuo concuſſum, & frequentibus maritimis procelloſis pluviis conturbatam, nec non prolixum diuturnum, & nocturnum in dicta eccleſia in divinis aſſiduum obſequium, adeout fere nullus, vel rariſſimus quadragenarium miniſterium ratione ſui beneficii in ea facere queat*, in cauſa fuit, quemadmodum ſæpiſſime venit, dum aliqua ab initio tolerantur, vel ex ſpecialibus tantum rationibus conceduntur privilegia, ut univerſa deinde, & promiſcua harum conceſſionum alluvies in ecclę-

cleſiam manarit; & quaſi in jus proceſſerit, ut poſt quadraginta annos omnimoda ceſſatio, cum integra fructuum perceptione petatur, & concedatur quotidie.

Verum enim vero non tamen conceſſa eſt indiſcriminatim, ſed *ſervitium*, ultra quadraginta annos, niſi *continuum & laudabile* fuerit, negata eſt, ut in *Romana jubilationis* 6. *Auguſti* 1712. Imo ſi defuit, etiam aliquando conceſſa, abrogata fuit, ut in *Maceraten. jubilationis* 8. *Martii* 1698. *lib.*48. *decret.*

Hæc *jubilatio* ſecum certe affert, ut omnes fructus, & diſtributiones capiantur, ut in *Burgi S. Donini jubilationis*, *& in Leodien. jurium parochialium* 19. *Aprilis* 1704., itemque emolumenta *anniverſariorum*, quæ fiunt in annum, niſi expreſſe aliter teſtatores dixerint, ut in *Novarien. jubilationis* 29. *Novembris* 1681. *lib.* 32. *decret pag.* 44., in *Luneu. Sarzanen. jubilationis* 30. *Septembis* 1684., & in *Mantuana jubilationis* 16. *Martii* 1737.

Et ſpeciatim de *fallentiis* in *una Reativa diſtributionum* propoſito: *an canonico jubilato, vigore indulti jubilationis, debeantur diſtributiones, & fallentiæ canonicorum abſentium, etiamſi choro non interſit* reſponſum eſt die 19. Aprilis 1692. *affirmative, dummodo non obſtent conſtitutiones particulares, & conſuetudo eccleſiæ lib.* 42. *decret. pag.*241.

In una *Aquipendii jubilationis* propoſito *an poſſit canonicus jubilatus participare de diſtributionibus, quas ponunt in maſſa cæteri canonici tum quoties ipſe præſens eſt in choro, quam etiam quoties abfuerit* reſcriptum die 23.Martii 1697. *affirmati e etiam quoad fallentias, niſi obſtent ſtatutum, ſeu conſuetudo.*

Similiter *de miſſa conventuali* in eadem *Aquipendii jubilationis* propoſito: *an canonicus jubilatus teneatur vel per ſe, vel per alium ad celebrationem miſſæ conventualis*, reſponſum eſt *negative*.

Et in una *Senen. celebrationis, & applicationis miſſæ conventualis* propoſito *I. an canonicus jubilatus teneatur celebrare per ſe ipſum, vel per alium miſſam conventualem per turnum, eamque applicare pro benefactoribus in caſu. II. an canonicus jubilatus teneatur contribuere eleemoſynæ miſſarum conventualium* die 12. Maii 1759., *negative ad utrumque*.

Curatum itidem diligentiſſime fuit, ne per has conceſſiones detrimentum cultui eccleſiæ inferretur, quod ſi evenerit, etiam *jubilatus* ad inſerviendum vocetur, ut *in Aquilana* 27.*Septembris* 1659.*ad II. dubium lib.*21.*decret.*, *Sabin u.* 2. *Octobris* 1717. *lib.*47. *decret.* Ac propterea *arbitrio Epiſcopi* datæ ſunt ſemper, & aliquando etiam expreſſe cum ea facultate ad ſervitium, ſi opus eſt, revocandi.

Ita vero circa *annum* 1718. excreverant controverſiæ, ut neceſſe fuerit generalia quædam proponere *dubia jubilationum*, quæ in *theſauro* habentur *ſub die* 17. *Decembris ejuſdem anni*.

Ad

Ad cauſam, quod ſpeciatim attinet, permultæ quæſtiones actæ ſunt *de privilegiis*, & *immunitatibus jubilatorum*, nonnullæ de *laudabili* ſervitio, ac non paucæ de *quadragenario continuo*, & quomodo interrumpatur, & an *diverſæ ſpeciei* in eadem eccleſia uniatur ad vacationem obtinendam. Nunc inquiritur, an, etſi *continuum*, & *laudabile* fuerit, concedenda ſit *jubilatio*, ſi *capitulum* ab initio diſſentiat, vel *conditiones* aliquot ad *conſenſum* adjiciat.

Rationem dubitandi dat, quia *canonicus*, ſive *quis ſimilis*, dum introivit, ſe obligavit *collegio* ad ſimul inſerviendum eccleſiæ, neque, dum integra valetudine eſt, actionem habet ex ullo fundamento juris ad hanc *perpetuam* vacationem, quæ non niſi ex tolerantia primum, deinde unaquaque vice ex ſola largitate, & benignitate Apoſtolica impetrari potuit. *Collegium* autem jus habere videtur ad retinendum in *communi ſervitio ſocium*, qui de omnibus communibus *emolumentis*, & *diſtributionibus* participat, ac precibus obſiſtere, ne favor Apoſtolicæ indulgentiæ in ſui ipſius detrimentum, & aliorum majora onera, & graviorem laborem vertat, ideoque ſaltem cum datis *conditionibus* concedatur.

Videndum eſſet de *conditionibus*, quas unumquodque *capitulum* apponeret. Videndum eſſet nunc de *conditionibus*, quas de *Samirrima capitulum Civitatis Caſtellanæ* adjecit.

In una *Bergomen.*, in qua, *anno* 1716. *jubilationem* petierat *Martinus Antonius Guerrinus canonicus ſubdiaconalis, qui ſervitium inchoaverat, uti coadjutor, ab anno* 1675., *defuncto vero coadjuto anno* 1684., *uti principalis continuaverat integrum ſervitium uſque ad menſem Octobris* 1705., *a quo tempore, ob habituales infirmitates ab Ordinario approbatas, ſingulis annis a Sacra Congregatione indultum obtinuerat vacandi a ſervitio chori pro horis matutini, & primæ. Emus Epiſcopus audito capitulo retulerat oratorem reportaſſe a capitulo aſſenſum ad obtinendam jubilationis gratiam, ea tamen conditione limitatum, dummodo non intelligatur data exemptio per indultum a functionibus ſubdiaconalibus ſolemnibus, quæ per turnum ad eum ſpectabant; cenſebatque tamen Epiſcopus idem Oratorem petita gratia dignum; maxime quia non erat incommoda choro, & capitulo eccleſiæ, & in ea reſiderent tres dignitates, & quadraginta & unus canonici &c., & in functionibus ſubdiaconalibus miniſtrarent canonici undecim;* licet ambigi non poſſet de *quadragenario*, & ultra, continuo *ſervitio*, quia tempora *coadjutoriæ* conjungebantur, & ob infirmitates ex Apoſtolica conceſſione ſervitium interruptum non dicebatur; & licet ageretur de homine, cui ob *habituales infirmitates* abſentia concedebatur a choro; attamen ex *libellis* translata ad *folium* juſſu Sac. Congregationis cauſa, propoſitoque *die* 8. *Auguſti ejuſdem anni* 1716. *an indultum jubilationis ſit concedendum in caſu*, exiit reſponſum: *affirmative ad formam conſenſus*.

Qua

Qua egregie ornantur EE. PP. juris ſacri peritia, non minus quam prudentia, æquitate judicii, & maturitate, viderint quando rigor cum benignitate ſit temperandus, quando favor eccleſiæ, ejuſque ſervitium præponderet; ac dignam S.Congregatione,& quæ deinceps exemplo erit, ſententiam dicent

I. *An, & quomodo indultum jubilationis ſit concedendum, in caſu &c.*

Die Sabbathi 29. Novembris 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

REaſſumpto Folio Congregationis habitæ *die* 20. *Septembris* proxime præteriti, dignabuntur EE. VV. quatuor ſequentes Cauſas, quæ ibi deſcriptæ fuerunt, decidere.

MACERATEN.

An ſit locus admiſſioni Claræ, & Conſtantiæ Barvich inter Moniales S. Claræ Civitatis Maceratæ nuncupat. Piiſſimas, vel potius præferendæ ſint filiæ, & deſcendentes Petri Mariæ Piiſſimi, in caſu &c. *Seſs. 25. cap. 9. de Reform.*

Negative ad primam partem, & amplius; & quoad ſecundam inſtent ſuis loco, & tempore.

FAVENTINA CONCORDIÆ.

An ſit locus approbationi Concordiæ, in caſu &c. *Seſs. 25. cap. 9. de Reform.*

Negative.

PERUSINA ONERIS MISSARUM.

An liceat Capellano miſſam in Eccleſia ſibi benevifa celebrare, in caſu &c. *Seſs. 22. cap. 4. de Reform.*

Negative, & amplius.

Seſſ.24. cap.12. de Reformat.

CIVITATIS CASTELLANÆ.

An, & quomodo indultum Jubilationis ſit concedendum, in caſu &c.

Affirmative, demptis conditionibus.

Seſs.23. cap.18. de Reformat.

TRANEN. TAXÆ. Inter cæteras controverſias, quæ affatim emerſerunt ſuper taxa indicta erga Seminarium Tranenſe, in Congregatione *diei* 23. *Martii* 1765., de eo iterum conqueſtus eſt Clerus Sæcularis, & Regularis Diœceſis, quod confecta illa fuerit præter formam a Concilio traditam *ſeſs.23.cap.18. de Reformat.*, quod non complectatur redditus Menſæ, Capituli Cathedralis, & Cleri Civitatis; comprehendat vero Legata pia in Diœceſi etiam cum onere Miſſarum relicta; quod exceſſivam denique ſtatuerit quantitatem ducatorum quatuor pro ſingulis centenis. Prodiit autem ea die reſcriptum = *Dilata, & ſcribatur juxta inſtructionem* = Videndum eſt folium *diei* 2. *Martii* 1765.

Datis itaque Archiepiſcopo litteris, mandatum ei fuit, ut conficeretur nova Taxa, ſervata forma Concilii in electione Deputatorum: ut in ea haberetur æqua ratio de redditibus etiam Menſæ, Capituli, & univerſi Cleri Civitatis: ut demum confecta tranſmitteretur una cum diligenti deſignatione tum reddituum, quos aliunde percipit Seminarium, tum etiam præciſæ quantitatis, quam intuitu tantum Seminarii, non ex ulla alia juris obligatione Menſa, Capitulum, & Clerus Civitatis contribuunt in proventibus, ex quibus Civitas gratuito aſſignavit Seminario annua ducata ſexcenta. Hæc enim præmitti, prænoſcique oportere cenſuit S.Congregatio, ut juſtum de more poſſet de propoſitis quæſtionibus proferre judicium.

Archiepiſcopus loco exequendi mandata Sac. Congregationis, metu novarum litium, & diſſidiorum, quæ futura timet, conſultius eſſe reſpondit, *di dichiarare, che la Taſſa per Barletta, e Corato ſi riduca al ſolo* 3. *per* 100., *e che alla ſteſſa proporzione debba correre anche la Menſa Veſcovile per li Beni, che ha in Trani, e che il pagamento, che ſi fa dagli Eccleſiaſtici di Trani per il loro tangente agli annui ducati* 600. *s'intenda farſi in luogo della Taſſa* =; Propoſito autem *die* 14. *Decembris* 1765. per ſimplicem libellum hoc temperamento, Sacra Congregatio, ne inaudito Clero quidquam decerneret, reſcripſit = *Dilata, & reproponatur Cauſa citata parte* =

Suſtinet Promothor Fiſcalis, Taxam fuiſſe recte confectam, & ple-

& plene ſervatam formam a Concilio præſcriptam, quum ex antiquiſſima conſuetudine Capitulum Cathedralis repræheſentet Clerum univerſum, proindeque electum ex Clero a Capitulo, tanquam a Clero electum habendum eſſe; ita in omnibus, quæ occurrunt, negotiis in dies ſervari.

Iterum aſſerit, Clerum Civitatis juſte a Taxa exemptum fuiſſe, ipſum indirectè plus conferre, quam ſecundum Taxam teneretur, contribuendo in annua ducata ſexcenta, quæ Civitas donavit Seminario; Magiſtratum ideo obtuliſſe hoc ſubſidium, ut ſuus Clerus immunis eſſet a Taxa; fide Syndicorum, & Electorum Civitatis hanc conventionem probari; iniquum eſſe a conventis recedere.

Concludit, jurgia, & pericula veroſimiliter obventura propoſito temperamento vitari; Clerum Diœceſis redacta Taxa ad tria pro ſingulis centenariis reddituum, & injuſte conqueri, & inciviliter invidere exemptionem Clero Civitatis; Menſam demum Epiſcopalem ab eadem taxa non futuram immunem.

Contra repetit Clerus Diœceſis eadem ferme, quæ in anteacta propoſitione opponebat. Propugnat, ſervatam non fuiſſe Concilii formam. Contendit, ope etiam novorum jurium, ſubſidium ducatorum ſexcentum datum fuiſſe a Civitate non ea conditione, ut Tranenſes ab ulteriori Taxæ onere eſſent immunes, ſed ut pecuniarium Civibus commodum, & jura ſimul honorifica concederentur. Negat Eccleſiaſticos Civitatis contribuere quidquam in ſubſidio, & ſi quid præſtant, adeo tenuem, inquit, eſſe ſummam, ut ſit prorſus ſpernenda. Addit injuſte comprehenſa fuiſſe Legata pia relicta cum onere Miſſarum contra formam inſtructionis Benedictinæ, injuſte indictam contributionem in Moniales alimenta neceſſitati paria vix habentes, injuſtè imperatas quoque Eccleſias Collegiatas, in quibus præter diſtributiones quotidianas non alii ſunt redditus. Aſſerit demum, vana eſſe jurgia, & litium pericula, eaque unice excogitata ad Civitatis Clerum a taxæ onere eximendum.

Cætera ex circumferendis Partium ſcriptis. Videnda integra reſponſio ultima Archiepiſcopi. Reproponitur ab EE. VV. definiendum.

An ſit locus approbationi Taxæ, in caſu &c.

Dilata, & dentur dubia ſuper contributione Menſæ, & Cleri Civitatis Tranen.

TOLETANA. Philippus Garzia de Mennaca in ejus teſtamento condito in Civitate Toleti anno 1701. electa ſibi ſepultura in Eccleſia S. Torquati Monialium Ordinis *Seſſ. 22. cap. 6. de Reform.*

dinis S. Auguſtini, erigendam in ea mandavit poſt obitum duarum ejus Sororum perpetuam Cappellaniam unius Miſſæ quotidianæ *per ſervizio di Dio Noſtro Signore, e bene dell' anima mia, e delle anime de' miei Genitori, Fratelli, ed altri defonti di mia obbligazione*. Eidem vero Cappellaniæ aſſignavit annua ducata tercenta ex penſionibus quarumdam domorum, quas poſſidebat in Regia Villa Matriti, quaſque dictis ſuis Sororibus primum relictas perpetuo ſtare juſſit penes earum hæredes, quibus onus impoſuit præſtandi quotannis abſque ulla prorſus imminutione dictam quantitatem Rectori Cappellaniæ, in cujus præterea beneficium addixit quoque duas domos ſimul unitas ab ipſo Teſtatore inhabitatas in Civitate Toletana, e conſpectu dictæ Eccleſiæ S. Torquati, data eidem facultate vel eas habitandi per ſe ipſum, vel aliis ad ſui libitum locandi.

Jus nominandi Cappellanum reliquit Bernardo Marchan ejus ex Sorore Nepoti, ac iſtius deſcendentibus maſculis, ac fœminis; hiſce vero deficientibus illud transferri voluit in Prioriſſam pro tempore Monaſterii D. Torquati, quod cito plane factum eſt, propterea quod Bernardus occubuit abſque filiis. Quare Prioriſſa Monaſterii decreto Ordinarii declarata Patrona Cappellaniæ anno 1745. præſentavit, & Ordinarius inſtituit Joſephum Perez Morales hodiernum Cappellanum; Is autem locatis ædibus Toletanis celebrationi Miſſæ quotidianæ præpoſuit Sacerdotem Regularem, qui munus ſibi injunctum adimplet hora ſibi bene viſa.

Quum autem ea ſit Monaſterii conditio, ut ob ejus paupertatem aſſiduum habere non valeat Eccleſiæ Miniſtrum, Prioriſſa idcirco converſis oculis in Cappellanum Garzia indultum implorat, quo ſibi liceat futuris Cappellanis injungere hæc onera: nimirum, ut in Civitate Toletana reſideant: Monialium audiant Confeſſiones: Sacramenta miniſtrent: morientibus ferant ſpirituale auxilium: Miſſam ſive cantatam juxta diei ſolemnitatem, ſive lectam celebrent poſt horam tertiam recitationis canonicæ, atque in omnibus ſe conforment uſibus, & horis Monaſterii: & in caſu infirmitatis, ſenectutis, & cujuslibet legitimi impedimenti teneantur cum conſenſu Prioriſſæ, & per eos ſoluto congruo ſtipendio alium Sacerdotem ſæcularem idoneum in ſui locum ſubrogare, qui omnia ea onera adimpleat.

Aſſerit Prioriſſa exitum Monaſterii ſuperare introitum: imparem eſſe ad quotidianum Cappellanum habendum, vix diebus feſtis propriis ſumptibus Sacrum habere: Cappellanum Garzia hora ſibi beneviſa celebrare: ad Sacramenta miniſtranda cogi non poſſe: hinc diebus ferialibus plures Moniales ſuo officio detentas Miſſam non audire: Sacramenta juxta ſui Ordinis Regulas infra hebdomadam minime

nime percipere: nullum Sacerdotem assistere Monialibus in extremo vitæ agone: gravem hinc imminere vitæ spiritualis desolationem, & discrimen: probari hæc omnia ex relatione Eminentissimi Archiepiscopi, ab examine quatuor testium.

Addit, his incommodis facile occurri, si memorata onera futuris Cappellanis Garzia injungantur: Viros probos, & idoneos commode ad Cappellaniam hanc valde pinguem haberi posse: alienam non esse Testatoris voluntatem, quum Cappellaniam in Ecclesia Monasterii erexerit: ibi tumulari voluerit: Priorissam substituerit in Jurepatronatus: Domum Monasterio proximam Cappellano assignaverit; unde ipsum tam Monasterio propensum, ejusdem utilitati, ac necessitati prospicere voluisse, præsumendum esse, vel saltem non abhorrere.

Quibus accurate perquisitis, & diligenter perpensis Eminentissimus Archiepiscopus censet, annui in omnibus posse precibus Priorissæ, maxime quia non agitur de irrogando præjudicio hodierno Cappellano, sed de imponendo futuris onere, salva semper sua Ordinaria Jurisdictione tam super institutione, & recognitione qualitatum necessariarum futurorum Cappellanorum, quam super approbatione substitutorum ab illis in casu infirmitatis, aut legitimi impedimenti, audita semper Priorissa tanquam Patrona.

Sacra Congregatio *in Viterbien.* 11. *Januarii* 1698., *in Mexicana* 16. *Maji* 1699., *& in Derthosen.* 4. *Junii* 1701. statuit Cappellanos ad alia onera non adstringendos, quam quæ ex voluntate Testatoris derivent, adeo ut nec hæres, nec Patronus, nec Episcopus possit in Beneficii erectione injungere, vel addere nova onera. Prima hinc inspectio est, an justa, & legitima causa concurrat, ob quam in casu Pontificia auctoritate petita, hæc onera sint injungenda.

Ad rem conferunt resolutiones in *Compostellana Unionis* 20. *Septembris* 1692. *lib. decret.* 42. *pag.* 544., in *Aurien. Unionis* 12. *Februarii* 1707. *lib.* 57. *decret. pag.* 44., in *Legionen.*, *& Astoricen. Unionis* 11. *Aprilis* 1739., & in *Cracovien. Unionis* 5 *Decembris ejusdem anni*.

Ponderandum, an sicuti Patrono pauperi competit jus alimentorum ex textu expresso *in cap. Nobis de Jurepatronatus*, quod jus ex benignitate Sacrorum Canonum concessum Patrono, ampliatur ad illius hæredes, sive consanguineos, sive etiam extraneos, in quos juspatronatus transivit, ut pluries dixit *Rota*, & signanter in *Salernitana alimentorum* 11. *Januarii*, *& 20. Junii* 1712. *coram Scotto*, quam sententiam magis communiter sequuntur Canonistæ, ita imponendum sit onus Beneficiato, ut Patrono, illiusque familiæ auxilia spiritualia suppeditet.

Advertendum, an verosimile sit, Testatorem respexisset commodum, & utilitatem Monialium, quoties Cappellaniam unicè

unicè erexit cum onere Missæ quotidianæ *per il servizio di Dio Nostro Signore, e bene dell'anima mia, e delle anime dei miei Genitori, Fratelli, ed altri defonti di mia obbligazione*; & quoties Cappellano reliquit arbitrium ædes Monasterio proximas aliis locandi.

Advertendum item, an vice imponendi futuris Cappellanis onera prædicta sit magis expediens ire in sententiam Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quæ *Assisiensi Episcopo* injunxit *die 13. Octobris 1593. Acciocche ne' Monasterii poveri si mantenga Cappellano sufficiente, restringa, e sopprima due luoghi del numero già prefisso, e stabilito*, ut refert *Pignatel. tom.6. consult.85. num. 212.* An in Monasterio S. Torquati præfinitus sit certus numerus, ignoratur; Constat tantum nunc ibidem vivere viginti & unam Sanctimoniales.

Advertendum denique, Cappellaniam esse ex fundatione perpetuam, in precibus inter cætera peti, ut Cappellano injungatur onus audiendi Confessiones; hinc perpetuus daretur Monialibus Confessarius: quod an expediat, vel potius locus esse debeat alicui temperamento circumspicere dignabuntur EE.VV., nam hoc definiendum proponitur

An, & quomodo Oratricis precibus sit annuendum, in casu &c.

Non proposita, cum sequentibus.

Sess.22. decret. de observan., & evitan. in celebr. Miss.

ROMANA. Vetusta Domus hic in Urbe sita in via vulgo dicta *la Scrofa*, quæ pro indiviso cum Marchione de Cavaleriis possidebatur a Capitulo S. Mariæ Transtyberim, ob corruptas substructiones, dissolutosque undequaque parietes in statum pervenerat adeo ruinosum, ut Periti Architecti ad eum explorandum adhibiti vanum consilium existimaverint aggredi velle illius restaurationem, immo minus quoque prudentem futuram reædificationem, nisi acquisita medietate spectante ad Marchionem de Cavaleriis, emptisque duabus vicinis domunculis ad Ven. Ecclesiam S. Ludovici Regis Francorum, & Familiam de Piscatoriis pertinentibus, earum accessione novum ex integro, & ad commodas habitationes concinnatum excitaretur ædificium. Ejus autem exarata delineatione, initoque sumptuum calculo retulerunt, pensiones ex eo retrahendas responsuras fore scutis tribus, & obulis septuaginta in singula centena tam capitalis præexistentis, quam pecuniæ in emptiones, & in novam constructionem erogandæ.

Peritorum judicium probavit Capitulum, statimque agere cæpit cum Marchione de Cavaleriis de sua medietate Domus. Is autem annuens venditioni stare renuit judicio Periti Fiori, qui justum integræ Domus valorem constitu-

tuc-

tuerat in ſcutis 3130. 17. Ut itaque res componeretur, placuit Partibus illum augere ex condicto ad ſcuta 3600., & ita emptio venditio medietatis concluſa fuit pretio ſcutorum 1800., ac pro eo conventi fuerunt annui fructus recompenſativi ſcutorum duorum, & obulorum octuaginta pro quolibet centenario.

Quia vero fructus ejus medietatis, quæ poſſidebatur antea a Capitulo, ſunt erogandi in celebrationem tot Miſſarum ex teſtamento Hadriani Velli, a cujus hæreditate aſſeritur provenire, hinc Capitulum, ut pecuniam pararet neceſſariam ad emendas contiguas Domos, & ad conſtruendum novum ædificium, preces Sacræ Congregationi porrexit petens, ut medietati Domus antea ab ipſo poſſeſſæ ſtatueretur valor in ſcutis 1800. quanti conventus fuerat ille alterius medietatis venditæ a Marchione de Cavaleriis; annuus vero fructus decerneretur in annuis ſcutis duobus, & obulis quinquaginta pro unoquoque centenario, ſuſpenſa interim celebratione Miſſarum præſcriptarum in teſtamento Benefactoris. Imploravitque inſuper facultatem vel alienandi loca 73. & 63. centeſ. Montium ſubjecta nonnullis Miſſarum oneribus cum lege adimplendi omnia præſcripta onera, vel imponendi cenſum pro ſumma tam pro emptione Domorum, quam pro conſtructione ædificii neceſſaria.

Eminentiſſimus Urbis Vicarius, perpenſis omnibus circumſtantiis, non diſſentiens a liquidatione valoris medietatis Domus in ſumma ſcutorum 1800., & a taxatione fructuum juxta quantitatem in precibus expreſſam; Annuendum cenſuit petitæ facultati imponendi cenſum, & in ſubſidium etiam alienandi Loca Montium certo præfixo tempore, vel extinctioni Cenſus creandi, vel Locorum alienandorum reintegrationi, impletis interim omnibus oneribus iſtis annexis: Suſpenſioni vero Miſſarum præſcriptarum ab Hadriano Velli indulgendum pro tempore dumtaxat, quo expletum, perfectumque fuerit ædificium.

Sac. Congregatio *die* 15. *Septembris* 1764. reſcripſit = *Quoad emptionem Domorum, reædificationem, & impoſitionem cenſuum, & in eorum defectu venditionem Locorum Montium pro ſumma neceſſaria tantum, pro facultate arbitrio Emi Urbis Vicarii cum obligatione vel extinguendi, vel reintegrandi infra tempus ab eodem præfiniendum: Quo vero ad ſuſpenſionem Miſſarum ex Legato Velli, ejuſque tempus, arbitrio Emi Urbis Vicarii. In reliquis ponatur in folio.*

Impleto jam quoad priorem partem reſcripto Sac. Congregationis, ſupereſt nunc inſpectio tum valoris conſtituendi medietati Domus provenientis ab hæreditate Velli, tum etiam annuorum fructuum quos præſcribere congruum ſit pro eodem valore.

Juſtam non ſolum putat Capitulum liquidationem in ſc. 1800.

quum

quum pro eadem ſumma vendita fuerit a Marchione de Cavaleriis altera Domus medietas, ſed utilem quoque futuram ait Operi pio, quum valor integræ collabeſcentis Domus non pluris, quam in ſcutis 3130. 17. fuerit a Peritis æſtimatus.

Fructuum vero taxationem initio æquam eſſe proponebat, ſi ſtatuta fuiſſet in rationem ſcutorum duorum cum dimidio pro quolibet centenario innixum Decreto alias edito a Congregatione Particulari deputata a ſa.mem. Benedicto XIII. ſuper reductione Miſſarum, cujus verba ſunt = *Fructus pecuniæ legatæ quoties converſa fuerit in uſum Loci pii, ſive etiam confuſa in emptionem bonorum ſtabilium, computentur ad rationem ſcutorum duorum cum dimidio pro quolibet centenario* =

At hodie non renuit Capitulum, quod hujuſmodi fructus taxentur in rationem ſcutorum duorum, & obulorum octoginta in ſingula centum, quanti conventi fuerunt fructus recompenſativi alterius medietatis Domus favore Marchionis de Cavaleris.

Placeat igitur EE. VV. definire.

I. *An, & in qua quantitate ſit calculandus valor medietatis Domus, de qua agitur.*

II. *An, & ad cujus rationem ſint calculandi fructus dicti valoris in caſu &c.*

Seſs. 22. cap. 4. de obſervan., & evit. in celeb. Miſs.

REATINA. Propoſita quæſtione in hac Sac. Congregatione, num Cardinalis Pompejus Columna jam Adminiſtrator Eccleſiæ Cathedralis Reatinæ, qui maſſæ Capitulari aggregando bona ſexdecim Cappellaniarum ſuppreſſarum, Capitulo adjunxit duodecim Clericos Beneficiatos, dum his inter alia onera injunxit, ut, *teneantur celebrare, vel celebrari facere bis in qualibet hebdomada* ea mente fuerit, ut tenerentur etiam applicare. Placuit plane in Congregatione *diei* 12. *Januarii* 1715. affirmativum edere reſponſum; re tamen beneficio novæ Audientiæ ad examen revocata *die* 19. *Aprilis proxime præteriti*, in ancipiti ſtetit reſolutio, reſcriptumque fuit = *Iterum proponatur*.

Clerici Beneficiati, ut ab applicationis onere liberentur, majori repetunt contentione, quæ in præterita propoſitione allegabant, & præcipue, quod non fuerint in erectione ad applicandum obligati; immo inſtituti dumtaxat, ut, *decori, & venuſtati dictæ Eccleſiæ plurimum conſuleretur* =, quod non applicaverint nec tempore proximo erectioni, nec per ſubſequentem biſcentenariam, ipſiſque idcirco allegare liceat vel legitimam declarationem, vel rem judicatam, vel alium quemcunque poſſibilem titulum eorum libertatis inductivum, aliaque commemorant accurate collecta in folio *diei* 22. *Martii proxime præteriti* benigne reaſſumendo.

Non-

Nonnulla etiam afferunt nova jura, quibus probare nituntur, anno 1537. emolumentum cuique Clerico obventum aſcendere valuiſſe ad annua ſcuta quindecim circiter, & anno 1573. adauctum illud fuiſſe ad annua ſcuta vigintiquinque. Hinc veroſimile haud eſſe dicunt, quod Cardinalis Columna intuitu tam tenuis compendii præter alia graviſſima onera nominatim expreſſa ipſos gravare etiam voluerit onere applicationis.

Silente hodie quoque Capitulo circumferuntur jura Clericorum. Supereſt itaque, ut EE. VV. definiant.

An Clerici Beneficiati in Eccleſia Reatina erecti a Cardinali Pompejo Columna anno 1520. *teneantur ſinguli applicare Miſſas duas hebdomadales, itaut ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis anno* 1715. *in caſu &c.*

FERETRANA. Ex Petro Paulo Calbini municipe Oppidi Maceratæ, quod ſitum eſt in Ducatu Urbini, ortum habuerunt ſex filii, nimirum Gratioſus, Angelus Remigius, Hieronymus, Petrus Aurelius, Franciſcus Maria, & Joannes Franciſcus. Hi omnes ex æquo Patris hæredes, diviſis tantum mobilibus, prædiiſque Urbanis, pro indiviſo poſſederunt prædia ruſtica, dividentes quotannis eorum fructus. *Seſs. 22. cap. 6. de Reformat.*

Primus ex ipſis obiit Gratioſus anno 1743. cum teſtamento, in quo inſtitutis hæredibus cum reciproca omnibus ſuis Fratribus, ſubſtitutiſque eorum deſcendentibus, primo maſculis, poſtea fœminis in infinitum, in eorum omnium defectu, voluit = *Che tutta l' Entrata della mia Eredità ſia venduta, e col ritratto della medema vicendevolmente un'anno ſi facci dir tante Meſſe, ſecondo la mia intenzione, ed un'anno ſi dotino tante Zitelle le più povere, ed onorate di queſta Parocchia di S. Michele Arcangelo di Macerata, e ſi diano venticinque ſcudi per cadauna, e ſe avanzaſſe qualche poco di denaro, che non baſtaſſe per la dote di una Zitella, ſi diſpenſi tutto quello a poveri di queſta Terra, e che tutto ciò ſi facci coll' aſſiſtenza de' Signori Rettori della Cura di S. Michel' Arcangelo della ſudetta Terra, e del Signor Poteſtà pro tempore.*

Deceſſit deinde anno 1744. Angelus Remigius, qui ſcripſit hæredes univerſales quatuor ſibi ſuperſtites Fratres, iiſdemque ſimiliter ſubſtituit eorum deſcendentiam maſculinam, & fœmininam, qua deficiente juſſit = *Che dal fruttato della ſua Eredità ſi faccino tante limoſine a' poveri di queſta ſua Parocchia, e non altrimenti; pregando la carità del Rettore della Chieſa di S. Michel' Arcangelo pro tempore, e del Poteſtà, che aſſiſtino, ed abbino tutta la Cura, e diligenza, acciò queſta ſua diſpoſizione ſia puntualmente eſeguita.*

Poſtea obiit anno 1747. Hieronymus, qui prælegavit Franciſco *Mariæ* Domum propriam nuncupat *il Palazzo* una cum Mobilibus in ea exiſtentibus, poſt cujus obitum voluit, ut, *l'ereditino gli altri miei Signori Fratelli, che ſaranno in vita, o i loro figliuoli legittimi, e naturali, ed in mancanza di eſſi, debbano venderſi, ed il ritratto erogarſi in tante opere pie ad arbitrio dell'ultimo Superſtite* =. Similiter prælegavit eidem Franciſco Mariæ ſemoventia cum eadem lege, quod eo defuncto tranſirent ad ſuperſtites Fratres, eorumque filios = *Ed in loro mancanza debbano venderſi, ed erogare il prezzo in tante opere pie a diſpoſizione del Signor D. Franceſco* =. Hæredes vero univerſales inſtituit omnes tres ſuos, quot tunc ſupererant Fratres, quibus decedentibus abſque filiis juſſit = *Che l'ultimo ſuperſtite di loro, che viverà, poſſa diſporre a ſuo piacimento in benefizio, e ſuffragio delle anime de noſtri Defonti, che più ne avranno biſogno*.

Mortuis denique Petro Aurelio, & Franciſco Maria, quorum diſpoſitiones referre non eſt opus, quum non cadant ſub præſenti inſpectione, Ioannes Franciſcus ex dictis Fratribus tantum ſuperſtes petiit, ut ex effectibus hæreditariis Gratioſi, Angeli Remigii, & Hieronymi conſtruere ſibi liceret Eccleſiam in Suburbio dicti Oppidi, aſſignatis reſiduis bonis pro dote ipſius Eccleſiæ, & manutentione Cappellani, qui quotidie ſacrum pro teſtatoribus offerat, reſervato tamen ſibi, ſuiſque filiis, & deſcendentibus jure eligendi Cappellanum.

Ex relatione Epiſcopi reſultat, ſemiſſem communis Patrimonii Calbini aſcendere ad ſcuta quatuor mille; Oratorem credere ſatis proviſum, ſi ex ea quantitate erogentur ſcuta 1600. tum in conſtructionem Eccleſiæ, tum in Sacra ſupellectilia, alia ſcuta 1200. in emptionem fundi pro dote Cappellaniæ quotidianæ, & reliqua ſcuta 1200. in acquiſitionem alterius fundi, ex cujus fructibus dotentur Puellæ. Refert etiam Ordinarius, ex duobus Exequutoribus Teſtamentariis per Teſtatores deſignatis, Rectorem S. Michaelis Archangeli ſe opponere, Prætorem vero localem conſentire: Populum Maceratenſem derelicto Oppido in Culmine Montis poſito, in quo ſex, aut ſeptem tantum pauperes familiæ morantur, Suburbium conſtruxiſſe in planitie diſtans fere per mille paſſus ab Oppido: habitatoribus novi Suburbii valde incommodum eſſe acceſſum ad Eccleſiam Parochialem in Oppido exiſtentem. Concludit denique: *Hiſce de cauſis ex oculari inſpectione mihi notis, perutilis, ac neceſſaria videtur alterius Eccleſiæ erectio in Suburbio cum facultate ibi perpetuo aſſervandi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum commodo tamen Parochi, & ſine ullo Parochialium jurium detrimento, injuncto quoque, ſi ita placuerit, onere Cappellano celebrandi Miſſam ſummo mane ad majus Populi commodum*.

Con-

Contendit Joannes Franciſcus Orator, per erogationem ab ipſo deſignatam nullam revera fieri commutationem voluntatum ſupradictorum Teſtatorum, ſed variari tantum modum ab ipſis præſcriptum; impleri enim inquit voluntatem *Gratioſi*, qui juſſit ex fructibus annuis ſuæ hæreditatis alternis Vicibus Miſſas celebrari, & dotes pauperibus diſtribui. Ope ſubſidiorum dotalium, & erogationis reliquorum fructuum in elæemoſynas, æquipollenter ſatisfactum putat voluntati *Angeli Remigii*, qui eleemoſynarum diſtributionem præſcripſit. Per conſtructionem denique Eccleſiæ, & celebrationem Miſſæ quotidianæ nihil derogatum credit voluntati Hieronymi, qui ultimo fratrum facultatem dedit diſponendi = *a ſuo piacimento in beneficio, e ſuffragio delle Anime de' noſtri Defonti* =. Opinatur immo Orator pinguius iſtorum voluntates impleri, quum ipſe ſtatim a ſe abdicet uſumfructum a laudatis Teſtatoribus ſibi relictum, ut Eccleſiam conſtruat, Cappellaniam erigat, & fundum pro dotibus diſtribuendis conſtituat.

Advertit, Populum, exceptis ſex, aut ſeptem familiis in Monte reſidentibus, commorari in planitie quingentis fere paſſibus a Parochia diſtante: aſperum eſſe Montem, & abruptam viam: Oppidanos proinde acceſſus incommodo detentos Sacris Eccleſiæ functionibus frequentes non intereſſe: Pueros immo, & adultos rudimenta fidei ignorare: Sacramenta raro percipi: plures abſque Parochi aſſiſtentia decedere; Hinc arguit, quod ſi neceſſitate urgente expedit, ut nova erigatur Eccleſia Parochialis *Cap. ad Audientiam de Eccleſ. ædif.*, eo magis novæ Eccleſiæ erectio ex hæreditatibus ab Opera pia relictis permittenda ſit. Quando enim publicæ utilitati, & neceſſitati conſulitur, augeturque divinus Cultus ex veroſimili Teſtatorum voluntate commutationi indulgendum eſſe tradunt *Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib.* 1 *cap.* 14. *num.* 12., *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.* 72. *num.* 15., *& Sac. Congregatio in* Nullius Piſcien. *Commutationis Voluntatis* 21. *Junii* 1721., *& Caſſanen.* 26. *Novembris* 1763.

Suſtinet demum, perperam ſe opponere Parochum, cui potius cordi eſſe deberet, ut hæc Eccleſia in ſui auxilium, & animarum ſalutem extruatur: perperam quoque contradicere tam Clerum nullum jus habentem ad celebarationem Miſſarum a Teſtatoribus præſcriptam, quam etiam Puellas, & pauperes, ſemel ac pro illis dotandis, & eleemoſynis hæredum arbitrio diſtribuendis conſtituitur fundus: æmulationem ſapere inutilitatem novæ Eccleſiæ objectam propter exiſtentiam aliarum quinque; Nam Parochialis, & illa Patrum S. Franciſci ſunt in Monte poſitæ, proindeque valde diſſitæ, duo Oratoria ibidem exiſtentia fere ſemper ſunt clauſa, illa vero S. Claræ Monialium uſui tantum deſtinata.

Contra hæc plura proponit Clerus Sæcularis, & Regularis Oppidi; Nimirum non esse commutandas Testatorum voluntates sine justa, & necessaria causa, maxime dum agitur de evertenda dotatione Puellarum, vel erogatione in eleemosynas pauperibus distribuendas, & Sac. Congregationem ab his commutationibus abstinuisse, ut de legatis pro celebratione Missarum in *Romana Commutationis voluntatis* 1. *Julii* 1741. pro Subsidiis Dotalibus, *in Cathacen. Commutationis Voluntatis* 18. *Novembris* 1719. *in Ariminen. Subsidii Dotalis* 22. *Septembris* 1759., & pro eleemosynis *in Fulginaten. Commutationis Voluntatis* 4. *Decembris* 1762.: Nullam adesse in casu necessitatem novæ Ecclesiæ construendæ: quinque alias adesse in loco, in quibus volentes commode, & Missam audire, & Sacramenta percipere possunt: Ecclesiam Parochialem vix per quadrantem milliarii a Suburbio distare: Viam non arduam, nec præcipitem, sed facilem, commodamque esse: Parochianos usque nunc semper ad Parochialem accessisse: Neminem nisi ex ipsorum met Parochianorum negligentia sine Sacramentis decessisse: hinc juste se opponere Rectorem S. Michaelis Archangeli Exequutorem a Testatoribus designatum, Clerum, Populum, Puellas, & Pauperes, quibus non videtur satis consultum ex oblato fundo scutor. 1200. denique spernendam esse oblatam ab Oratore cessionem usufructus ob ejus senilem ætatem.

De commutationibus ultimarum voluntatum late agitur *in Cassanen* 24. *Septembris* 1763., *in Vicen.* 18. *Januarii*, *in Imolen.* 22. *Martii*, *in Fanen.* 15. *Decembris* 1764. *in Perusina reductionis* 27. *Aprilis* 1765., *in Vicen.* 1. *Martii*, *& in Faventina* 2. *Martii currentis anni*. Præsertim vero pro reparandis Ecclesiis *in Amerina* 24. *Novembris* 1764., *in Leodien. prorogationis Indulti* 19. *Januarii*, *& in Auximana* 12. *Maii* 1765., *& in Lucana* 31. *Maii proxime effluxi*.

Quatenus in casu justa videatur, & necessaria commutationis Causa, advertendum est, Testatores omnes instituisse hæredem ultimum fratrem superstitem, ejusque Filios, & Descendentes. Orator licet ultimus sit, incertum tamen est, an prolem adhuc habere possit: hinc in antecessum inspiciendum est, an non deputato futuris Vocatis Defensore, insque inauditis locus esse possit petitæ commutationi, quæ manifestam everſionem eorumdem vocationis secumferret.

Dubitatur

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 20. Decembris 1766. in Palatio Apoſtolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua, præter alia, proponentur infraſcripta Dubia, juxta morem ejuſdem Sacræ Congregationis de jure reſolvenda.

DIgnentur EE. PP. reaſſumere Folium præteritæ Congregationis diei 29. ſuperioris menſis, ac quatuor Cauſas ibi deſcriptas mox indicandas definire.

TOLETANA.

Seſs. 22. cap. 6. de Reform.

An, & quomodo Oratricis precibus ſit annuendum, in caſu &c.

Affirmativè juxta modum, & modus eſt injungendi onus futuris Capellanis celebrandi Miſſam hora a Prioriſſa deſignanda, & adminiſtrandi Sacramentum Euchariſtiæ Monialibus.

ROMANA.

Seſs. 22. decret. de obſervan., & evitan. in celebr. Miſs.

I. *An, & in qua quantitate ſit calculandus valor medietatis Domus, de qua agitur.*

II. *An, & ad cujus rationem ſint calculandi fructus dicti valoris, in caſu &c.*

Ad I. Valorem medietatis Domus eſſe calculandum in ſcutis 1800.. Ad II. Fructus eſſe calculandos ad rationem ſcut. 2. 80. pro quolibet centenario.

REATINA.

Seſs. 22. decret. de obſervan., & evitan. in celebr. Miſs.

An Clerici Beneficiati in Eccleſia Reatina erecti a Cardinali Pompejo Columna anno 1510. teneantur ſinguli applicare Miſſas duas hebdomadales, itaut ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis anno 1715. in caſu &c.

Prævio receſſu a deciſis non conſtare de onere applicandi.

FE-

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

FERETRANA.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatum, in casu &c.

Quoad dispositiones Gratiosi, & Angeli Remigii Negativè, & amplius; In reliquis utatur jure suo.

Sess. 24. cap. 3. de Reform.

ANDRIEN. Consultissimo Sacræ hujus Congregationis judicio edito *die* 10. *Februarii* 1759., ac Episcopo postea contradicente confirmato *diebus* 26. *Novembris* 1763., *ac* 12. *Maii* 1764. statutum jam est, in Civitate Andriæ Ecclesiam Cathedralem esse unicam Parochialem, ejusque Capitulum unicum Parochum totius Civitatis, & Territorii; Ecclesiam verò S. Nicolai meram esse Coadjutricem in administratione Sacramentorum. *Die* autem 20. *Septembris proximè effluxi* determinata quoque fuit certa ejusdem Civitatis regio suis finibus circumscripta, ac tertiam Populi partem complectens, intrà cujus ambitum Ecclesia S. Nicolai Sacramenta ministret.

His constitutis, reliquum nunc est, ut, ad novas præcidendas controversias, modò præscribantur, quæ jura ad officium Parochi pertinentia exerceri queant a Capitulo Cathedralis tum in Ecclesia Coadjutrice Curæ, tum in Populum degentem in circuitu huic præfinito, quibusve obligationibus eadem Coadjutrix, sive Vicarius ibi præficiendus in iis, quæ ad Curam pertinent Animarum obstringatur ergà Capitulum, qua verum Parochum.

Multiplex rerum congeries in 25. quæsita dispertita est ad faciliorem decisionem. Prima inspectio est de nominatione, & electione Vicarii ad exercendam Curam in Ecclesia Coadjutrice. Undecim mox sequuntur de juribus funerum quæstiones. Agunt duo dubia de Processionibus gerendis in Ecclesia S. Nicolai. Differitur sex aliis de norma servanda in eo, quod pertinet ad implementum Præcepti Paschalis. Reliqua respiciunt facultatem delegandi licentiam conferendi Sacramenta Baptismatis, & Matrimonii, jus publicandi proclamata, litteraſque monitoriales, asservationem Codicum Parochialium, jus exhibendorum Sacramentorum degentibus extra Civitatem in Territorio; divisionem denique emolumentorum provenientium ab exercitio Curæ Animarum.

Ad I. tuetur Capitulum Cathedralis, sibi dumtaxat jus esse nominandi, & eligendi ex gremio Ecclesiæ S. Nicolai unum, vel plures Sacerdotes ab Episcopo approbandos ad exhibenda Sacramenta in eadem Ecclesia. Ipsum esse unicum totius Civitatis Parochum, unicum totius populi Rectorem;

rem ; Sibi à jure in *Cap. Extirpand.* §. *Qui verò de Præbend.*, *& Tridentina Synodo ſeſs.7. cap.7. de reformat.*, *& ſeſs. 21. cap.4. de reform.* commiſſum onus, ut tot ſibi adjungat Sacerdotes, quot ad Sacramenta exhibenda ſufficiant ; ad ipſum propterea pertinere jus deputandi, præficiendique in Eccleſia S. Nicolai Sacerdotem, ſeù Sacerdotes, qui ibi Sacramenta miniſtrent. *Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. num. 33.*, *Barboſ. ad Concil. d. ſeſs. 7. cap. 7. num. 28.*, *& de jur. Eccl. lib. 3. cap. 6. num. 63.*

Sacerdotes in eadem Eccleſia exhibituros Sacramenta nil juris proprii habere ; Supplere vices Parochi ; Vicario hujus jure, & nomine omnia gerere ; In ejus auxilium aſſumi. Congruum idcircò eſſe, ut tamquam Rectoris Miniſtri ſecundum ejus voluntatem ſeligantur *Piton. diſceptat. Eccleſ. 27. num. 16.* Ideò *S. Pius V. in Conſtitut. 47.* incipien. = *Ad exequendam*, mandaſſe, ut ad nominationem Abbatis curam habentis habitualem deputetur Vicarius ad exercendam actualem. Ita inſuper pacto conventum in erectione Vicariæ. Optimo itaque jure ipſum petere, quod Sacri Canones, Conciliaris diſpoſitio, Pontificiæ Conſtitutiones, placita Partium præſcribunt *Piton. d. diſcept. Eccleſ. 27. num. 16.*

Nec contendi poſſe, ut exercitium Curæ ſine nominatione concredatur omnibus dictæ Eccleſiæ Presbyteris vel per turnum, vel per hebdomadas, vel per dies adimplendum : Cum id repugnet Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſecundum quam non niſi certo Vicario per Epiſcopum approbando Animarum cura eſt committenda *cap. Sicut 21. quæſt. 2.* Servari ita in Eccleſia Cathedrali.

Contendit quoque Capitulum, poſſe hos Vicarios ad ejus nutum amovere, prætexens, de hac poteſtate ſibi caviſſe in erectione Vicariæ, ideoque amotionis arbitrium ſibi non eſſe negandum : Similem legem ſervaſſe, ait, Sacram Congregationem in *Caſſanen. Præeminentiarum 5. Junii* 1734. Ab ea non abhorrere Sacrum Concilium Tridentinum, ſi præſertim Cura habitualis exiſtat penès Capitulum, nec ulla urgeat juſta cauſa, cur ab illa recedatur : Nullam hic concurrere ejuſmodi cauſam : Ex iis immò, quæ in præteritum tentarunt Presbyteri S. Nicolai, arguere facilè poſſe Sacram Congregationem, quid timendum ſit lege amovibilitatis ſublata.

Ad quæſtiones circa funera accedendo, contendit Capitulum Cathedralis, in aſſociatione Cadaveris levandi in ambitu Eccleſiæ S. Nicolai, & in ea, vel in quavis altera tumulandi, ipſo Capitulo interveniente, munus Parochi non a Vicario S. Nicolai, ſed ab Archipresbytero ipſius Capituli, qua ſuo Vicario nativo, eſſe peragendum. Ita poſtulare tum præcellentiam ſuæ Eccleſiæ Cathedralis, *Manſ. conſultat. 589. num. 10.*, *Card. de Luc. de Præeminent. diſc. 21.*

diſc. 21., *Gavant in Enchir. verb. Eſſequie in addit. num.primo*, *Pignattel. tom. 6. conſult.* 21. *num.*19., tum prærogativam qualitatis veri Parochi in tota Civitate unicè penes ipſum extantis *Barboſ. in Summ. deciſ. Apoſt. Collect.* 122. *num.*6., *Sarſanton. tom.*3. *addit.* 5. *num.*18.; Et id favore Capituli ſtatuiſſe S.Congregationem Rituum in *Andrien. Functionum* 18. *Julii* 1671.

Hinc parum referre, quod Cadaver proponatur levandum in ea Civitatis parte, quæ decreto Sac. Congregationis abſtracta a reliquis ejuſdem Civitatis partibus aſſignata fuit Eccleſiæ S. Nicolai. Reſpondet enim, nihil id detraxiſſe ex jure Parochiali, & juriſdictione, quam Capitulum ſuper illa habebat, cum non diviſio formalis Parochiæ, ſed nuda materialis diſtinctio facta fuerit pro ſola commodiori Sacramentorum adminiſtratione, illæſo apud Capitulum perſiſtente jure Parochiali,quod antea obtinebat ſuper parte diviſa *De Nicol. Prax.Canon. tom.*2. *litt.P. §.*3., *Rot. coram Anſald. deciſ.* 413. *num.*6.

Potiori verò jure ſervandum id ipſum ſuſtinet in caſu oppoſito, quod Cadaver levandum ſit in ambitu Cathedralis, & humandum, vel in Eccleſia S. Nicolai, vel in alia quavis filiali, tametſi non ipſum Capitulum ad peragendum funus, ſed ejus Archipresybter ipſum repræſentans accedat. Inquit enim, ſoli Parocho jus eſſe ſepeliendi juxta Eccleſiaſticos ritus vel per ſe, vel per Vicarium Cadavera Parochianorum *Cap.* 1., *& 2. de Sepultur. in 6.*, *Clement. Dudum §. Verum eodem titul.* Hoc jus non ceſſare per tumulationem explendam in Eccleſia exiſtente in territorio ipſius Parochiæ *Cap Eccleſias* 15. *quæſt. prima*, *& Cap. Quicumque Cauſ.*16. *quæſt.*1. Ceſſare proindè non debere, ſi Parochianus Capituli tumuletur in Eccleſia S. Nicolai, cum extet & ipſa in territorio Parochiali Capituli unici Parochi totius Civitatis.

In hypotheſi autem Cadaveris levandi in ambitu S. Nicolai, & humandi in aliqua ex ſex Eccleſiis filiabus, non negat Capitulum illius Vicario jus aſſociandi Cadaveris ad januam uſque Eccleſiæ tumulantis,contendit tamen ad ſuum Archipresbyterum pertinere reliquas funebres functiones in eadem Eccleſia, veluti ſita in territorio Capituli unici Parochi, cujus jura non decet, Presbyteros S. Nicolai vel lædere, vel confundere. Hanc in pari caſu fuiſſe ſententiam Sac. Congregationis Rituum, ut refert *Talut decret.* 784.; Eam quoque hujus Sac.Congregationis in *Comen. Functionum* 17. *Maii* 1749.

Eveniente vero caſu, ut vel miniſtranda ſint Sacramenta, vel danda ſepultura alicui ex Canonicis, ſive Presbytero, ſive Clerico ſervitio Cathedralis addicto, vel ægrotanti, aut abſque electione ſepulturæ decedenti in ambitu S.Nicolai, dubietate vacare inquit Capitulum, quin illi exhibenda

benda ſint ab ejus Archipresbytero Sacramenta, atque decedens in Cathedrali ſit ſepeliendus, quia Canonici, Preſbyteri, Clericique Cathedralis in aliena Parochia degentes non hujus, ſed Cathedralis, in qua Sacra peragunt, & ſpiritualibus reficiuntur, dicuntur Parochiani *Amoſtaz. de Cauſ. Pils lib. 6. cap. 2. num. 50.*, *Franc. de Eccleſ. Cathedral. cap. 17. num. 14.* Æquum eſſe propterea, ut Capitulo jus Sacramenta adminiſtrandi, & ſepeliendi Cadaver ſui Parochiani tribuatur.

Contrarium eſſe debere ſubſtinet, ſi quis ex Presbyteris, vel Clericis S. Nicolai habitans in ambitu Cathedralis ægrotetur, vel moriatur non electa ſepultura. Hunc enim affirmat eſſe Parochianum Cathedralis tùm propter habitationem, tum ob Cathedralis prærogativam, nam ipſa, & Matrix, & communis omnium habetur Parochia *Francés de Eccl. Cathedral. cap. 17. num. 27., & num. 58.*; Andriæ præſertim, ubi eſt unica Parochialis, proindeque non ab alio, quam a Capitulo exhiberi debere illi Sacramenta licèt Preſbytero, vel Clerico Eccleſiæ S. Nicolai, cum hæc etsi hodie Collegiata non gaudeat ad inſtàr Cathedralis jure parochiali *Samuel. de Sepultur. contr. 2. concluſ. 3. num. 29.*, *Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 21. num. 142.* Idemque dicendum, ait, de funere illi dando, nam hoc cum adminiſtratione Sacramentorum æquo jure procedit *Cap. 1. de Sepultur. cap. Is qui, & cap. licet eod. tit. in 6.*, *Statut. Cleri Roman. cap. 3. §. 1.*

Putat ulterius Capitulum, in Cathedrali privativè funerandos eſſe decedentes in ambitu Eccleſiæ S. Nicolai ſinè electione ſepulturæ, nec eam habentes gentilitiam. Nam cum eadem Eccleſia non ſit Parochialis, carere debet jure ſepeliendi, quod eſt jus proprium Parochi. Hinc ſequi, non niſi in Cathedrali illos eſſe tumulandos. Sic fuiſſe definitum *anno 1524.* ſolemni re judicata, quæ non patitur, ut ſopita jam negotia in contentionem iterum adducantur *Leg. fin. Cod. de fid. inſtrument.*

In eventum tamen, quod illorum Cadavera humari debeant, vel in eadem Eccleſia S. Nicolai, vel in alia Civitatis, præter Cathedralem, tria Capitulum proponit, primum, quod in aſſociatione levanda ſit Crux Cathedralis, tametſi non interveniat ipſum Capitulum, ſecundum, quod ſibi tradatur quarta funeralis, tertium, quod in ſingula funera ei præſtentur ſexdecim caballi.

Quoad primum repetit, Cathedralem eſſe unicam Parochialem Civitatis, Eccleſias omnes in ſuo Territorio ſitas, illam S. Nicolai meram eſſe Coadjutricem in adminiſtratione Sacramentorum, proindeque Crucem non propriam, ſed Parochialem levandam eſſe in aſſociationibus Cadaverum, quæ ſunt functiones Parochiales. Bis ità declaraſſe S. Rituum Congregationem tum *decreto* 152. tranſcripto pe-

nès *Talù*, tum *altero* relato ab *Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib. 6. cap. 2. num. 22.*

Quoad ſecundum ſuffragari ſibi blanditur Conſtitutionem incipien. *Romanus Pontifex* ſan. mem. Benedicti XIII. imperantem traditionem Quartæ ergà Parochum defuncti in aliena Eccleſia tumulati; favere quoque obſervantiam.

Æquitatem tertiæ petitionis repetit a litterali pacto in erectione Vicariæ = *quod de omnibus defunctis, ſive Cadaveribus ſepeliendis in dicta eorum Eccleſia dicti Cappellani Sancti Nicolai ſolvere teneantur quolibet anno, in ſignum ſubjectionis Cathedrali, caballos ſexdecim pro quolibet defuncto* = Addit pactionem hanc debitæ executioni ſemper fuiſſe mandatam.

Hactenus de juribus funerum. Progrediendo nunc ad alia varii generis, hæc ab eodem titulo unicæ Parochialis in tota Civitate inſidentis penès Cathedralem, & munere unici Parochi cuncta derivant. Hinc a Capitulo contenditur, Presbyteros S. Nicolai non poſſe ullam, vel privatam, vel publicam agere Proceſſionem vel intra, vel extra ambitum ſibi aſſignatum, niſi ſub Cruce Cathedralis, & petita venia ab Epiſcopo, & aſſenſu a Capitulo: ait quippe, totum Civitatis Territorium eſſe proprium Capituli, & Cathedralis: Proceſſiones autem per Territorium Parochiæ duci non licere, niſi ex ejus conſenſu, & erecta Cruce Parochiali, *Barboſ. in Collect. Apoſtol. deciſ. ſelect.* 234. *num.* 8., *Pignatell. conſultat. Canon. tom.* 8. *conſultat.* 73. *num.* 96., *& ſequen.*, ubi plura refert decreta Sacræ Congregationis Rituum.

Hinc etiam ſequi, in Pagellis in Eccleſia S. Nicolai diſtribuendis ad probationem implementi præcepti Paſchalis, titulo illius Eccleſiæ adjiciendam eſſe ejus qualitatem Coadjutricis cum ſubſcriptione Archipresbyteri: ab hoc illas eſſe recolligendas, vel ſaltem a Vicario S. Nicolai certiorandum de iis, qui præceptum Paſchale non adimpleverint. Expedire, ut in pagellis exprimatur qualitas Eccleſiæ S. Nicolai, ad evitanda futura præjudicia, & confuſiones; ut adjiciatur inſuper ſubſcriptio Archipresbyteri ad conſervandam memoriam totius juris Parochialis penès Capitulum. Civitatis morem jam induxiſſe, ut eædem pagellæ recolligantur ab Archipresbytero; At ubi hoc onus rejici contingat in Vicarium S. Nicolai, in eum quoque rejiciendam ſaltem obligationem exhibendæ quotannis Archipresbytero notulæ eorum, qui præcepto ſatis non fecerint, ut poſſint ab Archipresbytero moneri, & referri reluctantes ad Epiſcopum puniendi.

Solius pariter Archipresbyteri partes eſſe contendit, Confeſſariis ſignificare non admittendos ex juſtis cauſis ad ſuſceptionem Sacramentorum, cum id munus ſit Parochi privativum *Barboſ de poteſt. Parochi lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 18. *&* 20.: Dare itidem licentiam, ut legitimo impedimento detenti,

tenti, præcepto Paſchali alibi, quam in Cathedrali,& Eccleſia Coadjutrice ſatisfaciant, nam prærogativa hæc non Epiſcopo tantùm, ſed Parocho etiam ineſſe cenſuit Sacra hæc Congregatio in *Januen.* 22. *Martii*, *&* 26. *Aprilis* 1749.: In Civitate Andriæ ſociam eſſe quoque conſuetudinem.

Præterea declarari petit, degentibus in ambitu S. Nicolai præcepto Paſchali adimplere licere in Cathedrali, cum hęc ſit communis Parochia, immò unica Parochialis totius Civitatis, quare omnes poſſe Eccleſiæ præeepto ibi ſatisfacere *Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *de Sacrament. Pœnit. cap.* 5. *num.* 10.

Licere ulterius eidem Archipresbytero aliis Sacerdotibus mandare poteſtatem conjungendi in matrimonium, & conferendi Sacramentum Baptiſmatis in quavis Civitatis Eccleſia ſibi magis beneviſa, cum non Epiſcopo tantùm, ſed etiam Parocho tributa ſit ea poteſtas a Sac. Concil. Tridentino *ſeſs.*24. *de Reform. cap.primo*, maximè quia ita ſemper fuit in Civitate ſervatum. Id verò non licere Vicario S. Nicolai, quia exercitium Curæ ſibi datum nequit aliis implendum mandare *Card. de Luc. de Paroch. deciſ.*17., *Piton.diſcept.Eccl.*27.*num.*34.

Præter hæc Capitulum ait, in ſola Cathedrali publicandas excommunicationes, litteras monitoriales, ac denunciationes Matrimoniorum contrahendorum, & Clericorum promovendorum ad Ordines. Decere enim hos actus fieri in ea Eccleſia, in qua major eſt frequentia Populi, ut ad omnium notitiam perveniant. Oportere proindè, ut fiant in Eccleſia Cathedrali ob præſumptum ad eam majorem Populi concurſum *Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap.*17. *num.*27. difficultate omni id vacare quoad denunciationes Matrimoniorum, ſemel ac Cathedralis eſt unica Parochialis, nam illas Parochis commiſit Tridentina Synodus *ſeſs.*24. *cap.primo de Reformat.*. His perennem addi etiam obſervantiam.

Declarari petit inſuper Capitulum, Vicario S.Nicolai ineſſe onus deferendi quotannis ad Archivium Cathedralis libros Baptizatorum, Confirmatorum, junctorum in Matrimonium, Mortuorum, ac ſtatus Animarum. Hos enim libros exarandos tradunt *Nicol. Prax.Canon.tom.*2.*litt.P.*§.2.*de offic. & juriſdict.Paroch.*, *Poſſuin de offic. Curat. cap.* 6. *num.* 48.: Cum autem Concil.Tridentin. *ſeſs.*24. *cap.*1.*&* 2. *de Reform.* diligentem eorum cuſtodiam commendet Parochis, Eccleſiam propterea S. Nicolai non Parochialem, ſed meram Coadjutricem refugere non poſſe obligationem illos deferendi ſingulis annis ad Archivium Cathedralis unicæ Parochialis, ut ibi cuſtodiantur. Hanc normam fuiſſe traditam a Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium anno 1733. juxta reſolutionem relatam in *Folio Sac. Congre-*

gationis diei 29. Julii 1752. in una Albinganen. Curæ Animarum, & Functionum §. 2. Eam in Civitate Andriæ usu esse receptam.

Substinet deindè, jus administrandorum Sacramentorum habitantibus in Territorio extra mœnia Civitatis ipsi uni tantùm competere ex sæpiùs repetito fundamento, quod Cathedralis est unica Parochialis, & simul Ecclesia Matrix; Ideòque Agricolas, Advenas, Forenses in eadem suscipere debere Sacramenta, ibique sepeliri, si decedant absque electione Sepulturæ *Pignatell. consult. 109. num. 14. tom. 9., Recluf. de re Paroch. tit. 6. part. 1. num. 87. & seq., Rot. decis. 413. num. 13. cor. Ansald.*

Denique proponitur declarandum, quomodo sit providendum super partitione emolumentorum provenientium ab exercitio Curæ Animarum. Tuetur Capitulum, ea dividenda in duas æquas partes, & earum alteram ad se pertinere. Ait ita statutum fuisse in originaria erectione Vicariæ Sancti Nicolai; ab hac lege non fuisse recessum in sequenti concordia anni 1446., immò illam confirmatam postremis pactionibus anni 1634., & ex æquo semper emolumenta fuisse divisa. Nec, per superventam materialem divisionem administrationis Sacramentorum Sacram hanc Congregationem intellexisse quidquam præjudicii irrogare juribus Cathedralis unicæ Parochialis: ità fuisse expresse cautum in Instrumento erectionis Vicariæ.

De amovibilitate Vicarii S. Nicolai spectata dubii forma non quæritur. Prætereà Tridentina Synodus *sess. 7. cap. 7. de reformat.*, ut malis occurreret, quæ Animarum saluti proveniebant ex ejusmodi Operariis ad nutum amovibilibus, potestatem fecit Episcopis deputandi Vicarios perpetuos, nisi ipsis Ordinariis aliter expedire videretur. Ponderandum àn Vicarii S. Nicolai esse possint ad libitum Capituli amovibiles.

Pro nominatione, & electione Vicarii, & quidem ad Capituli nutum amovibilis suffragatur responsum Sac. hujus Congregationis *in Nuscana 14. Aprilis 1764. ad 3. Dubium*. Quoad jura funerum, implementum præcepti Paschalis, aliaque similia jura aptè conferunt congesta *in folio diei 29. Februarii 1744. in Neapolitana Decretorum*, ubi promiscuè de his agitur; Ad Processiones, quod attinet, aliqualitèr proficit resolutio capta *in Bononien. 15. Maii 1728. ad ultimum Dubium*; Et de emolumentis derivantibus ab exercitio Curæ Animarum actum fuit in *Nullius Orbetelli 28. Aprilis 1736. ad 2. dub., & in Policastren. Procurationis prima Junii 1737., & 13. Decembris 1738. ad 7. dubium*.

Presbyteri S. Nicolai verbis quidem publicè, & palàm profitentur, sua maximè interesse, ut controversiis imponatur tandem finis, sæpiùs tamen moniti nihil adhuc ex scripto exhibuerunt. Circumferent forsan eorum libellos EE. VV., quæ

quæ rogantur ea, qua aſſolent juriſprudentia definire

I. *An electio unius, aut plurium Vicariorum pro exercitio adminiſtrationis Sacramentorum in ambitu Eccleſiæ S. Nicolai Coadjutricis ſit facienda a Capitulo Eccleſiæ Cathedralis unico Parocho habituali, & ad ejus nutum, in caſu &c.*

II. *An in aſſociationibus Cadaverum defunctorum in ambitu dictæ Eccleſiæ S. Nicolai, & tumulandorum in quavis Eccleſia ſivè Sæculari, ſive Regulari ejuſdem ambitus, interveniente tamen Capitulo Cathedralis, munus Parochi expleri debeat a Vicario dictæ Eccleſiæ S. Nicolai, ſeu potius a Vicario Capituli Cathedralis, in caſu &c.*

III. *An, & a quo jus Parochiale ſit exercendum in funeribus Cadaverum defunctorum in ambitu Cathedralis, & tumulandorum in dicta Eccleſia S. Nicolai, aut in ambitu ejuſdem Eccleſiæ, & tumulandorum in quavis Eccleſia ambitus Cathedralis, in caſu &c.*

IV. *An, & cui competat d. exercitium Parochiale, quando Cadavera levanda ex ambitu dictæ Eccleſiæ S. Nicolai ſepelienda ſunt in aliqua ex Eccleſiis filiabus Cathedralis; in caſu &c.*

V. *An Canonicis, ſivè Presbyteris, aut Clericis adſcriptis ſervitio Cathedralis, & habitantibus in ambitu dictæ Eccleſiæ S. Nicolai in caſu infirmitatis Sacramenta ſint miniſtranda a Vicario Cathedralis, ſeù potius à Vicario d. Eccleſiæ S. Nicolai; in caſu &c.*

VI. *An iiſdem decedentibus abſque electione Sepulturæ, nec alibi eam habentibus ſepeliri debeant in Eccleſia Cathedrali; in caſu &c.*

VII. *An Presbyteris, ſeu Clericis adſcriptis ſervitio dictæ Eccleſiæ S. Nicolai, & habitantibus in ambitu Eccleſiæ Cathedralis in caſu infirmitatis Sacramenta ſint adminiſtranda a Vicario dictæ Eccleſiæ S. Nicolai, ſeu potius a Vicario Cathedralis: in caſu &c.*

VIII. *An, iiſdem decedentibus abſque electione Sepulturæ, nec alibi eam habentibus, ſepeliri debeant in dicta Eccleſia S. Nicolai; in caſu &c.*

IX. *An decedentes in ambitu dictæ Eccleſiæ S. Nicolai ab inteſtato, aut cum Teſtamento nulla facta electione ſepulturæ, nec illam gentilitiam habentes in dicta Eccleſia ſepeliri debeant privativè in Eccleſia Cathedrali, uti unica Parochiali; in caſu &c.*

X. *An in aſſociationibus Cadaverum Defunctorum in ambitu dictæ Eccleſiæ S. Nicolai, & tumulandorum in ead. Eccleſia, vel in alia præter Cathedralem, & ejus Eccleſias filiales minimè interveniente Capitulo Cathedralis Vicarius dictæ Eccleſiæ S. Nicolai teneatur levare Crucem Parochialem a Cathedrali, ſeù potius poſſit uti propria Cruce, in caſu &c.*

XI. *An Capitulo Cathedralis debeatur quarta funeralis pro omnibus*

bus tumulationibus faciend. a d. Ecclesia S. Nicolai ; in casu &c.

XII. *An dicta Ecclesia S. Nicolai teneatur contribuere Caballos sexdecim pro singulo Cadavere tumulando in ipsa Ecclesia ; in casu &c.*

XIII. *An in omnibus processionibus etiam solemnibus, & funebribus explendis a Presbyteris dictæ Ecclesiæ S. Nicolai intra, aut extra proprium ambitum levanda sit Crux Parochialis a Cathedrali, seù potius uti possint propria Cruce ; in casu &c.*

XIV. *An pro dd. processionibus petenda, & obtinenda sit licentia non tantum ab Episcopo, sed etiam a Capitulo unico Parocho ; in casu &c.*

XV. *An in pagellis distribuendis ad probationem adimplementi præcepti Paschalis in dicta Ecclesiæ S. Nicolai ultra titulum d. Ecclesiæ S. Nicolai addi debeat alter coadjutricis Cathedralis cum subscriptione Archipresbyteri, in casu &c.*

XVI. *An, & a quo recolligi debeant dd. pagellæ in casu &c.*

XVII. *An Vicarius, sivè Vicarii dictæ Ecclesiæ S. Nicolai, quolibet anno adferre debeant Rño Archipresbytero Vicario Capituli Cathedralis notulam eorum, qui Paschale præceptum non adimpleverint, in casu &c.*

XVIII. *An solus Reverendissimus Archipresbyter certiorare debeat Confessariis illos, quibus justis de causis sacramenta non sint administranda, in casu &c.*

XIX. *An soli Archipresbytero competat licentiam dare invalidis, aut alias legitimè impeditis adimplendi præcepto Paschali in alia Ecclesia præter Cathedralem, & Coadjutricem, in casu &c.*

XX. *An degentibus in districtu dictæ Ecclesiæ S. Nicolai liceat adimplere præcepto Paschali in Ecclesia Cathedrali unica Parochiali in casu &c.*

XXI. *An, & cui jus competat concedendi licentiam aliis Sacerdotibus conjugendi in Matrimonium, & administrandi Sacramentum Baptismi sivè in Ecclesia Cathedrali, sivè in dicta alia S. Nicolai, sivè in quacumque alia Civitatis Andriæ, & sui Territorii, in casu &c.*

XXII. *An in sola Ecclesia Cathedrali unica Parochiali publicari debeant excommunicationes, litteræ Monitoriales pro rebus deperditis, nec non denunciationes occasione Matrimoniorum contrahendorum, & Clericorum promovendorum in casu &c.*

XXIII. *An in fine cujuslibet anni Vicarius, seu Vicarii dictæ Ecclesiæ S. Nicolai adferre debeant ad Archivium Ecclesiæ Cathedralis quinque libros Parochiales, in quibus baptizati, confirmati, in matrimonium conjuncti, mortui, ac status animarum fuerint descripti ; in casu &c.*

XXIV. *An jus administrandi sacramenta habitatoribus extra mœnia Civitatis Andriæ competat Capitulo Ecclesiæ Cathedralis unicæ Parochialis totius Civitatis, & Territorii ; in casu &c.*

XXV. *An,*

XXV. *An, & quomodo sit providendum super partitione emolumentorum provenientium ab exercitio Curæ animarum; in casu &c.*

Dilata ad primam, & detur dubium juxta mentem.

AQUIPENDIEN. CATHEDRATICI. Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ SS. Apostolorum Joannis, & Andreæ Oppidi Canini Aquipendiensis Diœcesis constat ex Archipresbytero, & Canonicis, quorum singuli, præter communem Massam particulares obtinent præbendas ab unoque pro libito administratas. Archipresbyter prima Dignitas est, Curam Animarum exercet, & ultra suam præbendam duplicatam percipit portionem ex Massa Capitulari. De hoc Archipresbyteratu anno 1754. provisus fuit Sacerdos Laurentius Mancinelli. Quum vero, ultra Cathedraticum in scutis duobus solvi solitum a Capitulo, Promotor Fiscalis anno 1763. aliud Cathedraticum in scuto uno, & obulis quinque etiam pro tempore præterito exigere sategerit ab Archipresbytero ratione Parochiæ, & ob id sub sequestro posuerit decimales redditus ad ipsum pertinentes, hinc Archipresbyter, ut ab hoc onere distincti Cathedratici immunis declaretur, justitiam S. Congregationis implorat. *Sess. 23. Cap. 3. de Reform.*

Asserit idem Archipresbyter, cui adhæret Capitulum, se cum cæteris Canonicis unicum Corpus Ecclesiæ Collegiatæ constituere; ideo unicum tantum Cathedraticum in communi ab omnibus membris ejusdem Capituli esse Episcopo præstandum *Can. Placuit*, *Can. Illud te*, *& Can. final.* 10. 9. 3., *& in cap.* 4. *tit.* 5. *Concilii Romani*.

Addit sibi inutiliter objici, quod distinctam habeat præbendam, vel duplicatam portionem ex Massa Capitulari percipiat; hæc enim nec distinctum ab Archipresbyteratu prima Capituli Dignitate titulum præseferre, nec efficere, ut Archipresbyter duplicem personam repræsentet, alteram membri Capituli, alteram Parochi.

Advertit, se curam tantum actualem habere, apud Capitulum habitualem residere. Canonicos ultra suam particularem præbendam de emolumentis quoque Parochialibus participare. Quare sicut Canonici nec ratione Curæ, nec ob particularem præbendam ad distinctum Cathedraticum tenentur, ita nec ipsum ad illud solvendum esse adstringendum.

Subsistinet demum, spernendam esse assertam partitam rubricellæ anni 1705. tum quia est manifeste injusta, tum etiam quia nullibi constat, de mandato illius temporis Episcopi con-

conſcriptam fuiſſe poſt celebratum Concilium Romanum, tum demum quia nunquam executioni fuit demandata. Ipſum ab anno 1754., quo de Archipresbyteratu fuit proviſus, nunquam diſtinctum Cathedraticum perſolviſſe; hinc concludit, injuſte ab Epiſcopo perceptum Cathedraticum ſibi eſſe reſtituendum, ac ſequeſtra eſſe removenda.

Promotor vero Fiſcalis tuetur, omnes Parochos ratione Parochialitatis teneri ad ſolutionem Cathedratici erga Epiſcopum in ſignum ſubiectionis *Cap. Inter cætera* 10. *quæſt.* 3. *Fagnan. in Cap. Conquerente de Off. Ordin. num.* 44. idque innovatum fuiſſe in Concilio Romano *cap.* 4. *tit.* 8. *de Off. Ordin.*, hoc onus proinde ineſſe quoque Archipresbytero Eccleſiæ Collegiatæ Terræ Canini Curam Animarum per ſe exercenti ratione Parochialitatis cum ejus Dignitate conjunctæ.

Contendit, Archipresbytero ſuffragari non poſſe Cathedraticum, quod a Capitulo ſolvitur in communi, quia Cura actualis non penes Capitulum, ſed penes Archipresbyterum extat; ideo Archipresbyterum diſtinctam rationem Curæ præbendam poſſidere; ipſum de omnibus Parochialibus emolumentis privative participare: hinc ſequi, ut ratione Curæ adnexæ Archipresbyteratui diſtinctum Cathedraticum debeatur Sac. Congregatio in *Amalphitana Cathedratici* 5. *Septembris* 1705. *lib.* 55. *Decret. pag.* 326., & 26. *Februarii* 1707. *lib.* 57. *Decret. pag.* 67.

Inutiliter vero ad contrariam obſervantiam ab Archipresbytero recurri, quum Cathedraticum neque ab Epiſcopis ſaltem in totum remitti, neque ullo titulo, aut etiam immemorabili conſuetudine præſcribi poſſit, præſertim in caſu, quo ſtatim poſt Concilium Romanum in libro proventuum Menſæ Epiſcopalis inſcriptum fuit Cathedraticum ab Archipresbytero debitum.

His poſitis proſequitur Promotor, inaniter peti ab Archipreſbytero reſtitutionem Cathedratici jure debiti, & juſte exacti, firmaque eſſe ſervanda ſequeſtra, ut integra Cathedratica etiam pro præterito non ſoluta exigantur. Quæ enim rite, rectèque geſta ſunt, nullo modo eſſe revocanda, ſed ſancta, tectaque ſervanda.

Cathedraticum, quod propter honorem Cathedræ Epiſcopalis, & in ſignum ſubjectionis annuatim Epiſcopo ſolvitur, primis Eccleſiæ ſæculis a conſuetudine potius, quam a lege manavit. Synodus Bracharenſis præſtandum a Capitulis, & Eccleſiis Parochialibus Cathedraticum Epiſcopo prima omnium mandavit, *Can. Placuit cauſ.* 10. *quæſt.* 3. Illud vero ab omnibus etiam aliis quibuſcunque Cappellis, & Beneficiis Eccleſiaſticis ſolvi, per viam legis univerſalis ſtatutum fuit ab Honorio III. *in Cap. Conquerente de Off. Ordin.*

Benedictus XIII. anno 1725. ut innumeris, qui invaluerant, abuſibus occurreret, in Concilio Romano *tit.* 8. ita diſpo-

ſuit =

uit = *Ipſo communi jure eſt cautum, ut Epiſcopis Cathedraticum a Clericis debeatur, quod eſt duorum ſolidorum, viginti ſcilicet julionum, cenſus Cathedrali Eccleſiæ ſolvendus, in ſignum honoris, & ſubjectionis Cathedræ Pontificali. Jus ſane, inter cætera Epiſcopalia, ita privilegiarium, ut neque ab Epiſcopis in totum remitti, nec a quoquam valeat quocunque titulo, vel immemorabili conſuetudine præſcribi. Quod ſi forte aliquid ſub alio, vel fixorum munerum, vel Xeniorum nomine offeratur, decernimus, ut ab Epiſcopis, tamquam qui non præmium, ſed honorem poſtulant, munera, & Xenia recuſentur hujuſmodi, & Cathedraticum dumtaxat, ſummam non excedens prædictam, ab Eccleſiis [non tamen Regularium], & a beneficiatis ſibi ſubjectis, tali etiam volumus moderatione exigatur, videlicet I. Quibus ſunt redditus infra ſcuta decem [idem de ducatis monetæ Neapolitanæ intelligatur] duo julii. II. Quibus ſcuta infra quinquaginta, julii quinque. III. Quibus infra centum, julii decem, IV. Quibus ultra centum, vel quacunque in alia majori ſumma, julii quindecim. V. Ab Eccleſiis vero, ubi plures de Maſſa participant, ab omnibus in communi julii viginti; ſalvis tamen conſuetudinibus Eccleſiis, & Epiſcopis magis favorabilibus.*

Sacra hinc Congregatio Cathedraticum deberi quacunque non obſtante immemorabili conſuetudine reſcripſit in *Maceraten. Cathedratici* 8. *Maji* 1734. *in Caſſanen. Cathedratici* 21. *Maji* 1735., & *in Peruſina Cathedratici* 19. *Novembris* 1735. ac quamlibet majorem taxam abolevit, eamque ad Concilii Romani formam reduxit in dicta *Maceraten. Cathedratici* 8. *Maji* 1734., & *in Auximana, ſeu Cingulana Cathedratici* 31. *Martii* 1759.

De jure exigendi Cathedraticum, & de nonnullis quæſtionibus Cathedraticum reſpicientibus late ſan. mem. Benedictus XIV. *de Synodo Diœceſana lib.* 5. *cap.* 6., & 7.

De Canonicis vero, vel Beneficiatis unum, idemque Corpus conſtituentibus, diſputato Dubio in una *Firmana Cathedratici = An Capitulares, & Beneficiati S. Elpidii, quatenus habeant præbendas diſtinctas a Maſſa communi, teneantur ſolvere Cathedraticum pro qualibet eorum præbenda, ultra Cathedraticum in communi* = Congregatio Particularis ſuper Cathedraticis deputata reſcripſit die 29. Aprilis 1731. *Negative*.

Sacra hæc Congregatio in una *Viterbien. Cathedratici*, qua Canonici novæ fundationis non partecipantes de Maſſa Communi, & peculiarem præbendam poſſidentes, contendebant, ſe non uti ſingulos, ſed tantum in communi ad Cathedraticum teneri, propoſito Dubio = *An Canonici poſſidentes præbendas diſtinctas, & non participantes de Maſſa teneantur contribuere in communi cum Canonicis de Maſſa ad ſolutionem Cathedratici, ſive potius uti ſinguli pro illorum præbendis cogi valeant ad illius ſolutionem* = Reſcripſit die 7. Aprilis 1742. *Negative ad primam partem, & affirmative ad ſecundam.*

Quid in caſu dicendum ſit, EE. PP. ſua juris ſcientia edicent. Rogantur enim his reſpondere quæſitis:

I. *An Archipreshyter Collegiatæ Cannni teneatur perſolvere Cathedraticum ratione Parochiæ ultra illud, quod perſolvitur a Capitulo dictæ Collegiatæ in caſu &c. & quatenus negative.*

II *An ſit locus reſtitutioni Cathedratici, & remotioni ſequeſtrorum in caſu &c.*

Ad I. Negativè, & amplius. Ad II. Affirmativè, & amplius.

Seſs. 22. Cap. 6. de Reform.

ROMANA, SEU SABINEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Utriuſque Juris Profeſſor, & in Romana Curia Advocatus Cæſar Valentinus originarius Arcis Antiquæ in Sabinis teſtamentariis ſuis tabulis anni 1614. Prioribus, & Communitati Arcis Antiquæ duo legavit Urbana prædia in Urbe ſita ea lege, ut ex penſionibus quotannis ſolveret ſcuta centum Juveni ex ſua Agnatione Romæ ſtudiis operam daturo, & penſiones reliquas multiplicaret ad ſummam uſque ſcutorum mille pro dote filiæ Cæſaris Valentini quondam Joannis Matthæi: Eo autem multiplico completo aſſignari mandavit alia ſcuta centum annua Magiſtro Grammaticæ conducendo in dicta Terra Arcis Antiquæ, & ſi quid adhuc ex penſionibus ſupereſſet, reſervari juſſit pro aliis filiabus, ſi adeſſent, dicti Cæſaris Valentini.

Hæredem univerſalem inſtituit Ven. Archiconfraternitatem Annunciationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ Urbis. Illud autem ei præſcripſit, ut annuo facto Anniverſario, & uno in quolibet menſe ſacro, reliquos introitus totius hæreditatis erogaret = *in collocandis in matrimoninm ſingulis annis in perpetuum tot honeſtis puellis in die feſto S. Valentini Marty. is, quod celebratur de menſe Februarii, prout ab Illuſtriſſima Societate fieri conſuevit in quolibet feſto SSmæ Annunciatæ cujuslibet anni, ſecundum ejus Inſtitutionis decreta, & ſtatuta, ad quos aſcendunt dicti reliqui introitus dictæ ſuæ hæreditatis cum dote ab ipſa Illuſtriſſima Societate aliis dari ſolita, illas addendo numero aliarum*

Declaravit demum in eodem Teſtamento, nullam unquam exaraſſe donationem, ſed tantum aſſignaſſe, & ſolviſſe dotes tribus ibi nominatis puellis ejus conſanguineis, & duabus filiabus cujuſdam ſui Conductoris. Teſtamentum hoc poſterioribus Codicillis anni 1619. confirmavit in omnibus, ſuperaddita tantum Archiconfraternitati obligatione præſtandi annua ſcuta biſcentum Cæſari Oddi filio Tiburtiæ Valentini ejus Neptis, quem voluit, ut aſſumeret cognomen Familiæ Valentini.

Quam-

Quamvis non conſtet, datam unquam fuiſſe per ſpatium fere ſæculi dotem ullam ex fructibus dictæ hæreditatis alicui ex Puellis deſcendentibus a Familia Valentini ; anno tamen 1717., ſodalitio fruſtra contradicente, ex reſcripto hujus Sacræ Congregationis adjudicata fuit dos ſcut. 400. Aquilæ Valentini ſexto gradu Teſtatori conjunctæ: Anno 1724. alia ſcutorum 500. ejuſdem Aquilæ Sorori, annis 1741., & 1750. dotes ſcutorum 240. ſingulis ejus filiabus ; Anno 1761. dotes ſcutorum 500. unicuique ex duabus filiabus Cæſaris Valentini,& demum anno 1762. dotes ſcutorum 300. pro qualibet ex aliis duabus filiabus memoratæ Aquilæ: Videnda ſunt folia Sacræ Congregationis in *Romana ſeu Subinen. Subſidiorum Dotalium* 11. *Aprilis* 1761., & 27. *Martii* 1762.

Harum exemplo excitatæ Maria Anna, & Baſilia Duranti per triplex medium fœminarum a familia Valentini deſcendentes, & decimo gradu ſecundum computationem Iuris Civilis a Teſtatore remotæ, ſupplicant pro congrua dote ſibi juxta familiæ qualitatem, & conſuetudinem aſſignanda. Contradicit Archiconfraternitas, eique adhæret Emus Protector.

Aſſerunt Oratrices, ſe eſſe Teſtatoris conſanguineas, hinc ſibi favere tum expreſſam illius voluntatem elicitam ex plurium conſanguinearum dotatione in Teſtamento enunciata ; tum præſumptam ex ordinata charitate, qua Teſtatores ſemper fovent univerſas Puellas ſibi conjunctas ; hac de cauſa Sac. Congregationem congruam dotem Puellis conſanguineis largiri conſueviſſe. *Romana Dotium* 24. *Septembris* 1718. *Nullius ſeu Montis Caſini Subſidiorum Dotalium* 24. *Septembris* 1729. *Panormitana* 15. *Januarii* 1735., & *in Romana* 8. *Julii* 1752.

Contendunt hoc procedere, licet octavo, vel alio remotiori gradu diſtent, quum affectio Teſtatoris ſive expreſſa, ſive etiam tacita ad quemcunque remotiſſimum gradum extendatur in concurſu præſertim extranearum ; *Rota in Peruſina Subſidii Dotalis* 2. *Maji* 1704. §. *In quem coram Scotto*, & *Sac. Congregatio in Firmana Subſidiorum Dotalium* 9. *Septembris* 1730.

Ipſis objici non poſſe aliarum Puellarum præjudicium, quia eis utpote incertis nullum jus quæſitum eſt ; Hinc conjunctas privandas non eſſe, ut Puellis incertis conſulatur *Rota in Romana ſeu Nurſina Juris nominandi* 6. *Maji* 1729. §. *Abſque coram Millino* ; præſertim quando ipſæ conſanguineæ, prout in caſu, juxta ſui ſtatum pauperes ſunt : *Rota deciſ.* 98. *num.* 9. *coram Durano*.

Advertunt denique, Sac. Congregationem ſemper ex fructibus hujus hæreditatis congruam dotem aſſignaſſe Puellis ex Familia Valentini, licet remotiſſimo gradu Teſtatori conjunctis: iniquum autem eſſe, ipſas tantum ea con-

grua dote privari, qua cæteræ ejuſdem familiæ donatæ ſunt.

Quoad quantitatem decernendam, inquiunt, ſe ex honeſtioribus, & primariis familiis Arcis Antiquæ eſſe: Earum genitricem dotem ſcutorum 500 habuiſſe: hanc eſſe dotem ſolitam puellarum ex primariis familiis Oppidi: eamdem proinde ipſis aſſignandam eſſe: attento præſertim Teſtatoris patrimonio annui redditus ſcutorum 1200. & attenta etiam æquali dote ex benignitate Sacræ Congregationis annis 1724., & 1761. aliis Puellis ex familia Valentini, & iiſdem fere gradibus remotis conceſſa.

Contra Archiconfraternitas SS^mæ Annunciationis ſubſtinet, ſubſidia dotalia in vim ejus Statutorum, quibus ſe conformavit Teſtator, puellis tantum Romanis danda eſſe: iſtas eſſe debere non pauperes paupertate reſpectiva, ſed vere egenas, & miſerabiles: dotes in ſumma tantum ſcutorum triginta ſingulis dari: iniquum autem videri, tot puellas Romanas ſubſidiis dotalibus privari, ut contra claram Teſtatoris voluntatem cumulus dotium fiat pro Oratricibus nec Romanis, nec vere pauperibus.

Addit, iſtis non prodeſſe ſanguinis conjunctionem, quum non ſint deſcendentes a Teſtatore, ſed ex tranſverſo conjunctæ per triplex medium fœminarum, & in decimo gradu, in quo penitus deſinit naturalis charitas, vel expreſſa fœminarum dotandarum vocatio. *Card. Anton. de Luc. ad deciſ. 568. de Franch., & Sac. Congregatio in Romana Subſidii Dotalis 16. Martii 1720 in Ferrarien. Subſidiorum Dotalium 11. Januarii 1756.*

Perperam hinc ex dotibus a Teſtatore adhuc vivente collatis in puellas ſibi cognitas, eique proximiores argui ad dotationem puellarum remotiſſimi gradus, erga quas nec naturalis cadit affectio, nec expreſſa habetur vocatio, immo ex illarum dotatione, & iſtarum præteritione facta in teſtamento, quo hæredem inſtituit Archiconfraternitatem cum onere dotandi puellas juxta formam ejus Statutorum, noluiſſe remotarum conſanguinearum dotationem, iſtiſque præferri voluiſſe Puellas habentes qualitates Statuti Archiconfraternitatis.

Advertit, redditus hujus hæreditatis vix aſcendere, deductis oneribus, ad ann. a ſcuta 700.; plures Puellas ex eadem familia Valentina deſcendere; perpetuam hinc futuram puellarum Romanarum excluſionem, ſi congrua dos ſingulis puellis conjunctis danda foret.

Negat quoque, Oratrices vera paupertate laborare: probat, puellis ex primariis familiis Arcis Antiquæ vix dotem ſcutorum 300. aut 400. pro more conſtitui: advertit, unam ex Oratricibus nempe Annam Mariam jam nuptam eſſe Michaeli Angelo Claudio; incongruum hinc eſſe, ejus nomine dotem poſtulari. *Leg. Dotis appellatio ff. de Jur. Dot.*

Con-

Concludit omni jure a petita Dote Oratrices arcendas esse, non obstantibus exemplis consimilium Dotium alias concessarum, tum quia majus nunc est Puellarum Romanarum præjudicium, tum quia non conveniunt huic thesi iidem termini veræ egestatis, vel ejusdem proximitatis cum Testatore.

Sac. Congregatio Puellas consanguineas extraneis persæpe prætulit. Viden. resolutiones *in Romana Dotium* 2. *Octobris* 1717., & 2. *Septembris* 1718., *in Nullius seu Montis Casini distributionis subsidiorum Dotalium* 24. *Septembris* 1729., *in Camerinen. subsidiorum Dotalium* 20. *Augusti* 1735., & *in Narnien. subsidiorum Dotalium* 17. *Septembris* 1762.

In casu vero vel expressæ Consanguineorum vocationis, vel quando naturalis charitas ex circumstantiis facti erat consideranda, non solum Consanguineas extraneis prætulit pro iisdem dotibus, sed etiam ut eæ cumularentur ad dotem congruam illis constituendam mandavit, ut in *Romana applicationis Legati* 20. *Septembris* 1692., *in Romana Dotium* 2. *Octobris* 1717., & 24. *Septembris* 1718. *in Camerinen. subsidiorum Dotalium* 8. *Augusti* 1733., *in Romana* 22. *Maii* 1757. *ad II. Dub.*, & *in Narnien. subsidiorum Dotalium* 21. *Augusti* 1762.

Quando concurrit expressa Consanguinearum Vocatio, quamvis Consanguinitas desinat in decimo gradu juxta computationem Juris Civilis *§. final. Instit. de Succession.*, & communiter firmant *Tiraquel. de Retract. Lignag.* §. *Primo Gloss.* 9. *num.* 13. & *seq.*, *Mantica de conject. lib.* 8. *tit.* 12, *num.* 46., & 47., *De Marin. resolut.* 131. *num.* 9. *lib.* 7., *Rota decis.* 10. *num.* 6. *tit.* 40. *tom.* 3. *coram Falconerio*, tamen si aliter conjecturæ suadeant, vel verba Testatoris agnationem, seu familiam in tempus perpetuum respiciant, *Sac. Congregatio in Firmana subsidiorum Dotalium* 9. *Septembris* 1730. illam ad quemcunque gradum protraxit.

Si vero deest expressa vocatio, solumque naturalis charitas consideratur, tunc Consanguinitas non videtur excedere quartum gradum ipso jure Civili computandum *Rota decis.* 898. *num.* 3. *coram Emerix jun. in Romana seu Januen. Legati* 5. *Maii* 1698. §. *Similique coram Tremoille*, & *Sac. Congregatio in Romana subsidiorum Dotalium* 12. *Decembris* 1761., & *in Ferrarien. subsidiorum Dotalium* 11. *Januarii currentis anni*.

Sorores Duranti secundum jus Civile distant decimo gradu a Testatore, ut ex arbore circumferenda: perpendendum hinc, an illis prodesse possit naturalis charitas: an expressa consanguinearum vocatio inducatur ex declaratione dotationis trium suarum Consanguinearum a Cæsare in suo Testamento facta: quanti demum æstimanda sint exempla similium dotium Puellis ex eadem familia Valentini descendentibus concessarum.

Sac. Congregatio in una *Perusina subsidiorum Dotalium*, qua Mar-

Margarita Sancini quinto gradu ſecundum jus Civile Teſtatori conjuncta petierat, ſibi Congruam dotem aſſignari ex relictis a Teſtatore ſubſidiis, prout præcedenter aſſignata fuerat Annæ Matri, propoſito Dubio = *An & ad quot annos aſſignanda ſit Margaritæ Sancinæ filiæ Annæ Raſtelliæ dos, de qua agitur, in caſu &c.* = reſcripſit *die* 20. *Septembris proxime elapſi* = Negative.

Dignentur igitur EE. VV. deliberare.

An & in qua ſumma ſint conſtituendæ Dotes in bonis hæreditariis quondam Cæſaris Valentini in caſu &c.

Non propoſita, cum reliquis.

Seſs. 22. cap. 6. de Reformat.

MACERATEN. Quum Communitas Montis Milonis Diœceſis Maceratenſis uſque ab anno 1669. quatuor fundaverit Cappellanias in Eccleſia Parochiali S. Blaſii ejuſdem Oppidi, & Cappellanis ab ipſa nominandis certa impoſuerit onera, San.Mem. Benedictus XIV. anno 1750., ſupplicante ipſamet Communitate, Eccleſiam illam in Collegiatam erexit, &, ſuppreſſis Cappellaniis, Cappellanos Canonicos conſtituit. Orta autem quæſtione, an onus audiendi Sacramentales Confeſſiones, quod ex lege fundationis Cappellanis inerat, per erectionem Collegiatæ translatum fuerit in Canonicos per ſe ipſos implendum; cum negativam tueretur Joſeph Sbrilla Canonicus nuper nominatus, eo quod in litteris Apoſtolicis non legatur nominatim injunctum, in Congregatione *diei* 30. *Auguſti proxime præteriti* propoſita fuerunt duo hæc Dubia= *An Canonicus Joſeph Sbrilla teneatur ad onus audiendi Confeſſiones in Eccleſia Collegiata S. Blaſii Montis Milonis in caſu &c.*, & quatenus affirmative. II. *An hujuſmodi onus adimpleri poſſit per alium in caſu &c.* = ad quorum primum reſponſum fuit *affirmative*, & ad ſecundum *negative*.

Neutræ reſponſioni acquieſcens Canonicus Sbrilla, implorato adverſus utramque novæ audientiæ beneficio, EE. Patres rogat, ut reaſſumpto folio *diei* 9. *Auguſti proxime præteriti*, & perpenſis tum veteribus, tum novis juribus ejus nomine circumferendis, perpendere, ac definire dignentur,

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

MACE-

MACERATEN. Eccleſiam Parochialem S. Blaſii Oppidi Montis Milonis San. Mem. Benedictus XIV. anno 1750. in Collegiatam erexit. In ea ultra Primiceriatum, octo Canonicatus, ac tres Beneficiatus, inſtituit etiam = *unam Præpoſituram, quæ inibi Dignitas principalis, Sediſque Apoſtolicæ diſpoſitioni ſemper reſervata exiſtat, pro uno Presbytero J. V. Doctori, aut in Theologia Magiſtro, vel licentiato in Decretis futuro illius Præpoſito, qui dictæ Parochialis Eccleſiæ S. Blaſii, in Sæcularem, & inſignem Collegiatam, quæ etiam Parochialis, & Matrix, ut antea exiſtat Eccleſia, ut infra erigendæ, illiuſque Capituli caput exiſtat, & tam in Choro, & Capitulo, quam in Proceſſionibus tam publicis, quam privatis præſit, & præeminentiam, & præcedentiam, primumque, & digniorem locum, nec non vocem, & votum in eodem Capitulo habeat, & cui Sacramentales Chriſtifidelium Confeſſiones in dicta Parochiali Eccleſia S. Blaſii in Sæcularem, & inſignem Collegiatam erigenda audiendi onus incumbat.* = *Seſſ. 22. cap. 6. de Reform.*

Pro reditu ejuſdem Præpoſituræ aſſignavit *annua ſcuta centum monetæ Romanæ quantitativæ, & omnia ab omni, & quocunque onere nunc impoſito libera, immunia, & exempta ex dictæ Parochialis Eccleſiæ S. Blaſii parte, ut præfertur ſupprimendæ, & extinguendæ, de ſemeſtri in ſemeſtrem annuatim a futuris Capitulo, & Canonicis dictæ Parochialis Eccleſiæ S. Blaſii perſolvenda.* =

Hanc Præpoſituram contextualiter obtinuit Philippus Romagnoli jam Parochus ejuſdem Eccleſiæ. Is per integrum decennium abſque ulla Capitularium querela eo tantum tempore abfuit a Choro, quo ad Sacramentales excipiendas Confeſſiones in implementum oneris ſibi dati detentus fuit.

Verum annò 1761. contendente Capitulo, punctandum eſſe Præpoſitum, tametſi ea Cauſa a Choro abſentem, eumque pro punctaturis elapſi decennii mulctante in ſcutis 84. 72. 2. juxta quamdam taxam a deputatis, ut prætenditur, mandato Capituli formatam, quæſtio orta eſt, an Præpoſitus dum a Choro abeſt, ut Chriſtifidelium confeſſiones excipiat, ſit punctandus: & an ea punctaturarum taxa ſubſtineatur.

De primo inquit Præpoſitus, ſe non placito ſuo, & arbitrio, ſed ex fundatione Sacramentales Fidelium Confeſſiones excipere: onus hoc ex Apoſtolicis litteris dimanare, proindeque ipſum munus ſuum implentem nulla pæna mulctandum *Monacel. form. Eccleſ. Tom. 2. tit. 13. num. 76.*, *Garzia de Benefic. part. 3. cap. 2. num. 359.*

Contendit, Animarum numerum ad 3000. circiter extolli, Confeſſariorum copiam deeſſe: maximam idcirco urgere neceſſitatem vacandi implemento ejuſdem oneris: ob id ad populi preces illud Præpoſito fuiſſe injunctum. Addit, ſe diebus feſtis tanta populi frequentia circumdatum eſſe, ut abſolutis functionibus choralibus, dum Canonici libere vagantur, cogatur ipſe tota mane populo inſervire, maximoſ-

ximoſque ferre labores ; hinc iniquum eſſe ut in eorum retributionem diſtributionibus quotidianis privetur *Cap. unic. de Cleric. non reſid. in 6.* , *Capon. diſcept. forenſ. tom.* 2. *diſcept.* 123. *num.* 30.

Subſtinet demum,non obeſſe parvum Canonicorum numerum Choro intereſſentium : id notum fuiſſe S. Pontifici , qui nihilominus Præpoſitis onus audiendi Sacramentales Confeſſiones injunxit ; per decennium inſuper Capitulum de neglecto Chori ſervitio nunquam conqueſtum fuiſſe , hinc invidiæ , & calumniæ proximum eſſe ſtudium hodie infligendi ex eo capite mulctam ,

Quoad ſecundum , taxæ proponit nullitatem tanquam confectæ non ſervata forma Concilii Tridentini *Seſſ.* 21. *Cap.* 3. *de Ref.* ; Aſſerit illam hodie ex mero Canonicorum arbitrio fuiſſe compoſitam : per decennium nunquam ſervatam, immo nec in lucem proditam ,

Conqueritur de illius injuſtitia ob non habitam rationem nec onerum Præpoſituræ annexorum , nempe Cathedratici , Collectarum , & Procurationum *Clericat. Diſc. forenſ.* 82. *num.* 20. , neque emolumentorum Parochialium , quæ a Canonico Curato , & Beneficiato Vice-Parocho percipiuntur *Card. de Luc. de jurep. diſc.* 10. *num.* 12. , *Rot. deciſ.* 449. *part.* 14. *Recent.* : ob non diſcriminatos dies ſolemnes ab aliis : ob non habitam denique proportionabilem diſtributionem inter Capitulares , qui tres diverſas Claſſes efformant , & ſtipendia inæqualia percipiunt ,

A Capitulo nihil hactenus habuimus . In precibus ejus nomine Epiſcopo datis , & ad Sac. Congregationem tranſmiſſis, aſſeritur , præcipuum Præpoſiti onus eſſe illud Choro intereſſendi , non audiendi Confeſsiones ; ad illud S. Pontificem primario reſpexiſſe , a punctaturis immunes expreſſe declaraſſe Canonicum Curatum , & Beneficiatum Vice-Curatum , dum exercitio Curæ detinentur ; eadem immunitate non donaſſe Præpoſitum tempore Chori vacantem audiendis Confeſſionibus ; proinde ipſum Choro non intereſſentem , etiam dum excipit Confeſſiones , jure punctandum eſſe .

Suſtinetur denique , idipſum ſuadere Eccleſiæ ſervitium : Capitulum conſtare ex Præpoſito , Primicerio , octo Canonicis, & tribus Beneficiatis : ex iiſdem octo Canonicis quatuor onus ſimiliter audiendi Confeſſiones ex Bulla erectionis habere : alterum cum uno ex Beneficiatis Curam exercere : hinc ſi tum Præpoſitus, tum quatuor illi Canonici a Choro abeſſe poſſent ad Confeſſiones audiendas , ſervitium Chori penitus deſtitueretur ,

Quoad taxam , aſſeritur , *die* 8. *Junii* 1752. duos pro illa efformanda electos fuiſſe a Capitulo Deputatos : hos taxam perfeciſſe a nemine hactenus controverſam : hanc ſemper inviolabiliter fuiſſe ſervatam : perperam idcirco veluti recenter factam declamari .

Inci-

Inciviliter illam de nullitate redargui ob non ſervatam Conciliarem formam, quia S. Pontifex virtualiter Concilio derogaviſſe videtur ſuis Litteris mandando, ut non tertia, prout a Concilio ſtatuitur, ſed quarta pars fructuum in diſtributiones conferretur.

Minus recte vero incuſari de injuſtitia ob non diſcriminatos ab aliis dies ſolemnes, & non factam diſtributionum repartitionem pro ratione conditionis Capitularium; Agi hic enim de Collegiata, in qua non quotidianum, ſed certis tantum diebus in erectione deſignatis præſtatur Choro ſervitium; hoc propterea non pati in punctaturis ullam diverſitatem. Repartitionem vero diſtributionum inter omnes æqualem non repugnare diverſæ Capitularium conditioni, quum æquale omnium ſit incommodum, & ſervitium, nec juſte conqueri Præpoſitum, quod non reſidendo majores amittat diſtributiones, quia pinguiores etiam, quam cæteri, percipit fructus.

Epiſcopus tranſmiſſis libellis ſibi a Partibus datis retulit, non eſſe locum lucrationi diſtributionum, dum Præpoſitus confeſſiones audit, *quia attenta qualitate hujus Collegiatæ Eccleſiæ, in qua octo tantum ſunt Canonici, & tres Beneficiati Choro addicti, ex quibus alii duo Canonici pariter ex fundatione ſuorum beneficiorum tenentur ſingulis diebus feſtis Confeſſiones audire, & alter Canonicus Curatus una cum altero Beneficiato Curato a Choro eximuntur, dum actu ſunt in exercitio Curæ occupati, quod ut plurimum contingit, vix ſufficiens numerus ſupereſſet ad ſatisfaciendum Choro, & ſacris functionibus, maximè ſi quis alius Canonicus inveniatur aut negligens, aut legitime impeditus.*

Quo vero ad aliam Oratoris petitionem circa taxæ reformationem, quum non appareat facta juxta Concilii Tridentini Cap. 3. Seſſ. 21. de Reform. diſpoſitionem, nempè cum proportionali diviſione ab Epiſcopo præſcripta, videretur annuendum Oratori.

Concilium Tridentinum *Seſſ. 24. Cap. 12. de Reform.* ſtatuit = *Diſtributiones vero, qui ſtatis horis interfuerit, recipiat, reliqui quavis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant.*

De Canonicis Sacras Confeſſiones audientibus Sac. Congretio in una *Neritonen. 22 Junii* 1624. propoſito = *An Canonici, quibus non incumbit uti Canonicis onus audiendi Confeſſiones, ſi pro iis audiendis abſint a Chori ſervitio, lucrentur diſtributiones quotidianas* = reſpondit = *Non lucrari* = *lib. 12. Decret. pag. 181. ter.*

In una *Nullius Putignani 6. Maji* 1741. *ad IV. Dub.* propoſito = *An Abbas poſſit expunctare abſentes Sacerdotes illos, qui tempore Divinorum Officiorum vel Confeſſionali aſſiſtunt, vel pulſant Organum* = reſpondit = *Pulſantes Organum abſque ſtipendio, & audientes Confeſſiones ex deputatione non ammittere diſtributiones.* =

Quia vero, ut ſupra dictum eſt, Capitulum unice conſtat ex Præpoſito, Primicerio, octo Canonicis, & tribus Beneficia-

ficiatis, & Canonicus, ac Beneficiatus Curati impune abeſse poſsunt a Choro, dum Curæ inſerviunt, Sac. Congregatio *die* 30. *Auguſti proxime præteriti* onus audiendi Sacramentales Confeſsiones inhærens Canonicis poſseſsoribus antiquarum quatuor Cappellaniarum conſultiſſime declaravit, ut a duobus ex ipſis per turnum adimpleretur. Hæc autem declaratio quum hodie iterato examini ſubjiciatur, ut in præcedenti Cauſa hujus folii ſub eodem titulo *Macerat.*, quatenus propterea placeat in eadem permanere ſententia, perpendendum erit, an veroſimile ſit, Pontificem voluiſſe tum Præpoſito, tum dictis duobus Canonicis facultatem abſendi a Choro ad audiendas Confeſſiones concedere, vel potius illi onus audiendi Confeſſiones tempore, quo Divina Officia non celebrantur, impoſuiſse.

De Diſtributionum diviſione, & perceptione Sac. Concilium *in Seſſ.* 21. *Cap.* 3. *de Reform.* ſtatuit = *Tertiam partem fructuum, & quorumcunque proventuum, & oblationum, tam Dignitatum, quam Canonicatuum, perſonatuum, portionum, & Officiorum ſeparari debere, & in diſtributiones quotidianas converti, quæ inter Dignitates obtinentes, & cæteros Divinis intereſſentes, proportionabiliter juxta diviſionem ab Epiſcopo etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato ipſa prima fructuum deductione faciendam, dividantur.* =

Dubitatur

I. *An Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Blaſii Terræ Montis Milonis ſit punctandus, dum audit Confeſſiones in dicta Eccleſia in caſu &c.*

II. *An ſit ſervanda taxa punctaturarum. ſeu potius ſit reformanda, & quomodo in caſu &c.*

FINIS.

IN-

INDEX
RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Cauſis in Sac. Congregatione Concilii propoſitis anno 1766.

A

ABbas cum dubiis documentis contenderet de territorio ſeparato, reſcriptum eſt, ut ante omnia eadem documenta ſervatis ſervandis recognoſcerentur *Guaſtallen. Provinciæ Mediolanen. 9. Aug. pag.* 178.

Abeſſendi indultum fuit conceſſum Beneficiato perſonalem reſidentiam habenti, ex cauſa infirmitatis *Camerinen. 21. Junii p.* 130.

Ad triennium tantum ſi tandiu neceſſaria infirmitatis cauſa perduraverit, onerata oratoris conſcientia, & adimpletis interim omnibus oneribus per ſacerdotem ſecularem idoneum, etiam ad excipiendas confeſſiones ſacramentales *ibid.*

Abeſſendi indultum conceſſum eſt Capellano reſidentiæ onus habenti pro aſſiſtenda matre inope *Lucen. 1. Martii pag. 39. ad II. Dub.*

Durante tamen vita matris tantum, & impletis per alium omnibus oneribus, *ibid.*

Abeſſendi indultum ultra tres menſes an ſit concedendum canonicis jam habentibus vacationem conciliarem vide in *Corduben. 11. Januar. pag.*3.

Admiſſio puellarum ſupernumerariarum ad loca Monaſterii relicta pro monachandis puellis denegata fuit in *Maceraten. 29. Novembris pag.*137.

Ætas 22. annorum requiritur pro aſſequenda dignitate etiam collegiatæ Eccleſiæ *Senogallien. 30. Aug. pag.* 198.

Etiamſi dignitas juriſdictionem, & curam animarum non habeat & ſit juriſpatronatus laicalis *ibid.*

Ætatis diſpenſatio conceſſa eſt puero vocato pro aſſequenda capellania mere laicali *Auximana diſpenſationis 21. Junii pag.*126.

Ætatis diſpenſatio denegata fuit puero ex familia Teſtatoris vocato, ob contradictionem Epiſcopi, cui deficiente perſona capaci ex familia, jus erat eligendi *Piſauren. 21. Junii pag.*125.

Antiphonæ *ſi iniquitates* intonatio ſpectat ad Parochum defuncti, non vero ad vocatum Capitulum Cathedralis *Avenionen. iurium Parochialium 22. Martii pag.*57. *ad IV. Dub.*

Applicatio ſubſidiorum dotalium reverſorum loco pio denegata fuit favore Seminarii in *Ravenaten. ſubſidiorum dotalium 11. Januarii ad I. Dub. pag.*1.

Applicatio bonorum confraternitatis denegata fuit favore novæ Parochiæ erigendæ *Lunen. Sarzanen. diſmembrationis 20. Septembris pag.*220. *ad II. Dub.*

Applicatio hæreditatum relictarum pro tot ſacris habendis, eleemoſinis, & ſubſidiis dotalibus fuit denegata pro nova erigenda Eccleſia *Feretrana 20. Decemb. pag.*250.

Applicatio ſubſidiorum dotalium pro conſtituenda dote puellis ultra quartum gradum Teſtatori conjunctis fuit denegata in *Ferrarien. ſubſidiorum Dotalium 11. Januarii p.* 2.

Applicatio ſcut. 100. ex fructibus inexactis hereditatis in multiplicum relictæ pro erectione canonicatuum permiſſa eſt favore fabricæ Eccleſiæ Parochialis in *Lucana 21. Junii pag.*126. *ad I. Dub.*

Nec non aliorum ſcut. 200. ex fructibus inexactis hereditatis relictæ pro erectione capellaniarum *ibid. ad II. Dub.*

Applicatio miſſarum non eſt facienda a Clericis Beneficiatis erectis pro Chori ſervitio cum onere celebrationis binarum miſſarum hebdomadalium, etſi eorum reditus ex totidem ſuppreſſis capellaniis habiti fuerit *Reatina 19. April. pag.*75., & 20. *Decemb. pag.*249.

Applicatio miſſæ pro populo etiam facienda eſt a Capellanis, qui curam animarum exercent *Portuen. applicationis miſſæ pro populo 19. Julii pag.*151.

Etiamſi capellania ſit mere laicalis, & capellanus fere omnia ſacra pro fundatore applicare teneatur, *ibid.*

Applicandas non eſſe miſſas binas hebdomadales celebrandas a Clericis Beneficiatis Eccleſiæ Reatinæ reſcripſit S. Congr. in *Reatina 20. Decembris pag.*249.

Etiamſi iidem Clericatus Beneficiati, conſtituti fuiſſent ex totidem capellaniis, *ibid.*

Approbationem concordiæ initæ inter heredem gravatum, & ſubſtitutum ſuper renunciatione fideicomiſſi clari & non dubii denegavit Sac. Congr. in *Ariminen. concordiæ 9. Aug. p.*179.

Approbatio concordiæ initæ ſuper jure coadjuvandi Parochum, & onere reficiendi eccleſiam ob nimiam inequalitatem fuit denegata in *Faventina concordiæ 29. Novembr. p.* 237.

Archipresbyteratus erectus in Eccleſia Cathe-

drali, vera & propria dignitas eſt, licet juriſdictionem, & curam non habeat *Tolentinaten. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.*16.

Archipresbyter licet de gremio capituli nequit intervenire, & habere ſuffragium in Capitulis, ſeu reſolutionibus Capitularibus, ſi cum hac expreſſa lege fuit a capitulo admiſſus *Tolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.*16. *ad Dub. III.*

Intellige ſuper bonis & juribus de quibus non participat *ibid.*

Archipresbyter noviter admiſſus non tenetur ad contributionem expenſarum factarum occaſione expeditionis indulti cappæ magnæ *Tolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.*16. *ad VI. Dub.*

Archipresbyter nequit participare de bonis, decimis, juriſpatronatibus, legatis, aliiſque juribus generaliter relictis Eccleſiæ, vel capitulo, ſi cum hac expreſſa conditione fuit a capitulo receptus, & admiſſus *Tolentin. Archipresbiteratus* 1.*Febr. pag.*16. *ad II. Dub.*

Archipresbyter noviter erectus dum peragit functiones in locum Archidiaconi abſentis lucratur emolumenta celebranti debita *Tolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.* 16. *ad VIII. Dub.*

Archipresbyter Eccleſiæ collegiatæ curam animarum habens non tenetur ratione Parochiæ ſolvere cathedraticum ultra illud, quod in comuni perſolvitur a capitulo *Aquipendien. Cathedratici* 20. *Decembr. pag.*239.

Etiamſi diſtinctam prebendam habeat, ac duplicem portionem ex maſſa communi lucretur *ibid.*

Aſperſio cadaveris antequam e domo educetur, & intonatio antiphonæ *ſi iniquitates* non ſpectat ad capitulum cathedralis, ſed ad Parochum defuncti *Avenionen.* 22. *Martii p.* 57. *ad IV. Dub.*

Augmentum diſtributionum fuit conceſſum, ob ſuſceptum a Beneficiatis onus Ratiocinatoris, economi, & villici *Bononien.*10.*Marti pag.* 87.

B

Beneficiato datum eſt indultum abeſſendi a loco reſidentiæ, pro aſſiſtendo inopi matri *Lucen.* 1. *Martii pag.*39. *ad II. Dub.*

Durante tamen vita matris tantum, & impletis per alium omnibus capellaniæ oneribus *ibid.*

Beneficiato perſonalem reſidentiam habenti ex cauſa infirmitatis conceſſum eſt indultum abeſſendi, *Camerinen.* 21.*Junii pag.*130.

Ad triennium tamen, ſi tandiu neceſſaria infirmitatis cauſa perduraverit, onerata oratoris conſcientia, & adimpletis interim omnibus oneribus per ſacerdotem ſecularem, idoneum etiam ad excipiendas ſacramentales confeſſiones *ibid.*

Beneficiati erecti pro Chori ſervitio cum onere celebrationis binarum miſſarum non tenentur applicare, etſi eorumdem reditus habiti fuerint ex totidem ſuppreſſis capellaniis,Vide *Reatina* 19. *April. pag.*75.,*&* 20.*Dec. p.*249.

Beneficiati, quibus annexum eſt onus hebdomadarii, evangelarii, & Epiſtolarii debent eſſe conſtituti in reſpectivo ordine Presbyteratus,Diaconatus, & Subdiaconatus *Leodien.* 1. *Martii pag.*39. *ad I. Dub.*

Vel ſaltem in ea ætate, ut intra annum ad reſpectivum ordinem promoveri poſſint,*ibid.*

Tenentur vero per ſe ipſos implere onera reſpectiva beneficio annexa *ibid.*

Beneficium eſt reſidentiale, quando Testator injunxit onus Capellano ſacra per ſe ipſum in aliqua Eccleſia peragendi, & ſacramenti venerationi aſſiſtendi *Lucen.* 1.*Martii p.* 39. *ad I. Dub.*

C

Cadaveris aſperſio antequam e domo educetur ſpectat ad Parochum defuncti, non vero ad capitulum Cathedralis ad funus vocatum *Avenionen. jurium* 22.*Martii pag.*57. *ad IV. Dub.*

Cadaveris exhumationi non ſit locus, quando tumulatio recte facta eſt *Brictinorien. ſeu Nullius S. Ruphili jurium Parochialium* 21. *Junii pag.* 125.

Canonicatus erectione, conditio a Capitulo adjici poteſt, ut novus Canonicus non participet de bonis, decimis, juriſpatronatibus, legatis, aliiſqua juribus generaliter Eccleſiæ, vel capitulo relictis *Tolentin. Archipresbiteratus* 1.*Febr. pag.*16. *ad II.Dub.*

Item ut nequeat intervenire & habere ſuffragium in capitulis, ſeu reſolutionibus capitularibus *ibid. ad III. Dub.*

Exceptis tamen iis, in quibus agitur de bonis, & juribus, de quibus participat *ibid.*

Canonicatuum dos volita a Teſtatore in cenſibus non eſt comutanda,adhocut eadem conſtituàtur in tot bonis ſtabilibus *Montis alti* 1. *Febr. pag.*17.

Et denegata fuit bonorum ſtabilium retentio, injunctaque eorumdem venditio *ibid.*

Canonicatus erecti ex Capellaniis habentibus onus audiendi ſacramentales confeſſiones, tenentur ad eaſdem audiendas *Maceraten.* 30. *Aug. pag.* 198.

Et ſicuti Capellani habebant onus audiendi confeſſiones per ſe ipſos, ita & Canonici *ibid. ad II. Dub.*

Canonicus nequit participare de bonis, decimis, juriſpatronatibus, legatis, aliiſque juribus generaliter relictis Eccleſiæ, vel Capitulo, ſi cum hac expreſſa conditione fuit a capitulo receptus, & admiſſus *Tolentin. Archipresbiteratus* 1.*Febr.pag.*16. *ad II.Dub.*

Nec intervenire, vel habere ſuffragium in

in capitulis, ſi cum hac expreſſa lege fuit admiſſus *ibid. ad III. Dub.*

Exceptis tamen iis capitulis, in quibus agitur de bonis, & juribus, de quibus participat, *ibid. ad IV.*

Canonici capitulares tenentur coadjuvare Præpoſitum in exercitio curæ animarum in caſu neceſſitatis tantum *Urbevetana* 31. *Maji pag.* 108.

Et præcipue in aſſiſtendo moribundis *ibid.*

Canonicus, qui ex fundatione habet onus audiendi confeſſiones, an ſit punctandus dum choro abeſt ad eas excipiendas vide in *Maceraten.* 20. *Decembr. pag.*267.

Canonici tenentur inſervire Dignitati celebranti, *Tolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.*16. *ad VIII. Dub.*

Etiamſi eadem dignitas nec jurisdictionem, nec curam habeat *ibid.*

Canonicis, Presbyteris, aut Clericis adſcriptis ſervitio Eccleſiæ Parochialis & decedentibus intra limites Eccleſiæ coadjutricis, a quo ſacramenta in caſu infirmitatis ſint miniſtranda,nempe an a Parocho,vel a Vicario Eccleſiæ coadjutricis *Andrien.* 20.*Decembr.p.*250. *ad V. Dub.*

Et an ſepeliri debeant in Eccleſia Parochiali *ibid. ad VI. Dub.*

Et a quo canonicis, Presbyteris & Clericis addictis ſervitio Eccleſiæ coadjutricis ſint miniſtranda ſacramenta, quando intra limites degunt Eccleſiæ Parochialis *ibid. ad VII. Dub.*

Et an ſepeliri debeant in Eccleſia coadjutrice, vel potius in Parochiali *ibid. ad VIII. Dub.*

Canonico habenti quadragenarium laudabile ſervitium fuit conceſſum indultum jubilationis ſpreta capituli contradictione *Civitatis Caſtellanæ* 29. *Novembr. pag.*238.

Etiam demptis conditionibus a capitulo appoſitis, nempe canendi per turnum miſſam conventualem & non participandi de punctaturis *ibid.*

Canonici qui cauſa præeminentiarum a Synodo recedunt contra decretùm in Sinodo latum de non irrogando præjudicio cujuſcumque juribus, incurrunt ſuſpenſionem injunctam ab Epiſcopo *Terracinen. Setin.Privernen.* 1. *Martii pag.*40. *ad VI. Dub.*

Etiamſi iidem Canonici jure recedere poſſent a Sinodo, *ibid.*

Canonicis jam habentibus vacationem conciliarem, an indultum vacandi per quatuor menſes ſit concedendum, Vide *in Corduben.* 11. *Januar. pag.*3.

Capellania mere laicalis, ut aſſequi poſſet a puero vocato, conceſſa eſt diſpenſatio ætatis a Teſtatore ſtatutæ *Auximana diſpenſationis* 21. *Junii pag.* 126.

Capellania eſt reſidentialis, dum Teſtator onus injunxit ſacra per ſe ipſum in aliqua Eccleſia celebrandi, & Sacramenti expoſitioni aſſiſtendi, *Lucen.* 1. *Martii pag.* 39. *ad I. Dub.*

Capellaniæ erectæ in Eccleſia Monialium injunctum eſt ex cauſa indigentiæ, & paupertatis Monaſterii onus celebrandi miſſam hora Prioriſſæ beneviſa, & adminiſtrandi ſacramentum Euchariſtiæ Monialibus *Toletana* 20. *Decembr. pag.*249.

Capellanus tenetur in altari capellaniæ ea ſacra implere, quæ capellano ejuſdem altaris injuncta fuerunt *Compſana 9. Aug. pag.* 178.

Præſertim ſi ipſe Teſtator fuit fundator ejuſdem altaris, & capellaniæ *ibid.*

Capellanum deputandum eſſe in loco diſtanti ab Eccleſia Parochiali cum facultate audiendi ſacramentales confeſſiones, ſacram Euchariſtiam, & Oleum ſanctum in oratorio retinendi, necnon adminiſtrandi, miſſamque ettam diebus ſolemnioribus celebrandi, ſalvis quibuſcumque juribus Parochialibus *Derthonen. diſmembrationis* 11.*Janu. pag.*2.

Capellanus curam animarum exercens etiam tenetur ad applicationem miſſæ pro populo *Portuen. applicationis miſſæ pro populo* 19. *Julii pag.* 151.

Etſi capellania amovibilis, & mere laicalis ſit, & fere omnia ſacra pro fundatore applicare teneatur, *ibid.*

Capellano conceſſum eſt indultum abeſſendi pro aſſiſtendo matri inopi *Lucen.* 1. *Martij pag.* 39. *ad II. Dub.*

Durante tamen vita matris tantum, & impletis per alium omnibus oneribus, *ibid.*

Capellania mere laicalis, ſeu legatum pium recte conſequi poteſt a puero annor.6. *Civitatis Caſtelli* 1. *Martii pag.*39. *ad I. Dub.*

Capitulum in erectione novi canonicatus poteſt conditionem adjicere, ut novus canonicatus non participet de bonis, decimis, juriſpatronatibus, legatis, aliiſque juribus generaliter relictis Eccleſiæ,vel capitulo *Tolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.* 16. *ad II. Dub.*

Item ut nequeat intervenire, & habere ſuffragium in capitulis, ſeu reſolutionibus capitularibus, *ibid. ad III. Dub.*

Exceptis tamen iis, in quibus agitnr de bonis, & juribus, de quibus novus canonicus participat, *ibid.*

Nequit tamen adjicere conditionem, ut teneatur ad ratam expenſarum pro habendo indulto cappæ magnæ, quarum nullum viget debitum, *ibid. ad VI. Dub.*

Capitulo Terracinæ antiquiori competit præcedentia in quibuſcumque functionibus peragendis cum Capitulo Privernen., & Setino *Terracinen., Setin., & Privernen.* 1. *Martii pag.*40. *ad I. Dub.*

Et eidem capitulo Terracinen. competit jus privativum ſedendi ad thronum Epiſcopi tam a dextris, quam à ſiniſtris in quibuſcumque functionihus Epiſcopalibus, & in quacumque EccleſiaDiœceſis *ibid.ad II.Dub.*

Eadem

Eademque præcedentia, & jus privativum competit etiam ſupra Archidiaconum & Prepoſitum dignitates Setinas, *ibid. ad III. Dub.*

Capitulo jam habenti vacationem conciliarem, an ſit concedenda ulterior vacatio a choro ex cauſis rigiditatis aeris, aliiſque hujuſcemodi, Vide *in Corduben.* 11. *Januar. pag.* 3.

Capitulo Cathedralis non licet ſepelire cadavera aliarum Parochiarum, non electa in eccleſia Cathedrali ſepultura *Avenionen.* 22. *Martii pag.* 57. *III. Dub.*

Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ debet quartam funerariam præſtare Parocho defuncti, *Avenionen. iurium Parochialium* 22. *Martii pag.* 57. *ad V. Dub.*

Idque procedit etiam quoad funera canonicorum, beneficiatorum, aliorumque addictorum ſervitio eccleſiæ Cathedralis, in aliena Parochia degentium, *ibid. ad II. Dub.*

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis vocatum ad funus nequit intonare antiphonam *ſi iniquitates*, ſed eadem ſpectat ad Parochum defuncti *Avenionen. iurium parochialium* 22. *Martii pag.* 57. *ad IV. Dub.*

Capitulum cathedralis ad funus vocatum nequit aſpergere cadaver defuncti antequam a domo levetur, ſed ſpectat ad Parochum defuncti *Avenionen. iurium parochialium* 22. *Martii pag.* 57. *ad IV. Dub.*

Cappæ magnæ indulti expenſæ non ſunt contribuendæ a novis canonicis, quoties nullum ex earumdem cauſa viget debitum *Iolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.* 16. *ad VI. Dub.*

Etiamſi cum hac expreſſa conditione fuerit novus canonicatus a capitulo admiſſus *ibid.*

Cathedraticum injuſte exactum, dum nullum debebatur, eſt omnino reſtituendum *Aquipendien. Cathedratici* 20. *Decembr. pag.* 259. *ad II. Duo.*

Cathedraticum duplex non ſolvi debet ab Archiepresbytero, qui prima dignitas ſit, & curam animarum habet *Aquipendien. Cathedratici* 20. *Decembr. pag.* 259.

Sed ultra illud, quod a capitulo in communi ex maſſa ſolvitur, ad aliud non tenetur *ibid.*

Etiamſi præbendam diſtinctam habeat, ac duplicem portionem ex maſſa communi lucretur, *ibid.*

Cenſibus conſtituenda eſt dos canonicatuum, & manſionariarum, quando Teſtator eam voluit expreſſe in cenſibus conſtitui *Montis alti* 1. *Febr. pag.* 17.

Ac denegata fuit retentio bonorum ſtabilium, injunctaque eorum venditio, ut cenſus crearentur, *ibid.*

Cenſuras incurrunt, qui contra Epiſcopi decretum, a Synodo receſſerunt *Terracinen., Setin., & Privernen.* 1. *Martii pag.* 40. *ad VI. Dub.*

Etiamſi juſtam habetent cauſam ab eodem recedendi, *ibid.*

Coadjutor nequit in ſua eccleſia celebrare ſacra agenda in alia eccleſia a Teſtatore deſignata *Perſina oneris miſſarum* 29. *Novembr. p.* 237.

Imo nec indultum eidem conceſſum eſt, ut in ſua eccleſia ſacra implere poſſet, *ibid.*

Communitas non tenetur ad contributionem procurationis ſolvendæ Epiſcopo *Vaſionen. procurationis* 30. *Auguſti pag.* 198.

Commutatio denegata fuit erogationis certæ ſummæ in commodum Hoſpitalis, loco erigendi monaſterii a Teſtatore injuncti *Faventina* 10. *Maii pag.* 87.

Non retardata interim annuo depoſito ſcut. 50. ad formam diſpoſitionis, *ibid.*

Commutatio annuorum ſacrorum, ſubſidiorum dotalium, & eleemoſinarum pro erectione eccleſiæ cum deputatione capellani denegata fuit in *Feretrana* 20. *Decembr. pag.* 250.

Commutatio denegata fuit, per quam bona deſtinata pro ampliatione eccleſiæ petebatur erogari pro ſchola habenda, & dotibus dandis puellis, *Santanderien.* 1. *Martii pag.* 40.

Concordia nulla eſt inita a Procuratore, cujus mandatum revocatum jam fuerat *Novarien. diſmembrationis* 22. *Martii pag.* 58.

Concordiæ approbationem initæ inter heredem gravatum, & ſubſtitutum ſuper renunciatione fideicomiſſi clari, & non dubii denegavit Sac. Congr. in *Arminen. concordiæ* 9. *Aug. pag.* 179.

Concordiæ approbatio initæ ſuper jure coadjuvandi Parochum & onere reficiendi eccleſiam, fuit denegata ob injuſtitiam *Faventina concordiæ* 29. *Novembr. pag.* 237.

Conditio adjici poteſt in novi canonicatus erectione, ut novus canonicus non participet de bonis, decimis, juriſpatronatibus, legatis, aliiſque juribus generaliter capitulo, vel Eccleſiæ relictis *Iolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.* 16. *ad II. Dub.*

Item ut nequeat intervenire, & habere ſuffragium in capitulis, ſeu reſolutionibus capitularibus *ibid. ad III. Dub.*

Exceptis tamen iis, in quibus agitur de bonis, & juribus, de quibus novus canonicus participat, *ibid.*

Nequit tamen adjici conditio, ut novus canonicus teneatur ad ratam expenſarum pro habendo indulto cappæ magnæ, quarum nullum viget debitum *ibid. ad VI. Dub.*

Confeſſiones audiendi onus imminet Canonicatibus erectis ex capellaniis, quibus tale onus erat *Maceraten.* 30. *Aug. pag.* 198.

Et ſicuti Capellani habebant illud onus audiendi confeſſiones per ſe ipſos, ita & canonici illud per ſe ipſos implere debent *ibid.*

Confeſſiones ſacramentales excipiens canonicus ex onere ſibi in fundatione injuncto, an ſit punctandus, ſi choro abeſt *Maceraten.* 20. *Decembr. pag.* 267.

Con-

Confraternitatis bonorum applicatio denegata fuit favore novæ Parochiæ erigendæ in *Lunen. Sarzanen. diſmembrationis* 20. *Septembris pag.*220. *ad II. Dub.*

Conſanguineæ ultra quartum gradum nequeunt congruam dotem petere ex legato ſubſidiorum dotalium *Ferrarien. ſubſidiorum dotalium* 11. *Januar. pag.*2.

Conſanguineis puellis ultra quartum gradum Teſtatori conjunctis, an congrua dos ex relictis ſubſidiis dotalibus ſit danda, Vide in *Romana, ſeu Sabinen. ſubſidiorum dotalium* 20. *Decemb. pag.* 262.

Crux Parochialis an ſemper elevanda ſit in funeribus defunctorum ab Eccleſia tantum coadjutrice, non parochiali *Andrien.*20. *Decemoris pag.*250. *ad X. Dub.*

D

Decretorum executio cum impugnaretur, & Promotor Fiſcalis dilationem peteret, reſcriptum eſt *dilata ad primam poſt Aquas, ſuſpenſa interim executione decretorum Colonien. 9. Aug. pag.*179.

Diaconatus ordo requiritur in Beneficiato, qui habet onus Evangelarii, *Leodien.*1. *Martii pag.*39. *ad I. Dub.*

Vel ſaltem debet eſſe in ea ætate, ut intra annum ad reſpectivum ordinem promoveri poſſit, *ibid.*

Nequit tamen per alium onus implere, ſed tenetur per ſe ipſum, *ibid. ad II. Dub.*

Dignitas vera, ac propria eſt Archipresbyteratus in Cathedrali erectus, licet juriſdictionem, & curam animarum non habeat *Tolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.*16.

Dignitas eccleſiæ etiam collegiatæ ut aſſequi poſſit, requiritur ætas 22. annor. *Senogallien.* 30. *Auguſti pag.*198.

Etiamſi dignitas juriſdictionem, & curam animarum non habeat, & ſit juriſpatronatus laicalis, *ibid.*

Non tamen ad eamdem aſſequendam requiritur doctoratus, *ibid. ad II. Dub.*

Requiritur tamen ſacerdotium, vel ſaltem ut in ea ætate ſit, ut intra annum ad ſacerdotium promoveri poſſit, *ibid.*

Dignitati celebranti tenentur inſervire canonici *Tolentin. Archipresbiteratus* 1. *Februarii pag.*16. *ad VIII. Dub.*

Etiamſi eadem dignitas nec juriſdictionem, nec curam animarum habeat, *ibid.*

Dilatio reſolutionis cum peteretur a Promotore Fiſcali in cauſa executionis decretorum Epiſcopalium, reſcriptum eſt *dilata ad primam poſt aquas ſuſpenſa interim executione decretorum Colonien. 9. Aug. pag.*179.

Diſmembratio eccleſiæ Parochialis ob deficientiam legitimæ cauſæ fuit denegata, in *Derthonen. diſmembrationis* 11. *Januar. p.* 2.

Sed fuit conceſſa deputatio capellani Curati cum facultate audiendi ſacramentales confeſſiones, ſacram Euchariſtiam. & oleum ſanctum in oratorio retinendi, nec non adminiſtrandi, miſſamque etiam diebus ſolèmnioribus celebrandi, ſalvis quibuſcumque juribus parochialibus *ibid. ad II. Dub.*

Diſmembrationi locum non eſſe ob non ſatis probatas legitimas cauſas diſtantiæ, & difficultatis itineris in *Lunen. Sarzanen. diſmembrationis* 20. *Septembr. pag.*220.

Diſmembratio Eccleſiæ Parochialis ob diſtantiam, & impervium iter fuit conceſſa in *Novarien. diſmembrationis* 22. *Martii p.*58.

Facta obligatione in forma juris valida præſtandi congruam novo Parocho, *ibid.*

Et firma remanente annua præſtatione, quæ antiquæ eccleſiæ matrici a Parochia præſtabatur, *ibid.*

Et ſolutis Parochiæ, a qua fit diſmembratio, pro una vice libris imper. 1300. ſcilicet 200. pro eccleſia, & reliquis pro fundo ejuſdem Parochiæ *ibid.*

Diſpenſatio ætatis conceſſa fuit pro obtinenda capellania merè laicali *Auximana diſpenſationis* 21. *Junii pag.*126.

Diſpenſatio ætatis denegata fuit puero ex familia Teſtatoris contradicente Epiſcopo, ad quem deficiente perſona capaci ex familia jus erat eligendi *Piſauren.* 21. *Junii pag.*125.

Diſpenſatio irregularitatis contractæ ob exercitium muneris Prætoris a Diacono, cujus cauſa a Birruariis occiſio facta eſt, fuit conceſſa in *Terracinen. irregularitatis* 1. *Maji pag.* 88.

Diſpenſatio irregularitatis contractæ ob exercitum officium Judicis tum civilis, tum criminalis conceſſa fuit in *Conſtantien.* 31. *Maii pag.* 108.

Diſtributionum augmentum fuit conceſſum capellanis, ob ſuſceptum ab eiſdem munus Ratiocinatoris, economi, & villici *Bononien.* 10. *Maii pag.*87.

Diviſio debet fieri inter omnes æqualiter legati relicti *ad Rev. Capitolo, alii Padri Carmelitani, Riformati, Capuccini, Franceſcani, e ſcuole Pie, Urbana* 21. *Junii pag.*126.

Diviſionem limitis Parochiarum factam a Metropolitano de mandato Sac. Congregationis per confinia validam eſſe cenſuit in *Andrien.* 20. *Septembr. pag.*221.

Et quoad habitatores extra mœnia mandavit ſeparatum dubium proponi, *ibid.*

Doctoratus non requiritur pro aſſequenda dignitate eccleſiæ collegiatæ, quæ nec juriſdictionem, nec curam animarum habeat, *Senogallien.* 30. *Aug. pag.*198.

Documenta exhibita, cum ſuſpecta eſſent, reſcripſit S. Congregatio, ut recognoſcerentur *Guaſtallen. Provinciæ Mediolanen.*9. *Aug. pag.* 178.

Dos Canonicatum, & manſionariorum injuncta fuit in cenſibus ob claram Teſtatoris voluntatem eamdem in cenſibus ſtatuentiss,

Montis Alti 1. *Februarii pagin.* 17.

Et denegata fuit bonorum ſtabilium retentio pro eorumdem dote, *ibid.*

Dos congrua ex relicto ſubſidiorum dotalium denegata fuit puellis ultra quartum gradum Teſtatori conjunctis *Ferrarien. ſubſidiorum dotalium* 11. *Jan. pag.* 2.

Dos congrua an præſtanda ſit ex bonis deſtinatis ad ſubſidia dotalia, puellis ultra quartum gradum a Teſtatore remotis, Vide *Romana, ſeu Sabinen. ſubſidiorum dotalium* 20. *Decembris pag.* 262.

Dos puellæ conſanguineæ in ſumma ſcut. 200. conceſſa eſt ex ſubſidiis dotalibus relictis conſanguineis, *Nullius Terræ Pontiani* 22. *Martii pag.* 57.

Etiamſi dicta puella jam fuiſſet nupta, cum ante nuptias preces pro ſubſidio dediſſet *ibid.*

Dotale ſubſidium nequit anticipate puellis promitti ex fructibus ex poſt maturandis, *Firmana* 31. *Maii pag.* 109.

Et promiſſio facta fuit irrita declarata, & injunctum, ut affigantur edicta, *ibid. ad II. Dub.*

Dotale ſubſidium relictum puellis Viterbienſibus *nate di Padre e Madre Viterbeſi* non debetur puellis natis ex Patre non Viterbii nato, licet civis eſſet Viterbienſis, & quinquaginta annis in eadem moratus fuerit *Viterbien. ſubſidii dotalis* 19. *Julii pag.* 146.

Dotalium ſubſidiorum reverſorum denegata fuit applicatio favore Seminarii *Ravenaten. ſubſidiorum dotalium* 11. *Januarii, pag.* 1. *ad I. Dub.*

Et quæ injuſte Seminarium exegerat, mandavit Sac. Congr. reſtitui, *ibid. ad II. Dub.*

Dotale ſubſidium non debetur puellæ, ex cujus familia jam alia puella dotem obtinuit, ſi Teſtator ſtatuit nonniſi uni puellæ ex familia dotem dari debere *Firmana* 31. *Maii pag.* 109. *ad II. Dub.*

Dotalia ſubſidia non debent cumulari pro dotanda puella in quinto gradu Teſtatori conjuncta, quoties Teſtator ſuas conſanguineas in diſtributione ſubſidiorum dotalium non contemplatus fuit *Perufina ſubſidiorum dotalium* 20. *Septemb. pag.* 221.

E

Ecclesia a Teſtatore electa miſſæ celebrandæ ſunt, nec abſque legitima cauſa translatio eſt permittenda *Comen. translationis* 11. *Januar. pag.* 1.

Eccleſiæ Fabrica ut reædificaretur, fuerunt ſacra ad ſexennium ſuſpenſa *Auximana* 11. *Jan. pag.* 1.

Etiamſi jam per aliud decennium ex eacauſa jam ſuſpenſa fuiſſent, *ibid.*

Adjecta tamen clauſula *abſque ſpe ulterioris prorogationis*, *ibid.*

Eccleſiæ Parochialis Fabricæ applicata fuerunt ſcuta 150. ex fructibus inexactis hæreditatis deſtinatæ pro erectione canonicatuum, *Lucana* 21. *Junii pag.* 126. *ad I. Dub.*

Nec non alia ſcuta 203. ex fructibus inexactis alterius hereditaris relictæ pro erectione capellaniarum *ibid. ad II. Dub.*

Eccleſiæ Parochialis diſmembratio ob diſtantiam, & impervium iter fuit conceſſa in *Novarien. diſmembrationis* 22. *Martii p.* 58. *ad II. Dub.*

Facta obligatione in forma juris valida præſtandi congruam novo Parocho, *ibid.*

Et firma remanente annua præſtatione, quæ antiquæ eccleſiæ Matrici a Parochia præſtabatur, *ibid.*

Et ſolutis Parochiæ, a qua fit diſmembratio pro una vice libris 200. pro eccleſia, & libris 1300. favore antiquæ Parochiæ, *ibid.*

Eccleſiæ Parochialis diſmembratio ob defectum legitimæ cauſæ denegata fuit in *Derthonen. diſmembrationis* 11. *Janu. pag.* 2.

Sed fuit conceſſa deputatio capellani Curati cum facultate audiendi ſacramentales confeſſiones, ſacram Euchariſtiam, & oleum ſanctum in oratorio retinendi, nec non adminiſtrandi, miſſamque etiam diebus ſolemnioribus celebrandi, ſalvis quibuſcumque juribus parochialibus, *ibid. ad II. Dub.*

Eccleſiæ Parochialis diſmembrationi locum non eſſe ob non ſatis probatas legitimas cauſa diſtantiæ, & difficultatis itineris reſcripſit in *Lunen. Sarzanen. diſmembrationis* 20. *Septembr. pag.* 220.

Eccleſiarum parochialium unio fuit permiſſa favore monaſterii Patroni ob redituum paupertatem, *Gneſnen. unionis* 1. *Febr. pag.* 20.

Eccleſia tantum coadjutrix non parochialis, an teneantur in pagellis adimplementi precepti Paſchalis ſe coadjutricem inſcribere, *Andrien.* 20. *Decembr. ad XV. Dub.*

Et an eædem pagellæ debeant ſubſcribi a Parocho, *ibid.*

Et a quo debeant dictæ pagellæ colligi, *ibid. Dub. XVI.*

Et an teneatur vicarius Eccleſiæ coadjutricis notulam deferre Parocho eorum, qui præceptum Paſchale non impleverunt, *ibid. ad XVII. Dub.*

Et an ſolus Parochus, non vero Vicarius poſſit dare licentiam implendi preceptum Paſchale in alia eccleſia, *ibid. ad XIX. Dub.*

Et an degentes intra limites Eccleſiæ coadjutricis teneantur implere præceptum Paſchale in eccleſia Parochiali, *ibid. ad XX. Dub.*

Et an ſolo Parocho ſpectet dare licentiam aliis Sacerdotibus conjungendi in matrimonium, & adminiſtrandi ſacramenta, *ibid. ad XXI. Dub.*

Et an in ſola eccleſia Parochiali publicari debeant excommunicationes, literæ monitoriales pro rebus ceperditis, nec non denun-

nunciationes occaſione matrimoniorum, & ordinationum, *ibid. ad XXII. Dub.*

Educanda in Monaſterio poteſt ſibi in hujus eccleſia ſepulturam eligere, *Briſtinorien.* 21. *Junii pag.*25. *ad I. Dub.*

Etſi in eadem eccleſia nulla adſit ſepultura educandarum diſtincta a ſepultura monialium, *ibid.*

Educanda Monaſterii, an ſepellienda ſit in hujus eccleſia, vel in eccleſia Parochiali, Vide *in Briſtinorien., ſeu Nullius S. Ruphil.* 21. *Junii pag.* 125.

Et an a Capellano monaſterii, vel a Paroco agendæ ſint funebres functiones, Vide *ibid.*

Electio ſepulturæ fieri poteſt ab educanda in eccleſia Monialium, *Briſtinorien.* 20. *Junii pag.* 125. *ad I. Dub.*

Etſi in eccleſia Monialium non adſit ſepultura educandarum diſtincta ab alia Monialium, *ibid.*

Emolumenta Archidiaconi celebrantis debentur Archipresbytero illius loco miſſam celebranti, *Tolentin. Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.*16. *ad VII. Dub.*

Nec eadem prætendi poſſunt a Canonico antiquiore, qui deficiente Archipresbytero functiones in locum Archidiaconi geſſiſſet, *ibid.*

Etiamſi in Archipresbyteratus erectione, ſimilis conditio expreſſe fuiſſet a Capitulo adjecta, *ibid.*

Emolumenta parochialia quomodo ſint dividenda inter Parochum, & Vicarium eccleſiæ coadjutricis *Andrien.* 20. *Decembr. ad XXV. Dub. pag.* 250.

Epiſcopus plurium Diœceſium poteſt in beneviſo loco, & Diœceſi Synodum habere, *Terracinen., Setin., & Privernen.* 1. *Martii pag.* 40. *ad IV. Dub.*

Et ibi Synodus celebrata obligat omnes Diœceſes & civitates Epiſcopo ſubjectas, *ibid.*

Epiſcopus ſemper prænominari debet a Diœceſi antiquiori, & digniori, quocumque in loco moretur *Terracin., Setin., & Privernen.* 1. *Martii pag.*40. *ad IV. Dub.*

Limita quando duæ diœceſes inter ſe diſtinctæ, quæ ambæ ſuum habebant Epiſcopum, ſub uno Epiſcopo uniuntur: nam hoc caſu a negotiis Diœceſium prænominari debet, & a loco, quo moratur, *ibid.*

Epiſcopi juriſdictioni, & viſitationi an ſubſit hoſpitium Regularium, in quo regularis obſervantia non eſt, Vide *in Novarien.* 21. *Junii pag.* 125. *ad I. Dub.*

Et an viſitatio de eodem facta ſubſtineatur, Vide *ibid.*

Epiſcopi judicium circa prælectum in concurſu non eſſe irrationabile reſpondit Sacr. Congr. in *Urbinaten. Parochialis* 20. *Septembr. pag.* 220.

Erectione novi canonicatus conditio a Capitulo adjici poteſt, ut novus canonicus non participet de bonis, decimis, juriſpatronatibus, legatis, aliiſque juribus generaliter capitulo relictis, *Tolentina Archipresbiteratus* 1. *Febr. pag.*16. *ad II. Dub.*

Item ut nequeat intervenire, & habere ſuffragium in capitulis, ſeu reſolutionibus capitularibus, *ibid.*

Exceptis tamen iis, in quibus agitur de bonis, & juribus, de quibus novus canonicus participat, *ibid.*

Conditio tamen adjici nequit, ut teneatur ad ratam expenſarum pro habendo indulto cappæ magnæ, quarum nullum viget debitum, *ibid. ad VI.*

Erectio eccleſiæ Parochialis ex Vicaria âmovibili denegata fuit in *Piſauren.* 10. *Maji pag.* 88.

Examinatorum relationem attenta ſcientia, & probitate electi validam eſſe cenſuit, in *Urbinaten. Parochialis* 20. *Septembr. p.* 220.

Nec conſtare de irrationabili judicio Epiſcopi in eodem eligendo, *ibid. ad II. Dub.*

Exhumationi cadaveris, & reſtitutioni non fit locus, quando tumulatio recte facta eſt, *Briſtinorien., ſeu Nullius S. Ruphili jurium Parochialium* 21. *Junii pag.* 125.

F

FAbrica eccleſiæ ut reædificaretur, ſacra ad ſexennium ſuſpenſa fuerunt in *Auximana* 11. *Januar. pag.*1.

Etiamſi jam per aliud decennium ex eadem cauſa ſuſpenſa fuiſſent, *ibid.*

Adjecta tamen clauſula *abſque ſpe ulterioris prorogationis*, *ibid.*

Fabricæ eccleſiæ Parochialis applicata fuerunt ſcuta 100. ex fructibus inexactis hereditatis in multiplicum relictæ pro erectione canonicatuum *Lucana* 21. *Junii pag.* 126. *ad I. Dub.*

Nec non alia ſcuta 203. ex fructibus inexactis hereditatis relictæ pro erectione capellaniarum, *ibid. ad II. Dub.*

Functionibus Epiſcopalibus, quibus interveniunt plura capitula cathedralia æque principaliter inter ſe unita, præcedentia ſpectat ad Capitulum antiquius *Terracinen., Setin., & Privernen.* 1. *Martii pag.*40. *ad I. Dub.*

Et eidem Capitulo antiquiori competit jus privativum ſedendi ad thronum Epiſcopi tam a dextris, quam a ſiniſtris, *ibid. ad II. Dub.*

Idque procedit etiam in quacumque eccleſia, & parte Diœceſis fiant functiones, *ibid.*

Functiones Parochiales ſuper cadavere educandæ ſepelliendæ in eccleſia Monialium an a capellano monaſterii ſint peragendæ, Vide in *Briſtinorien., ſeu Nullius S. Ruphili* 21. *Junii pag.* 125. *ad III. Dub.*

Funus educandæ ſepelliendæ in Eccleſia monialium, an a Parocho, vel a Capellano Monaſterii ſit peragendum, Vide in *Bricinorien.*, *ſeu Nullius S. Ruphili* 21. *Junii pag.* 125. *ad III. Dub.*

Funeribus defunctorum ad Parochum defuncti ſpectat intonatio antiphonæ *ſi iniquitates*, non vero ad vocatum capitulum Cathedralis *Avenionen. jurium Parochialium* 22. *Martii pag.* 57., *ad IV. Dub.*

Funeribus cadaverum defunctorum intra limites Eccleſiæ coadjutricis an munus Parochi expleri debeat a Parocho vocato, vel potius a Vicario Eccleſiæ coadjutricis *Andrien.* 20. *Decembr. ad II. Dub. pag.* 250.

Et quid juris in funeribus cadaverum defunctorum intra limites Parochiales, & ſepelliendorum in Eccleſia coadjutrice, vel aliis eccleſiis intra hujus limites ſitis, *ibid. ad III. Dub.*

Et cui competat exercitium Parochiale quando cadavera eccleſiæ coadjutricis ſepelienda ſunt in eccleſiis filialibus Parochiæ, *ibid. ad IV. Dub.*

G

GRatia applicationis ſubſidiorum dotalium favore Seminarii declarata fuit obreptitia ob non obtentum ab intereſſe habentibus conſenſum *Ravenaten. Subſid. dotalium* 11. *Januar. ad I. Dub. pag.* 1.

H

HEredibus patronorum denegata fuit facultas ampliandi juſpatronatus paſſivum etiam ad infantes ex cauſa augumenti dotis, *Vercellen.* 9. *Aug. pag.* 178.

Hoſpitali denegata fuit applicatio certæ ſummæ in locum erigendi Monaſterii *Faventin.* 10. *Maii pag.* 87.

Non retardato interim annuo depoſito ſcutorum 50. ad formam diſpoſitionis, *ibid.*

Hoſpitium Regularium an ſubſit juriſdictioni, & viſitationi Epiſcopi, dum in illo regularis obſervantia non eſt *Novarien.* 21. *Junii pag.* 125. *ad I. Dub*

Et an viſitatio jure ordinario factx de eodem hoſpitio ſubſtineatur, *ibid.*

I

IMpotentiæ cauſa cum diſſolutio matrimonii petita eſſet, reſcriptum eſt dilata, & fiat recognitio corporis viri juxta inſtructionem D. Secretarii *Lucana Nullitatis matrimonii* 19. *Julii pag.* 146.

Impotentia viri cum non probata eſſet, Sac. Congr. rejecit diſſolutionem matrimonii in *Romana*, *ſeu Reatina matrimonii* 1. *Feb. pag.* 20.

Indultum abeſſendi conceſſum eſt Capellano reſidendi onus habenti, pro aſſiſtendo inopi matri, *Lucen.* 1. *Martii pag.* 39. *ad II. Dub.*

Durante tamen vita matris tantum, & impletis per alium omnibus oneribus, *ibid.*

Indultum abeſſendi fuit conceſſum beneficiato perſonalem reſidentiam habenti ex cauſa infirmitatis *Camerinen.* 21. *Junii pag.* 130.

Ad triennium tamen, ſi tandiu neceſſaria infirmitatis cauſa perduraverit, onerata oratoris conſcientia, & adimpletis interim omnibus oneribus per ſacerdotem ſecularem, idoneum etiam ad excipiendas ſacramentales confeſſiones, *ibid.*

Indultum jubilationis fuit conceſſum Canonico habenti quadragenarium laudabile ſervitium, non obſtante oppoſitione Capituli, *Civitatis Caſtellanæ* 29. *Novembr. pag.* 239.

Etiam demptis conditionibus a Capitulo appoſitis, nempe canendi per turnum miſſam conventualem, & non participandi de punctaturis, *ibid.*

Indultum Regularibus conceſſum reducendi onera miſſarum, non comprehendit ea, quæ licet in eccleſia Regularium implenda ſint, attamen fundus penes Regulares non eſt *Feltrien.* 19. *Aprilis pag.* 75. *ad I. Dub.*

Indultum ſuſpenſionis miſſarum pro reædificatione eccleſiæ etiam pro ſecunda vice conceſſum eſt ad ſexennium in *Auximana prorogationis* 11. *Januar. pag.* 1.

Adjecta tamen clauſula *abſque ſpe ulterioris prorogationis*, *ibid.*

Indultum vacandi per quatuor menſes denegatum fuit canonicis jam habentibus vacationem conciliarem *Corduben.* 11. *Januarii pag.* 3.

Infirmitatis cauſa conceſſum eſt Beneficiato reſidentiæ onus habenti indultum abeſſendi, *Camerinen.* 21. *Junii pag.* 130.

Ad triennium tantum, ſi tandiu neceſſaria infirmitatis cauſa perduraverit, onerata oratoris conſcientia, & adimpletis interim oneribus per Sacerdorem ſecularem, idoneum etiam ad excipiendas confeſſiones ſacramentales, *ibid.*

Intonatio Antiphonæ *ſi iniquitates* ſpectat ad Parochum defuncti, non vero ad vocatum Capitulum Cathedralis, *Avenionen. jurium Parochialium* 22. *Martii pag.* 37.

Irregularis eſt, qui birruarios miſit ad aliquem capiendum, ſi is birruariis ſe opponendo, occiſus eſt *Terracinen.* 10. *Maii pag.* 88.

Etiamſi Birruariis tantum injunxerit, ut illum caperent, & carceribus manciparent, non vero ut occiderent, *ibid.*

Irregularitas contrahitur ab exercito officio judicis criminalis *Conſtantien.* 31. *Maii pag.* 108.

Irregularitatis diſpenſatio contractæ ob exercitum

tuta officium Judicis tum civilis, tum criminalis conceſſa eſt in *Conſtantien.* 31. *Maji pag.* 108.

Irregularitatis contractæ ob exercitum Prætoris munus, cujus cauſa a Birruariis occiſio facta eſt, diſpenſatio conceſſa fuit in *Terracinen. irregularitatis* 10. *Maii pag.* 88.

Jubilationis indultum fuit conceſſum Canonico habenti quadragenarium laudabile ſervitium, non obſtante Capituli oppoſitione *Civitatis Caſtellanæ* 29. *Novemor. pag.* 238.

Etiam demptis conditionibus a capitulo appoſitis, nempe canendi per turnum miſſam conventualem, & non participandi de punctaturis, *ibid.*

Judicium Epiſcopi circa prælectum in concurſu non eſſe irrationabile reſcripſit S. Congr. in *Urbinaten. Parochialis* 20. *Septemb. p.* 220.

Juriſpatronatus paſſivi ampliatio ex cauſa augmenti Dotis denegata fuit in *Vercellen.* 9. *Auguſt. pag.* 178.

L

LEgatum pium aſſequi, & retineri poteſt etiam a puero annorum 6. *Civitatis Caſtelli* 1. *Martii pag.* 39. *ad I. Dub.*

Legatum non eſt perpetuum, cujus onus injunctum eſt heredi, ejuſque heredibus, *ſinchè viveranno, e camparanno, Ceſenaten. legati* 10. *Maii pag.* 87.

Legatum relictum *al Rev. Capitolo, alli Padri Carmelitani, Riformati, Capucini, Franceſcani, e Scuole Pie*, debet æqualiter inter omnes diſtribui *Uritana* 21. *Junii pag.* 126.

Libri Parochiales Eccleſiæ coadjutricis, an quolibet anno deferri debeant ad Archivium eccleſiæ Parochialis *Andrien.* 20. *Decembris pag.* 250. *ad XXIII. Dub.*

M

MAndato revocato non licet amplius Procuratori concordiam inire, *Novarien. diſmembrationis* 22. *Martii pag.* 58. *ad I. Dub.*

Matricitatis titulus fuit ab eccleſia ſita in loco deſerto, & aquis obnoxio translatus ad aliam Eccleſiam ſitam in vertice montis, quo Populus moratur, *Comen. translationis* 19. *Julii pag.* 146. *ad I. Dub.*

Ita ut omnes Parochi eccleſiarum filialium tenerentur ad novam eccleſiam accedere, ibique eas omnes functiones implere, quæ in antiqua matrici eccleſia implebantur, *ibid.*

Excepto tamen feſto tituli eccleſiæ antiquæ, quod in hac fieri, & non transferri juſſit, *ibid.*

Matrix eccleſia privari non debet ſolita annua præſtatione, ex quo filialis dividatur *Novarien. diſmembrationis* 22. *Martii pag.* 58. *ad II. Dub.*

Sed etiam a nova eccleſia erigenda pro rata ſolvi debet, *ibid.*

Matrimonii diſſolutio, ob impotentiam viri, fuit penitus denegata in *Romana, ſeu Reatina matrimonii* 1. *Febr. pag.* 20.

Matrimonii diſſolutio, cum ex cauſâ impotentiæ viri petita eſſet, reſcriptum eſt dilata, & fiat recognitio corporis viri juxta inſtructionem D. Secretarii *Lucana nullitatis matrimonii* 19. *Julii pag.* 146.

Miſſæ ſuſpenſæ ad ſexennium fuerunt pro reædificanda eccleſia, *Auximana* 11. *Januarii pag.* 1.

Etiamſi jam per aliud decennium ex eadem cauſa ſuſpenſæ fuiſſent, *ibid.*

Adjecta tamen clauſula abſque ſpe ulterioris prorogationis, *ibid.*

Miſſarum onus injunctum capellano altaris S. Donati, impleri debet in altari S. Donati, & non alibi, *Compſana* 9. *Auguſti pag.* 178.

Preſertim ſi ipſe Teſtator fuit fundator ejuſdem altaris, & capellaniæ, *ibid.*

Miſſa pro populo applicanda etiam eſt a Cappellanis, qui curam animarum exercent, *Portuen. applicationis miſſæ pro populo* 19. *Julii pag.* 151.

Etiamſi capellania ſit mere laicalis, & capellanus fere omnia ſacra pro fundatore applicare teneatur, *ibid.*

Miſſarum celebratione agenda in eccleſiis Regularium, præferendi ſunt Regulares ſacerdotibus exteris *Foſſanen.* 19. *April. pag.* 75. *ad II. Dub.*

Miſſas reducendi indultum conceſſum Regularibus, non comprehendit eas, quæ licet in eccleſia Regularium implendæ ſint, attamen fundus penes Regulares non eſt, *Foſſanen.* 19. *April. pag.* 75. *ad I. Dub.*

Miſſarum translatio ab eccleſiis ruralibus ad eccleſiam Parochialem petita ad tollendum grave Presbyterorum Parochialis incommodum denegata fuit in *Vicen. translationis oneris miſſarum* 19. *April. pag.* 75.

Miſſarum translatio ab eccleſia Parochiali deſtinata a Teſtatore ad aliam arbitrio heredis ob deficientiam legitimæ cauſæ fuit denegata in *Comen. translationis* 11. *Januarii pag.* 1.

Miſſarum translatio ab Eccleſiis foraneis ad Eccleſiam Parochialem commutata Teſtatorum voluntate, denegata fuit, in *Vicen. translationis oneris miſſarum* 22. *Martii pag.* 58.

Miſſarum translatio ab eccleſia deſignata a Teſtatore fuit denegata canonico coadjutori, qui onus in ſua eccleſia implere petierat, *Peruſina oneris miſſarum* 29. *Novembris pag.* 237.

Miſſionariorum Religioſorum ſubrogatio permiſſa eſt loco Theologiam repetentium, ſeu tertiam probationem agentium a Teſtatore voluntorum ob deficientiam Religioſorum

Theologiam repetentium & tertiam probationem agentium *Hiſpalen.* 1. *Februarii pag.* 16.

Firma tamen in reliquis Teſtatoris diſpoſitione, *ibid.*

Monaſterii erectio non fuit commutata in erogationem certæ ſummæ favore Hoſpitalis, *Faventina* 10. *Maii pag.* 87.

Non retardato interim annuo depoſito ſcut. 50. ad formam diſpoſitionis, *ibid.*

Monaſterii indigentiæ cauſa injunctum eſt onus Capellaniæ in eccleſia Monaſterii erectæ, ut capellanus teneatur hora beneviſa Prioriſſæ celebrare, & ſacramenta Monialibus adminiſtrare *Toletana* 20. *Decembr. pag.* 249.

Denegatum vero fuit onus audiendi ſacramentales confeſſiones, *ibid.*

Monaſterio patrono fuit conceſſa unio eccleſiarum parochialium ob redituum tenuitatem *Gneſnen. unionis* 1. *Febr. pag.* 20.

Multiplicum pro erigendo Monaſterio fuit ad aliud tempus prorogatum ob ejuſdem inſufficientiam *Viterbien prorogationis* 20. *Septembris pag.* 222.

Etiamſi Teſtator non completo multiplico intra definitum tempus alios ſubſtituerit, *ibid.*

Quia ob factum Principis multiplicum perfici non potuit, & nulla culpa interceſſit inſtitutorum, *ibid.*

O

ONus non dicitur perpetuum injunctum heredi, ejuſque heredibus, *ſinchè vivеranno, e camperanno, Cæſenaten. legati* 10. *Maii pag.* 87.

Onus celebrandi miſſam hora beneviſa Prioriſſæ, & adminiſtrandi Monialibus ſacramenta, in junctum eſt Capellaniæ erectæ in eccleſia Monaſterii, ob hujus paupertatem & indigentiam *Toletana* 20. *Decemb. pag.* 249.

Ac denegata fuit impoſitio oneris audiendi ſacramentales confeſſiones earumdem Monialium, *ibid.*

Ordo requiritur presbyteralis pro aſſequenda dignitate Eccleſiæ Collegiatæ *Senogallien.* 30. *Aug. pag.* 193. *ad II. Dub.*

Vel ſaltem in ea ætate debet eſſe conſtitutus, ut intra annum ad ſacerdotium promoveri poſſit, *ibid.*

Ordo Præsbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus requiritur in beneficiatis habentibus onus hebdomadarii, Evangelarii, & Epiſtolarii *Leodien.* 1. *Martii pag.* 39. *ad I. Dub.*

Vel ſaltem in ea eſſe debent ætate, ut intra annum ad reſpectivum ordinem promoveri poſſint, *ibid.*

Tenentur vero per ſe ipſum implere onera reſpective Beneficio annexa, nec poſſunt ea aliis demandare, *ibid. ad II. Dub.*

Ordines ſacros ſuſcipere permiſſum eſt uxoro, emiſſo tamen per uxorem voto perpetuæ continentiæ, nec non permanentiæ uſque ad obitum viri in aliqua religioſa domo ſub approbatione ordinarii *Conſtantien.* 31. *Maii pag.* 168.

P

PArochialium limitum diviſionem factam Metropolitano de mandato S. Congregationis validam eſſe cenſuit Sac. Congr. in *Andrien.* 20. *Septembr. pag.* 221.

Et quoad habitatores extra mœnia mandavit ſeparatum dubium proponi, *ibid.*

Parochialis diſmembratio ob defectum legitimæ cauſæ denegata fuit in *Derthonen. dismembrationis* 11. *Januar. pag.* 2.

Sed tantum fuit conceſſa deputatio Capellani curati cum facultate audiendi ſacramentales confeſſiones, ſacram Euchariſtiam, & oleum ſanctum in Oratorio retinendi, nec non adminiſtrandi, miſſamque etiam diebus ſolemniotibus celebrandi, ſalvis quibuſcumque juribus parochialibus, *ibid.*

Parochialis diſmembrationi locum non eſſe ob non ſatis probatas legitimas cauſas diſtantiæ, & difficultatis itineris, reſcripſit in *Lunen. Sarzanen. diſmembrationis* 20. *Septembris pag.* 220.

Parochialis erectio ex Vicaria amovibili denegata eſt in *Piſauren.* 10. *Maii pag.* 88.

Parochialium eccleſiarum unio fuit permiſſa favore monaſterii patroni ob redituum paupertatem *Gneſnen. unionis* 1. *Febr. pag.* 20.

Parochus ſi per ſe omnibus Parochianis providere nequit, debet deputari Vicarius coadjutor *Vicen. Parochiæ de Luſſano* 30. *Aug. pag.* 199.

Sique neceſſitas plures Vicarios exigit, plures ſunt deputandi, *ibid.*

Parochus qui eſt ſimul Canonicus non tenetur ſolvere cathedraticum diſtinctum ab eo, quod de communi maſſa præſtatur *Aquipendien. Cathedratici* 20. *Decembris pagina* 259.

Parocho an competat jus peragendi functiones Parochiales ſuper cadavere puellæ educandæ ſepelliendæ in Eccleſia Monialium, Vide in *Britinorien.*, *ſeu Nullius S. Ruphli* 21. *Junii pag.* 125.

Parochus defuncti debet intonare antiphonam *ſi iniquitates*, non vero capitulum cathedralis vocatum *Avenionen. jurium Parochialium* 22. *Martii pag.* 57. *ad IV. Dub.*

Parochus defuncti, non vero Capitulum Cathedralis debet aſpergere cadaver defuncti, antequam de domo levetur *Avenionen. jurium Parochial.* 22. *Martii p.* 57. *ad IV. Dub.*

Parocho defuncti debetur quarta funeris parochianorum, qui in Eccleſia Metropolitana ſepelliuntur *Avenionen.* 22. *Martii pag.* 57. *ad I. Dub.*

Idque procedit etiam quoad funera Canonicorum, beneficiatorum, aliorumque addictorum ſervitio Eccleſiæ cathedralis degentium intra limites eccleſiæ collegiatæ, *ibid. ad II. Dub.*

Parocho præſtanda eſt quarta funeralis ex ſepelliendis in ſepulcro majorum in alia eccleſia exiſtenti *Viterbien. juris tumulandi* 31. *Maii pag.* 108.

Patronorum heredibus denegata fuit facultas ampliandi juſpatronatus paſſivum etiam ad infantes ex cauſa augmenti dotis *Vercellen.* 9. *Aug. pag.* 178.

Perpetuum non dicitur onus injunctum heredi, ejuſque heredibus *finchè viveranno, e camperanno Cæſenaten. Legati* 10. *Maji pag.* 87.

Præcedentia inter plura capitula cathedralia æqualiter inter ſe unita ſpectat ad Capitulum antiquius *Terracinen. Setin. & Privernen.* 1. *Martii pag.*40. *ad I. Dub.*

Et eidem capitulo antiquiori competit jus privativum ſedendi ad thronum Epiſcopi tam a dextris, quam a ſiniſtris in quibuſcumque functionibus Epiſcopalibus, & in quacumque Diœceſis parte, *ibid. ad II. Dub.*

Et eadem præcedentia, ac jus privativum competit, etiam ſupra dignitates aliarum eccleſiarum Cathedralium, *ibid. ad III. Dub.*

Prælatio inter vocatos ad loca relicta pro monacandis puellis vindicari nequit, niſi in caſu vacationis eorumdem locorum *Maceraten.* 29. *Novembr. pag.* 237.

Prænominatio Epiſcopi ſemper debet fieri a Diœceſi antiquiori, & digniori, quocumque in loco moretur *Terracinen. Setin., & Privernen.* 1. *Martii pag.*40. *ad IV. Dub.*

Limita quanto duæ Diœceſes inter ſe diſtinctæ ſub uno Epiſcopo uniuntur, nam hoc caſu a negotiis Diœceſium, & a loco, quo moratur, prænominandus eſt, *ibid.*

Præpoſitus, qui ex fundatione habet onus audiendi confeſſiones, an punctandus ſit ſi choro abeſt, ut confeſſiones excipiat *Maceraten. la* 2. 20. *Decembr. pag.*267.

Præpoſitus coadjuvari debet in caſu neceſſitatis a canonicis capitularibus in exercitio curæ animarum *Urbevetana* 31. *Maii pag.*108.

Et præcipue in aſſiſtendis moribundis, *ibid.*

Præsbyteratus requiritur in Beneficiato, qui habet onus hebdomadarii *Leodien.* 1. *Martii pag.*39. *ad I. Dub.*

Vel ſaltem in ea eſſe debet ætate, ut intra annum ad reſpectivum ordinem promoveri poſſit, *ibid.*

Nequit tamen per alium onus implere, ſed tenetur per ſe ipſum, *ibid. ad II. Dub.*

Pretium medietatis domus pro indiviſo ad Eccleſiam ſpectantis fuit liquidatum juxta pretium ſtatutum pro altera medietate *Romana* 20. *Decembr. pag.*243.

Proceſſionibus peragendis ab eccleſia coadjutrice, non Parochiali, an ſit elevanda crux parochialis *Andrien.* 20. *Decembr. pag.* 250. *ad XIII. Dub.*

Et an ſaltem pro dictis proceſſionibus petenda ſit licentia a Parocho, *ibid. ad XIV. Dub.*

Procuratio viſitationis nullomodo præſtanda eſt a Communitate *Vaſionen. Procurationis* 30. *Aug. pag.* 198.

Procuratio Epiſcopo præſtanda eſt per contributum a Parochis, Monaſteriis Monialium, Confraternitatibus laicalibus, Monte Pietatis, & poſſeſſoribus beneficiorum etiam ſimplicium, aliiſque locis Piis, quæ ſubſunt viſitationi Epiſcopi *Senogallien. procurationis II. Januarii pag.*2.

Procurator nequit concordiam inire, poſtquam mandatum revocatum eſt *Novarien. diſmembrationis* 22. *Martii pag.*38.

Prorogatio indulti ſuſpenſionis miſſarum pro reædificatione Eccleſiæ ad ſexennium abſque ſpe ulterioris prorogationis fuit conceſſa in *Auximana* 11. *Januarii pag.*1.

Prorogatio conceſſa fuit pro complendo multiplico ad Monaſterium erigendum, etſi lapſum eſſet tempus a Teſtatore ſtatutum *Viterbien. prorogationis* 20. *Septembr. pag.*221.

Rejecta querela ſubſtitutorum, quia ob factum principis multiplicum perfici non potuit, & nulla culpa fuerunt inſtituti, *ibid.*

Punctaturarum Canonicorum abſentium taxa, an ſit ſervanda, vel reformanda, Vide in *Maceraten.* 20. *Decembr. pag.*267.

Q

QUarta funeralis Parocho præſtanda eſt a parochianis ſepelliendis in ſepulcro majorum in alia eccleſia exiſtenti *Viterbien. juris tumulandi* 31. *Maii pag.* 108.

Quarta funeris præſtanda eſt Parocho defuncti etiam a Capitulo eccleſiæ Metropolitanæ *Avenionen. jurium parochialium* 22. *Martii pag.*57. *ad I. Dub.*

Idque procedit etiam quoad funera Canonicorum, beneficiatorum, aliorumque addictorum ſervitio eccleſiæ Cathedralis in aliena Parochia degentium, *ibid. ad II. Dub.*

Quarta funeralis an præſtanda ſit Parocho de omnibus funeribus peragendis ab Eccleſia mere coadjutrice, non parochiali *Andrien.* 20. *Decembr. pag.*250. *ad XI. Dub.*

R

REcognitio corporis viri injuncta eſt etiam metu cenſurarum, antequam deveniretur ad matrimonii diſſolutionem *Lucana nullitatis matrimonii* 19. *Julii pag.*146.

Recognitio documentorum injuncta eſt, quæ exhibebantur ab Abbate Guaſtallæ pro evin-

cen-

cendo territorio ſeparato *Guaſtallen. Provinciæ Mediolanen. 9. Aug. pag.* 178.

Reducendi onera miſſarum Regularibus indultum datum, non comprehendit onera miſſarum, quæ licet in Eccleſia Regularium implenda ſint, attamen fundus penes Regulares non eſt *Foſſanen. 19. April. pag.75. ad I. Dub.*

Regulares præferendi ſunt Sacerdotibus exteris in celebratione miſſarum celebrandarum in eccleſia Regularium *Foſſanen. 19. Aprilis pag.75. ad II. Dub.*

Regulares in vim indultorum reducendi miſſas, nequeunt eas reducere, quæ licet implendæ ſint in eccleſiis Regularium, attamen fundus penes Regulares non eſt *Foſſanen. 19. April. pag.75. ad I. Dub.*

Relationem examinatorum attenta ſcientia, & probitate electi validam eſſe cenſuit Sacra Congr. in *Urbinaten. Parochialis 20. Septembris pag. 220.*

Religioſorum Miſſionariorum ſubrogatio loco Theologiam repetentium, ſeu tertiam probationem agentium conceſſa fuit ob deficientiam Religioſorum Theologiam repetentium, & tertiam probationem agentium *Hiſpalen. 1. Febr. pag.16.*

Firma tamen in reliquis Teſtatoris diſpoſitione, *ibid.*

Reſcriptum Sac. Congregationis eſt ſubreptitium, ſi in ejuſdem precibus narratum non eſt, quæ clauſula in alio præcedenti reſcripto adjecta fuerat *Ravenaten. ſubſidiorum dotalium 11. Jan. pag.1.*

Reſidentialis eſt Capellania, quando Teſtator onus injunxit cappellano ſacra per ſe ipſum in certa eccleſia celebrandi, & ſacramenti venerationi aſſiſtendi *Lucen. 1. Martii p. 39. ad I. Dub.*

Reſtitutioni, & exhumationi Cadaveris non ſit locus, quando tumulatio recte facta eſt *Bricinorien., ſeu Nullius S. Ruphli jurium Parochialium 21. Junii pag.125.*

S

SAcerdos addictus ſervitio Eccleſiæ Parochialis non eſt ſepelliendus in Parochiali Eccleſia, ſed in ſepultura majorum *Viterbien. juris tumulandi 31. Maji pag.108.*

Reſervata tamen Parocho quarta funerali, *ibid.*

Sacerdos Prætoris munus exercens irregularitatem incurrit, ſi juſſit Birruariis aliquem capere, & ob ſecutam rixam, aliquis occiſus eſt *Terracinen. 10. Maji pag.88.*

Sedendi jus privativum ad thronum Epiſcopi ſpectat ad Capitulum Cathedrale dignius, & antiquius *Terracinen. Setin., & Privernen. 1. Martii pag.40. ad I. Dub.*

Et eidem Capitulo competit jus privativum etiam ſupra dignitates aliarum eccleſiarum cathedralium *ibid. ad III. Dub.*

Seminarii favore denegata eſt applicatio ſubſidiorum dotalium ad locum pium reverſorum ob denegatum ab intereſſe habentibus conſenſum *Ravenaten. ſubſidiorum dotalium 11. Jan. pag.1.*

Et quæ injuſte Seminarium exegerat, mandavit S. Congregatio reſtitui, *ibid.*

Seminarii taxa cum impugnaretur ob exemptionem datam Clero Civitatis reſcriptum eſt dilata, & detur dubium ſuper exemptione Cleri civitatis *Tranen. taxæ Seminarii 29. Novembr. pag.241.*

Seminarii taxa eſt perſolvenda ad ratam ſcutorum trium pro quolibet centenario, non vero in inferiori ſumma *Viterbien. taxæ Seminarii 10. Maii pag.88.*

Sepelliendus eſt Sacerdos in ſepultura majorum, non vero in Parochiali Eccleſia, etſi hujus ſervitio addictus eſſet, *Viterbien. juris tumulandi 31. Maji pag. 108.*

Reſervata tamen Parocho quarta funerali, *ibid.*

Sepelliendi an ſint privative in Eccleſia Parochiali omnes decedentes intra limites Eccleſiæ coadjutricis, non electa ibi ſepultura *Andrien., 20. Decembris ad IX. Dub. pag. 250.*

Sepulturæ electio fieri poteſt ab educanda in Eccleſia Monialium *Bricinorien. 21. Junii pag.125. ad I. Dub.*

Etſi in Eccleſia Monialium non adſit ſepultura educandarum diſtincta ab alia Monialium *ibid.*

Sepultura puellæ educandæ Monaſterii an ſit facienda in hujus Eccleſia, vel potius in Eccleſia Parochiali *Bricinorien., ſeu Nullius S. Ruphli 21. Junii pag.125.*

Et an a Capellano Monaſterii, vel potius a Parocho agendæ ſint funebres functiones *ibid.*

Sepultura in Eccleſia Metropolitana aliorum parochianorum nequit fieri, niſi ibi electa ſepultura *Avenionen. Jurium Parochialium 22s Martii pag.57. ad III. Dub.*

Synodus celebrata in una Diœceſi obligat etiam alias Diœceſes, & Civitates eidem Epiſcopo unitas *Terracinen. Setin. Privernen. 1. Martii pag.40. ad VI. Dub.*

Subdiaconatus ordo requiritur in beneficiato, qui habet onus Epiſtolarii *Leodien. 1. Martii pag.39. ad II. Dub.*

Vel ſaltem debet eſſe in ea ætate, ut intra annum ad reſpectivum ordinem promoveri poſſit *ibid.*

Nequit tamen per alium onus implere, ſed tenetur per ſe ipſum *ibid. ad II. Dub.*

Subrogatio Religioſorum Miſſionariorum permiſſa eſt loco Theologiam repetentium, ſeu tertiam probationem agentium a Teſtatore volitorum, ob deficientiam religioſorum theologiam repetentium, & tertiam probationem agentium, *Hiſpalen. 1. Februarii pag. 16.*

Fir-

Firma tamen in reliquis dispositione *ibidem*.

Subsidium dotale nequit anticipate promitti ex fructibus ex post maturandis *Firmana* 31. *Maii pag.*109.

Et talis promissio fuit irrita declarata, ac injunctum, ut affiganter edicta *ibid.*

Subsidium dotale relictum puellis Viterbiensibus *nate di Padre, e Madre Viterbesi* non debetur puellis natis quidem Viterbii, sed non ex Patre Viterbii nato, etiamsi civis sit Viterbiensis *Viterbien. subsidij dotalis* 19. *Julii pag.*146.

Subsidia dotalia simul cumulata fuerunt pro danda dote scut.200. puellæ consanguineæ *Nullius Terræ Pontiani* 22. *Martii pag.*57.

Etiamsi dicta puella jam esset nupta, cum ante nuptias preces pro subsidio dedisset *ibidem*.

Subsidia dotalia non debent cumulari pro dotanda puella quinto gradu Testatori conjuncta, quoties Testator suas consanguineas in distributione subsidiorum dotalium non contemplatus fuit *Perusina subsidiorum dotalium* 20. *Septembris pag.*225.

Etiamsi oratricis Mater dotem ex iisdem consecuta esset *ibid.*

Subsidiorum dotalium cumulum pro puella ultra quartum gradum Testatori conjuncta denegata fuit in *Ferrarien. subsidiorum dotalium* 11. *Januarii pag.*2.

Subsidia dotalia an debeantur puellis in decimo gradu Testatori conjunctis, dum Testator de iisdem præferendis non cogitavit vide in *Romana, seu Sabinen. subsidiorum dotalium* 20. *Decembris pag.* 262.

Subsidium dotale non debetur puellæ ex cujus familia jam alia puella dotem obtinuit, si Testator voluit, non nisi unì puellæ ex eadem familia dotem dari *Firmana* 30. *Maii pag.*109. *vd I. Dub.*

Subsidiorum dotalium applicatio reversorum ad locum pium denegata fuit favore Seminarii, ob non obtentum ab interesse habentibus consensum *Ravennaten. subsidiorum dotalium* 11. *Janu. ad I. Dub. pag.*1.

Et quæ in vim dictæ iniustæ applicationis a Seminario exacta fuerant, injunctum est, ut restituantur *ibid.*

Supernumerariæ admissio in loca relicta pro Monacandis puellis denegata fuit in *Maceraten.* 29. *Septembris pag.*237,

Cumque puellæ præelectæ a Testatore de prelatione certarent, rescriptum est *recurrant in casu vacationis ibid,*

Suspensio Missarum pro restauranda Ecclesia etiam pro secunda vice ad sexennium concessa est in *Auximana* 11. *Janu. pag.*1.

Adjecta tamen clausula *ab [illegible] ultrioris prorogationis ibid.*

T

Taxa punctaturarum canonicorum absentium an sit servanda, vel reformanda vide in *Maceraten.* 20. *Decembris pag.* 267.

Taxa seminarii est persolvenda ad ratam scutorum trium, non vero in inferiori summa *Viterbien. taxæ seminarii* 10. *Maii pag.*83.

Taxa seminarii cum impugnaretur ob exemptionem datam Clero civitatis, rescriptum est *Dilata & detur Dubium super exemptione Cleri civitatis Tranen. taxæ Seminarii* 29. *Novembris pag.* 238.

Territorium separatum cum pretenderetur ab Abbate Guastallæ, injunctum est, ut ante omnia recognoscantur documenta ab eodem exhibita *Guastallen. Provinciæ Mediolanen.* 9. *Augusti pag.*178.

Titulus Matricitatis, & Plebaniæ fuit ab Ecclesia sita in loco deserto, & aquis obnoxio translatus ad Ecclesiam sitam in vertice Montis, quo populus moratur *Comen. translationis* 19. *Julii pag.*146. *ad I. Dub.*

Ita ut omnes Parochi, & vice Parochi Ecclesiarum filialium tenerentur ad novam Ecclesiam accedere, ibique eas omnes functiones implere, quæ implebantur in Ecclesia antiqua Matrici *ibid.*

Transactio nulla est inita a Procuratore cujus mandatum revocatum jam fuerat *Novarien. dismembrationis* 22. *Martii pag.* 58. *ad I. Dub.*

Transactio inita super jure coadjuvandi Parochum, & onere reficiendi Ecclesiam fuit reprobata in *Faventina Concordiæ* 29. *Novembris pag.*237.

Transactio inita inter hæredem gravatum, & substitutum super renunciatione fideicommissi clari, & non dubii, rejecta fuit in *Ariminen. concordiæ* 9. *Aug. pag.*179.

Translatio oneris missarum ab Ecclesiis Foraneis ad Ecclesiam Parochialem contra Testatorum voluntatem denegata fuit in *Vicen. translationionis oneris Missarum* 21. *Martii pag.*58.

Translatio Missarum ab Ecclesia Parochiali ad alteram non volitam a Testatore ob deficientiam legitimæ causæ fuit denegata in *Comen translationis* 11. *Januar. pag.*1.

Translatio onerum Missarum ab Ecclesiis ruralibus denegata fuit ad Parochialem Ecclesiam, petita ad tollendum grave Presbyterorum Parochialis incomodum *Vicen. translationis Missarum* 19. *Aprilis pag.*75.

Translatio oneris Missarum ab Ecclesia designata a Testatore fuit denegata coadjutori, qui petiit onus implere in Ecclesia Cathedrali *Perusina oneris Missarum* 29. *Novembris pag.*227.

Translatio tituli matricitatis, & Plebaniæ ab Ec-

Ecclesia sita in loco non habitato, & aquis obnoxio fuit permissa ad Ecclesiam sitam in vertice montis, quo populus moratur *Comen. translationis* 19. *Julii pag.* 146. *ad I.*

Ita ut omnes Parochi & Vice-Parochi ecclesiarum filialium tenerentur ad novam Ecclesiam accedere, ibique eas omnes functiones implere, quæ implebantur in Ecclesia antiqua matrici *ibid. ad II.*

Excepto tamen festo tituli Ecclesiæ antiquæ, quod in hac fieri, & non transferri justit *ibid.*

V

Valor medietatis domus spectantis ad Ecclesiam fuit calculatus juxta valorem, quo altera domus medietas vendita fuit *Romana* 20. *Decembris pag.* 243.

Et ejusdem fructus fuerunt calculati ad ratam scut. 1. 80. pro quolibet centenario *ibid.*

Vicarius coadjutor est deputandus quando Parochus per se omnibus Parochianis præsto esse non potest *Vicen. Parochiæ de Lauriano* 30. *Aug. pag.* 199.

Sique necessitas plures exigit, tunc plures sunt deputandi *ibid.*

Vicariorum electio in ecclesia coadjutrice an a Parocho facienda sit, vel potius a capitulo ecclesiæ coadjutricis *Andrien.* 20. *Decembris pag.* 250.

Viro data est facultas ascendendi ad sacros ordines, emisso tamen per uxorem voto perpetuæ continentiæ, nec non permanentiæ usque ad obitum viri in aliqua religiosa domo sub approbatione ordinarii *Constantien.* 32. *Maii pag.* 108.

Visitationi Episcopi an subsit hospitium Regularium, in quo regularis observantia non viget *Novarien.* 21. *Junii pag.* 125. *ad I. Dub.*

Et an visitatio jure ordinario de eodem hospitio facta substineatur *ibid.*

Unio ecclesiarum Parochialium secularium permissa fuit favore Monasterii ob redituum paupertatem, & quia erant juris patronatus Monasterii *Gnesnen. unionis* 1. *Februarii pag.* 20.

Vocatis puellis Viterbiensibus *nate di Padre, e Matre Viterbesi*, non veniunt puellæ nate quidem Viterbii, sed non ex parte Viterbii nato *Viterbii subsidii dotalis* 19. *Julii pagin.* 146.

Etiamsi Pater ex longevo domicilio 50. annorum domicilium acquisivisset *ibid.*

Vocem in capitulo non habet Canonicus, nec intervenire potest, si cum hac expressa lege fuit Canonicatus a Capitulo admissus *Tolentin. Archipresbyteratus* 1. *Febr. pag.* 16. *ad III. Dub.*

Nisi tamen agatur de iis capitulis, in quibus agitur de bonis, & juribus, de quibus novus canonicus participat *ibid.*

FINIS.

INDEX CONCLUSIONUM

Quæ adnotatæ fuerunt in Foliis Cauſarum anni 1766.

A

ABbatum triplex ſpecies eſt. Prima quæ Regularibus etiam communis, ut una cum eccleſia, ejuſque clericis, & miniſtris immediate ſubſint Romano Pontifici *pagina* 160. §. *de exemptionibus*.

Secunda eorum, qui habent quidem exemptionem paſſivam, & Juriſdictionem activam in clerum, & populum unius, vel plurium locorum, ſine tamen territorio ſeparato *ibid.*

Tertia eorum, qui habent juriſdictionem activam cum territorio ſeparato avulſo a qualibet Diœceſi cum integra Epiſcopi juriſdictione.

Ut territorium ſeparatum aquiratur requiritur privilegium clarum, & undequaque ſubſiſtens *pag.*161. §. *apertiſſima*.

Vel conſuetudo immemorabilis ſuis omnibus requiſitis rite probata, per quam apoſtolicum privilegium præſumi poſſit *ibid.*

Ac eadem conſuetudo debet amplecti omnes actus Epiſcopalis juriſdictionis, & quidem pacifice ſine ulla contradictione *pagina* 162. §. *Quod*.

Probatur ideo ex longeva aquieſcientia Epiſcoporum viciniorum circa exercitium actuum juriſdictionalium *pag.*157. §. *itidem*, & *ſeq.*

Non probatur vero ex monumentis extractis a ſolo Abbatis Notario non monitis Epiſcopis vicinioribus *pag.*164. §. *Ponderandum*.

Et an, & quando, & quibus ſatis probetur *vide pag.*167. §. *multæ*.

Abbas autem etiam cum territorio ſeparato nequit concedere literas dimiſſoriales *pag.*162. §. *atqui*.

Nec eidem comitti ſolent literæ diſpenſationum matrimonialium, niſi ſuper hoc ſingulare obtinuerit privilegium *pag.* 158. §. *auditi*.

Abeſſendi indultum conceditur beneficiato cauſa ſtudiorum *pag.*64. §. *debitum*.

Idemque ex dicta cauſa abſens, non tenetur ad celebrationem Miſſarum collegialiter ſibi injunctarum *ibid.*

Item abeſſendi indultum conceditur beneficiato ex cauſa infirmitatis *pagin.* 132. §. *ait*.

Licet teſtator perpetuum ſervitium voluerit, & abſentiam prohibuerit *ibid.*

Denegatur tamen Parocho propter intemperiem aeris, vel propter inimicitias, vel ſenectutem, aut infirmitatem, aut peſtem *pag.*86. §. *propterea*.

Etſi Vicarium idoneum deputet, vel coadjutorem habeat *ibid.*

Verum ex vehementibus, imo peculiaribus cauſis aliquando ab hoc juris rigore receſſum eſt *ibid.*

Accuſator in cauſis criminalibus irregularitatem incurrit *pag.*95. §. *de irregularitate*.

Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ alicui competens nequit ab Epiſcopo tolli *pag.* 183. §. *ad* 17.

Advenæ debent ſacramenta recipere in Eccleſia Cathedrali *pag.*256. §. *ſubſtinet*.

Ac ibi ſunt ſepelliendi, ſi decedunt abſque electione ſepulturæ *ibid.*

Advocatus in cauſis criminalibus irregularitatem incurrit *pag.*95. §. *de irregularitate*.

Ætas nulla ad beneficia ſpeciatim præſtituta reperitur in ſuperioribus Eccleſiæ ſæculis *pagin.*194. §. *Nulla*.

Sed ſat erat ætas requiſita ab ordine qui beneficio annexus erat *ibid.*

Poſtmodum vero cum beneficia ad majora non ordinatis darentur, qui onera per alios implebant, hinc ætas ad beneficia varii generis præfinita eſt *pag.*195. §. *ſuccedentibus*.

Cautumque ut ſaltem infra annum ad reſpectivum beneficii ordinem aſcendere debeant *ibid.*

Quæſtio tamen fuit, an dignitates curam animarum non habentes requirerent ætatem 25. annorum, vel ſufficeret 14. *ibidem* §. *diſcordare*.

Sed Conc. Trid. ſtatuit ætatem 22. annorum requiri in dignitatibus, & perſonatibus, quibus non eſt animarum cura *ibidem* §. *concilium*.

Hinc recepta modo opinio eſt, ad dignitates quaſcumque acquirendas licet juriſdictione, & cura animarum carentes ſemper requiri ætatem 22. annorum ut pluries

Sac. Cong. definivit *ut in pag.196. §. sacra & seq.*

Ætatis dispensatio etiam in beneficiis Ecclesiasticis conceditur vocato, quando nulli sit injuria *pag.127. §. inquit*.

Præsertim si alia exempla similium dispensationum adsint *ibid. §. sequen.*

Imo etiam datur intantibus, qui jus certum habent *ibid.*, & *pag.158. §. In una*.

Denegatur vero passive vocato in exclusionem alterius vocati capacis, licet remotioris *pag.118. §. in una*.

Quamvis ad exclusionem extranei etiam puero trimo, quadrienni, & quinquenni concedatur *ibid.*

Agricolæ sunt Parochiani Ecclesiæ Cathedralis *pag.211. §. demum*.

Hinc in eadem debent sacramenta recipare *pag.256. §. subsistunt*.

Ibique sepelliendi, si sepulturam non elegerint *ibid.*

Alimenta debentur patrono pauperi ex fructibus beneficii *pag.241. §. ponderandum*.

Idque intellige etiam de heredibus extraneis, ad quos juspatronatus transiit *ibid.*

Anniversariorum emolumenta debentur Canonico jubilato *pag.234. §. hæc*.

Nisi expresse aliud testatores dixerint *ibid.*

Antiphonæ *si iniquitates* præcentio spectat ad Parochum defuncti, non vero ad Capitulum vocatum *pag.46. §. ad IV.*

Appellatio *Viterbiensium* non distinguitur ab altera *de Viterbio pag.136. §. in decisione*.

Ac sub eadem veniunt tantum nati Viterbii *pag.136. §. objicit*.

Præsertim si agatur de Testatore, qui longa origine Viterbii natos ascendentes habuerit *ibid.*

Fortius si expresse specificavit, & vocavit alias puellas, quæ ibi natæ non erant *ibid. §. adjicit*.

Hinc non comprehenduntur eæ puellæ, quæ tantum domicilium licet longissimum habent *ibid.*

Appellatio *hæredis* non solum ad proximum, sed etiam ad ulteriores heredes refertur *pag.77. §. de heredis*.

Nam & heredis heres, & alii deinceps appellatione heredis continentur *ibid.*

Appellatio domus civilis appellatio est *pag.223. §. hæc*.

Ex præsumpta autem Testatoris voluntate appellatione *domus* venit tantum familia Testatoris *ibid. §. advertendum*.

Nisi patriam certam designasset, nam tunc omnes de eadem familia ex dicta patria vocati censentur *ibid. §. alium*.

Ex communi autem usu loquendi, de eadem domo dicuntur omnes, qui portant eadem insignia & arma *ibid.*

Applicare solet S. Pontifex legata omnia relicta Regularibus incapacibus possidendi *pagin.61. §. extat*.

Applicatio sacrorum semper censetur injuncta per demandatam celebrationem in beneficiis & capellaniis perpetuis *pag.65. §. in beneficiis*.

Nisi contraria mens testatoris, vel expressis verbis, vel urgentibus conjecturis appareat *ibid.*

An autem hæc eadem regula procedat in beneficiatis, vel capellaniis erectis ob servitium Ecclesiæ & Chori *vide ibid. §. perpendum*.

Applicationis onus non censetur injunctum, quando per immemorabile tempus numquam applicatio facta fuit *pag.64. §. accedere*.

Applicatio Missæ pro populo facienda est ab omnibus Parochis, ac curam animarum habentibus *pag.153. §. sane*.

Sique reditus pingues sunt, tenentur singulis diebus sacrificium pro Parochianis offerre *ibid. §. quod*.

Sin vero tenues, saltem diebus festivis qualibet exceptione remota *ibid.*

Etsi Parochi congruam non habeant, vel sint capellani nutu amovibiles *ibid.*

Quin imo etiamsi teneantur omnia sacra ex fundatoris voluntate pro aliis applicare *ibid.*

Archidiaconatus est vere dignitas in jure expressa *pag.11. §. his positis*.

Archipresbyteratus est vera dignitas in jure expressa *pag.11. §. his positis*.

Aspersio cadaveris antequam de domo levetur spectat ad Parochum defuncti *pag.46. §. ad IV.*

Etiamsi capitulum Ecclesiæ Cathedralis funeri interfit *ibid.*

Attentata si sunt patrata, omnia irritanda, ac rescindenda sunt *pag.182. §. ad XXI.*

Ac omnia damna, & expensæ integre sunt reficiendæ *ibid.*

B

Baptismi collatio comitti potest a Parocho alteri Sacerdoti *pag.255. §. licere*.

Id tamen vetitum est Vicario curam tantum actualem habenti, *ibid.*

Beneficiati unice tenentur ad onera in fundatione adjecta *§. Sacra*.

Adeo ut nec heres, nec patronus, nec Episcopus possit nova onera adjicere, *ibid.*

Beneficiati hebdomadarij, Evangelarii, & Epistolarii debent esse constituti in respectivo ordine presbyteratus, Diaconatus, & subdiaconatus, *pag.34. §. Capitulum*.

Vel saltem in ea esse ætate, ut intra annum ad respectivum ordinem promoveri possint, *ibid.*

Beneficiati omnes choralibus officiis adscripti tenen-

tenentur per ſe ipſos implere, & recipere ordinem neceſſarium implendo muneri *p.*35. §. *Sanctionem*.

Etiamſi beneficia ante conc. Trid. erecta fuerint, *ibid.*

Beneficiati addicti ſervitio eccleſiæ Cathedralis, vel collegiatæ, ejuſdem Parochiani ſunt *pag.* 47. §. *ad* 11. & *pag.*252. §. *Evenient*.

Et in eadem ſacramenta recipere debent, etſi extra illius Parochiam domicilium habeant, *ibid.*

Limita in caſu infirmitatis, nam tunc ſacramenta a Parocho domicilii eiſdem ſunt præſtanda *pag.*48. §. *de Canonicis*, & *pag.*102. §. *dubitatum*.

Sepelliendi tamen ſunt in eccleſia, cui addicti ſunt, ſi in ea peculiare, ac proprium ſepulcrum habeatur, *ibid.* §. *eos*.

Sin minus in ſepulchro majorum, alias in ſua Parochia, *ibid.*

Semper vero quarta funeralis Parocho domicilii debetur *pag.*49. §. *quocumque*.

Beneficiati qui de parochialibus emolumentis non participant, non tenentur ad coadjuvandum parochum *pag.*182. §. *ad* 4.

Beneficiati non tenentur ad diſtinctum Cathedraticum ſolvendum ab eo, quod a capitulo de communi ſolvitur *p.*261. §. *de Canonicis*.

Etiamſi habeant præbendam diſtinctam a maſſa communi, *ibid.*

Limita quoad Canonicos & Beneficiatos non participantes de maſſa communi, *ibid.*

Beneficiati, quibus onus non eſt audiendi confeſſiones, ſi pro his audiendis choro abſunt, non lucrantur diſtributiones quotidianas, *pag.*269. §. *de Canonicis*.

Limita ſi abſque ſtipendio, & ex deputatione confeſſiones audiant, *ibid.* §. *in una*.

Idem dic de beneficiato organum pulſante tempore divinorum officiorum, *ibi.*

An autem ſecus ſit dicendum ob parvum canonicorum numerum, Vide *ibid.*

Beneficiatus infirmitatis cauſa abeſſe poteſt a loco reſidentiæ *pag.*137. §. *ait*.

Licet teſtator perpetuum ſervitium voluerit, & abſentiam prohibuerit, *ibid.*

Ac lucratur omnes fructus, & diſtributiones ſine ulla diminutione *pag.* 133. §. *infirmitatem*.

Improbata quacumque contraria conſuetudine, vel ſtatuto, *ibid.*

Hinc lucratur Laudemia, Quindemia, Capitularia, Aniverſaria, & Emolumenta cujuſvis generis, & ſpeciei communia nuncupata, ac etiam victualia, & candelas, *ibid.* §. *Sacra*.

Unice exceptis anniverſariis, aliiſque obventionibus non fixis, & in quibus diverſimode fuerit a Teſtatoribus diſpoſitum, *ibid.*

Beneficiatus qui ſtudiorum cauſa a Choro abeſt non tenetur ad celebrationem miſſarum collegialiter ſibi injunctarum *pag.*64. §. *debitum*.

Beneficii erectione poteſt a fundatore quæcumque conditio adjici *pag.*168. §. *dum*.

Et licet præter jus ſit, tamen approbari debet, *ibid.*

Hinc etiam conditio adjici poteſt, ut infantes titulo adminiſtrationis beneficia retinere poſſint *pag.*167. §. *dicunt*.

Erecto autem beneficio vetitum eſt novas conditiones adjicere *pag.*168. §. *erecto*.

Adeo ut nec heres, nec patronus, nec Epiſcopus nova onera adjicere poſſit *pag.*241. §. *Sacra*.

Limita ſi prima dos augeatur, vel legitima poteſtas novam conditionem admittat *pag.*169. §. *poteſt*, & *ſeq.*

Preſertim ſi res ſit de conditione, quæ primas leges non deſtruat *pag.*168. §. *imo*.

Hinc onera injuſte impoſita poſt erectionem, licet acceptata a beneficiatis, poſſunt a ſucceſſoribus recuſari, *ibid.*

Beneficium de jurepatronatus Epiſcopi, an ſi in Parochialem erigendum ſit, Epiſcopo debeat reſervari juſpatronatus, vel potius concurſus ſit indicendus, Vide *pag.* 86. §. *quando*.

Beneficium aliquando etiam conceſſum eſt puero, vel infanti ex familia fundatoris *p.* 167. §. *dicunt*.

Ob equitatem, quæ ſuadet conjunctos præferendos eſſe quibuſcumque extraneis, *ibidem* §. *venire*.

Beneficii collatione non ſolent exprimi omnia onera beneficio annexa *pag.* 89. §. *neque*.

Preſertim ſi Collegio univerſo onus injunctum ſit, *ibid.*

Beneficiis nulla ætas ſpeciatim præſtituta reperitur in ſuperioribus Eccleſiæ ſeculis *p.* 194. §. *nulla*.

Sed ſat erat ætas requiſita ab ordine, qui beneficio annexus erat, *ibid.*

Poſtmodum vero cum beneficia ad majora non ordinatis darentur, qui onera per alios implebant, hinc ætas ad beneficia varii generis præfinita fuit *pag.* 195. §. *Succedentibus*.

Beneficium perpetuum eſt, quod abſque nota amovibilitatis erectum eſt in collegiata eccleſia pro Chori ſervitio *pag.* 34. §. *ad* VII.

Beneficiorum privatio fieri poteſt etiam non ſervata forma Concilii Tridentini, quando alia forma præſcripta eſt Apoſtolicis literis *pag.*34. §. *ad* VII.

Et privatio in aliquo preciſo caſu adjecta, nequit ad alios caſus, nec ex identitate, aut majoritate rationis extendi *pag.*28. §. *quemadmodum*.

Beneficiis onus injunctum celebrandi miſſas, importat earum applicationem *pag.* 65. §. *in beneficiis*.

Niſi contraria mens Teſtatoris vel expreſſis verbis, vel urgentibus conjecturis appareat, *ibid.*

An autem hæc regula etiam procedat in beneficiatis, vel capellaniis erectis pro ſervitio

vitio ecclesiæ, & chori, Vide *ibid.* §. *perpendendum*.

Beneficii reditus si tenues sunt, potius onera sunt minuenda, quam augenda *pag.* 182. §. *ad III.*

Beneficii residentia duplex est: alia præcisa, alia causativa *pag.*29. §. *communis*.

Præcisa requiritur in beneficiis, vel cappellaniis quæ servitium Chori habent in cathedrali, vel collegiata, *ibid.*

Vel annexum onus assistendi divinis officiis in Ecclesia Parochiali, & Parochum adjuvandi. *ibid.*

Vel si habet onus celebrandi per se ipsum *pag.*132. §. *ex adverso*.

Vel si pœna privationis in casu non residentiæ injuncta sit *pag.*29. §. *vel*.

Vel si onera per se ipsum implenda jussit, licet privationis pœna injuncta non fuerit, *ibid.*

Hinc excluditur residentia præcisa, si facultas data sit beneficiato onera per alium implendi *pag.*28. §. *ad I.*

Etiamsi dicta beneficia ad certum determinatum numerum redacta sint, & collegium, seu Capitulum constituant, *ibid.* §. *neque*.

Secus vero in canonicatibus, & beneficiis curatis, *ibid.*

Beneficium Sacerdotale non est, si testator onus celebrandi per alium non prohibuit, *pag.*197. §. *ponderandum*.

Beneficii ultimus status maxime attendendus est ad dignoscendam ejusdem qualitatem, *pag.* 186. §. *Sacerdos*.

Præsertim si idem status fuit in contradictorio judicio approbatus, *ibid.*

Beneficiorum unio favore Seminarii ob tenuitatem redituum permittitur, *pag.* 79. §. *ex his*.

Beneficia unita Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, Monasteriis, & quibusvis locis piis, si sint curata, debent ab Episcopo visitari *pag.*201. §. *Concilium*.

Et Episcopus curare debet, ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos cura exerceatur, *ibid.*

Nisi ipsis Episcopis pro bono Ecclesiarum aliter expedire videbitur, *ibid.*

Bona primæ erectionis beneficiorum exempta sunt a solutione collectarum *pag.*19. §. *bona*.

C

CAdaver non est restituendum, neque emolumentum, quando sepultura rite facta est *pag.*112. §. *Quamobrem*.

Præsertim si consuetudo vigeat, ut quarta non præstetur, *ibid.*

Facienda tamen cadaveris restitutio est, si temere sepultura facta fuit in non competenti Ecclesia *pag.*114. §. *ad restitutionem*.

Nec non omnium emolumentorum, quæ occasione sepulturæ intra decendium obvenerunt, *ibid.*

Sacra tamen Congr. juxta varias circumstantias aliquando restitutionem cadaveris una cum emolumentis concessit, *ibidem* §. *sacra*.

Aliquando denegavit, *ibid.*

Cadaveris asperso antequam de domo levetur, ad Parochum spectat *pag.*46. §. *ad IV.*

Etiamsi capitulum Cathedralis Ecclesiæ funeri interfit, *ibid.*

Caducitas per viam modi injuncta, nonnisi dolo, & culpa incurritur *pag.* 214. §. *non obesse*.

Probatur autem fuisse modum, non conditionem, si prius institutio heredis, & postea emolumentum datum est, *ibid.* §. *patere*.

Hinc caducitas non incurritur, si facto Principis opus impleri nequivit, *ibid.*

Canonicatus erectio fieri nequit sine consensu Capituli *pag.*11. §. *ad VII.*

Verum si capitulum juste contradicit, tunc non obligatur ut invitum socium accipiat, *pag.*12. §. *de erigendis*.

Hinc potius commutationi fit locus, quam erectioni, *ibid.*

Sin vero capitulum injuste dissentit, etiam eodem reluctante erectio perficienda est, *ibid.* §. *ac tantumodo*.

Si vero conditionate consentit, tunc inquiritur, an eædem conditiones justæ, vel injustæ sint *pag.*13. §. *quando*.

Quænam vero conditiones justæ, vel injustæ dicantur, Vide *ibid.* & §. *seq.*

Canonici Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, hujus Parochiani sunt *pag.*47. §. *ad II.*

Hinc in ea sacramenta percipere debent, etiamsi extra parochiam Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ morentur, *ibid.* & *p.*252. §. *eveniente*.

Limita in casu infirmitatis, nam tunc sacramenta recipere debent a Parocho domicilii, *ibid.*

Sepelliendi tamen sunt in Ecclesia, cui addicti sunt, si adsit peculiare, & distinctum sepulcrum pro iis, qui interviunt, *ibid.* & *pag.*102. §. *dubitatum*.

Sin minus in sepulcro majorum tumulandi sunt, *ibid.*

Canonicus qui cum ceteris officium, & onus subsistinet, eque de emolumentis participare debet *pag.*9. §. *equum*.

Et vicissim qui aliorum prærogativa honoris fruitur, ad instar quoque aliorum debet dispendia subire *pag.*10. §. *ad VI.*

Nec ulla pœna mulctandus est, qui munus suum implet *pag.*267. §. *de I.*

Canonici tantum præsentes lucrantur distributiones quotidianas *pag.*269. §. *Concilium*.

Aboleta penitus quavis collusione, aut remissione, *ibid.*

Limita in infirmis, nam hi lucrantur om-

omnes fructus, & distributiones sine ulla diminutione *pag.*133. §. *infirmitatem*.

Dummodo tamen infirmitate, & onerata oratoris conscientia *pag.*134. §. *quando*.

Canonici tenentur assistere in munere Diaconi, & subdiaconi dignitati celebranti *p.* 10. §. *ad VIII.*

Ac participantes de decimis, tenentur coadjuvare Archipresbyterum in cura animarum *pag* 91. §. *sacra*.

Et generaliter an, & quando Canonici teneantur Parochum maxime in casu necessitatis coadjuvare, Vide, *ibid.* §. *sacra*.

Canonicus jubilatus lucratur omnes fructus, & distributiones, etsi choro absit, *pag.* 33. §. *hæc*.

Item emolumenta anniversariorum, quæ fiunt in anno, nisi expresse aliud testatores dixerint, *ibid.*

Item fallentias Canonicorum absentium, dummodo non obstent constitutiones particulares, & consuetudo ecclesiæ, *ibid.*

Non tenetur tamen nec per se, nec per alium ad celebrationem missæ conventualis *ibid.* §. *similiter*.

Nec contribuere elemosinæ missarum conventualium, *ibid.*

Vide *Jubilatio*.

Canonici, quibus onus non est audiendi sacramentales confessiones, si pro his excipiendis choro absunt, non lucrantur distributiones quotidianas *pag.*269. §. *de canonicis*.

Limita si absque stipendio, & ex deputatione confessiones audiant, *ibid.* §. *in una*.

Idem dic de Canonico organum pulsante tempore divinorum officiorum, *ibid.*

An autem secus dicendum sit ob parvum canonicorum numerum, Vide *ibid.* §. *quia*.

Canonici non tenentur ad distinctum Cathedraticum solvendum ultra illud, quod a capitulo in communi solvitur *pag.* 261. §. *de Canonicis*.

Eriamsi habeant præbendam distinctam a massa communi, *ibid.*

Limita quoad Canonicos præbendas distinctas possidentes, & non participantes de massa communi, *ibid.*

Canonicos curam actualem habere non probatur ex decimarum participatione, quia alio titulo has aquirere potuerunt *pag.*90. §. *quin.*

Præsertim si res sit de decimis non sacramentalibus, *ibid.*

Item non probatur ex collatione baptismi, elevatione cadaverum, & quartæ funeralis participatione *ibid.* §. *quemadmodum*.

Capellania duplici sensu dici potest laicalis, vel quia erecta absque Ordinarii auctoritate, vel quia laicis etiam conferri possit *pao.* 31. §. *sacra*.

Hinc non repugnat, ut capellania mere laicalis sit, & de personis nominandis Ecclesiastica, ita ut laici, & præcipue infantes incapaces sint, *ibid.*

Exempla plura ibi afferuntur, & §. *seqq.*

Capellania proprie laicalis est, cujus erectio Ordinarii auctoritate facta non probatur, *pag.*152. §. *ait*.

Eademque retineri potest a quibuscumque laicis & etiam infantibus *pag.* 30. §. *inquit*, & *pag.*31. §. *verum*.

Nisi expressa, vel tacita fundatoris voluntas repugnet, *ibid.*

Capellania est præcise residentialis, si habet onus celebrandi per se ipsum *pag.*132. §. *ex adverso*.

Item si pæna privationis in casu omissæ per se ipsum celebrationis injuncta fuit, *ibid.*

Excluditur autem residentia præcisa, ex quo Beneficiato jus sit onera per alium implendi *pag.*28. §. *ad I.*

Generaliter vero tantum residentia causativa in capellaniis ob requisitum aliquod servitium inducitur *pag.* 28. §. *ad II.*

Etiamsi capellaniæ ad certum determinatum numerum redactæ sint, & collegium, seu capitulum constituant, *ibid.* §. *neque*.

Capellaniis, vel beneficiis institutis ad ecclesiæ, & chori servitium onus simplex celebrandi non importat onus applicationis *pag.* 63. §. *inquiunt*.

Nisi applicatio expresse fuerit injuncta, *ibid.*

An autem & quando ex sola celebratione inducatur onus applicationis, Vide *Beneficia*.

Capellani Monasterii stipendium, si reditus Monasterii tenues sunt, debet sumi ex monasterii reditibus, diminuto Monialium numero *pag.*242. §. *advertendum*.

Capellani ecclesiarum ruralium tenentur Doctrinam Christianam pueros docere, & verbum Dei annuntiare *pag.* 93. §. *Benedictus*.

Capituli nomine veniunt omnes Canonici sive antea, sive postea electi *pag.*9. *ad II.*

Capituli vero consensus semper requiritur in erectione novarum dignitatum, vel canonicatuum *pag.* 12. §. *de eripendis*.

Alias sine hoc consensu irrita erectio esset *ibid.*

Verum si capitulum juste contradicit, tunc potius sit locus commutationi, quam erectioni, *ibid.* §. *unice*.

Sin vero capitulum injuste dissentit, etiam eodem reluctante erectio fit, *ibid.* §. *ac tantummodo*.

Sin vero conditionate consentit, tunc inquiritur an eædem conditiones justæ, vel injustæ sint, *ibid. pag.*13. §. *quando*.

Quæ nam vero conditiones justæ, vel injustæ sint, Vide *ibid.* & §. *seqq.*

Speciatim vero conditio adjici potest, ut novus canonicus non participet de emolumentis antea capitulo relictis, *ibid.* §. *justas*.

Item ut excludatur a jure suffragii super iisdem bonis, *ibid.*

Ac

Ac etiam ut contribuat pro expensis sacrarii, & Ecclesiæ, *ibid.*

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Andriæ est unica parochialis totius civitatis, & territorii *pag.* 209. §. *Andriæ.*

Et Ecclesia Collegiata S. Nicolai est mera coadjutrix in administratione sacramentorum, *ibid.*

Ac materialis confinium divisio injuncta est pro exercitio curæ animarum *pag.* 201. §. *ad divisionem.*

Capitulum Cathedralis vocatum ad funus semper cæteris præcedit, *p.* 251. §. *ad quæstiones.*

Capitulum non censetur habere curam habitualem, si Vicarius per concursum sive a Dataria, sive a Episcopo eligitur *pag.* 220. §. *ad hæc.*

Maxime si Vicarius omnia sine capituli scientia agat, ac integre emolumenta parochialia percipiat, *ibid.*

Hinc ad Vicarium spectat onus alendi adjutores, seu Vicarios *ibid. pag.* 201. §. *hæc.*

Cathedralis Ecclesia est matrix, & una omnium Parochia *pag.* 243. §. *contrarium.*

Hinc omnes existentes intra limites ecclesiæ coadjutricis sunt Parochiani Ecclesiæ Cathedralis, *ibid.*

Sin autem plures sint Cathedrales sub eodem Episcopo, tunc omnes unum corpus, & unam diœcesim constituunt *pag.* 42. §. *ad V.*

Sique eque principaliter inter se unitæ sunt, censentur in omnibus pares, nec ulla major considerari potest, *ibid.* §. *contra.*

Nec antecedens status amplius attenditur, *ibid.*

Præcedentia tamen debetur Cathedrali ecclesiæ antiquiori *pag.* 41. §. *ipsum*

Idque procedit in quacumque ecclesia cujuscumque Diœcesis, *ibid.* §. *perperam.*

Hinc eidem capitulo antiquiori debetur honor sedendi ad thronum Episcopi a dextris, & a sinistris, *ibid.* §. *atque.*

Et Episcopus semper a cathedrali antiquiori prænominandus est, *ibid.*

Cathedrali ecclesia debent sacramenta recipere advenæ, agricolæ, & forenses *pag.* 256. §. *substinet.*

Ac ibi sepelliendi sunt, si decedant absque electione sepulturæ, *ibid.*

Cathedraticum in honorem Cathedræ Episcopalis, & in signum subjectionis annuatim Episcopis solvitur *pag.* 260. §. *Cathedraticum.*

Synodus Bracharensis prima injunxit, ut a Capitulis, & Ecclesiis Parochialibus præstaretur, *ibid.*

Postmodum verum id extensum est ab Honorio III. ad quascumque capellas, & beneficia Ecclesiastica, *ibid.*

Quantitas est viginti juliorum pro quolibet beneficio, *ibid.* §. *Beneol.*

Atque hoc jus adeo *est privilegiatum*, ut neque ab Episcopis in totum remitti, nec quolibet titulo, aut consuetudine immemorabili præscribi possit, *ibid.*

Proscriptaque nunc fuit quæcumque major quantitas antea exacta, omniaque munera, ac Xenia, *ibid.*

Hinc non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili cathedraticum debetur, *ibid. pag.* 261. §. *sacra.*

Ac quælibet major taxa penitus aboleta est, *ibid.*

Late vero de Cathedratico, Vide, *ibid.* §. *de jure.*

Cathedraticum unicum præstandum est a toto capitulo ex massa communi *pag.* 259. §. *asserit.*

Idemque præstari debet ab omnibus Parochis in signum subjectionis *pag.* 260. §. *Promotor.*

Hinc Archipresbyter, qui & Parochus, & Canonicus sit, debet cathedraticum ratione Parochiæ præstare ultra illud, quod a capitulo in communi solvitur, *ibid.* §. *contendit.*

Sed Canonici, & Beneficiati non tenentur ad distinctum Cathedraticum solvendum ultra illud, quod a capitulo in comuni solvitur *pag.* 261. §. *de canonicos.*

Etiamsi habeant præbendam distinctam a massa Comuni, *ibid.*

Limita quoad Canonicos, & beneficiatos præbendas distinctas possidentes, & non participantes de massa comuni, *ibid.*

Cathedratici ratio etiam habenda est in determinanda quantitate punctaturarum *p.* 268. §. *quoad.*

Celebratio missæ habenda est in altari designato a Testatore *pag.* 229. §. *contra.*

Nec heredes, aut patroni hanc variandi facultatem habent, si titulo donationis inter vivos capellania in certo altari erecta est, *ibid.* §. *perperam.*

Possunt tamen heredes in benevisa ecclesia sacra implere, si Testator Ecclesiam non designavit *pag.* 171. §. *sacra.*

Nec potest Parochus ecclesiæ, in qua testator tumulatus est, cogere heredes, ut sacra celebrare faciant in d. ecclesia, *ibid.*

Limita si conjecturis pateat voluisse Testatorem missas in dicta Ecclesia celebrari, *ibid.* §. *ad VII.*

Celebrationis emolumenta debentur celebranti & iniquum est, ut unus serviat, alter mercedem recipiat *pag.* 9. §. *ad VII.*

Celebratio missæ conventualis habenda non est a Canonico jubilato *pag.* 233. §. *similiter.*

Imo nec contribuere tenetur eleemosinæ dictæ missæ conventualis, *ibid.*

Census ad nonnullos effectus bonis stabilibus æquiparantur *pag.* 19. §. *sacra.*

Sed pro celebratione Missarum vetitum est, ne acquisitiones fiant in censibus, *ibid.*

Nisi stabilia non reperirentur, nam tunc præscriptis pluribus conditionibus, & aliquan-

quando etiam cum fidejussoribus, permittitur investimentum in censibus, *ibid. §. sacra*.

Hinc S. Cong. jussit in tot bona stabilia investiri pecuniam, quæ a testatore ad tot census emendos destinata erat *ibid. §. Firmana*.

Cives verè sunt, qui nascuntur, vel aliquo expresso modo cives fiunt, veluti manumissione in servis, adoptione in familiis, atque adlectione *pag.* 137. *§. Cives*.

Hinc legatum relictum civibus Neapolitanis, debetur etiam iis, qui domicilio civitatem acquisiverunt *pag.* 137. *§. si legatum*.

Limita si Testator naturalem qualitatem, non vero aquisitam respexerit *ibid. §. seq.*

Civis oriundi, seu originarii nomine veniunt etiam, qui aut patre, aut matre, aut etiam avis, & proavis ex eo loco habent originem *pag.* 207. *§. quo*.

Clerici tenentur Parochum coadjuvare in Doctrinæ Christianæ Scholis *pag.*93. *§.* 1. *Carolus*.

Et egrotos adire, eosque cohortari, ac comendare *ibid.*

Imo cogi possunt remediis opportunis se adjutores præbere Parochis in parvulorum instructione *ibid. §. Benedictus*.

Imo Capellani Ecclesiarum ruralium tenentur gravibus sub pœnis Doctrinam Christianam populo tradere, divinamque legem annuntiare *ibid. §. Benedictus*.

Clericorum sepultura debet esse distincta a sepultura laicorum *pag.*99. *§. Rituale*.

Coadjutores numero plures deputandi sunt urgente necessitate *pag.*200. *§. inde*.

Coadjuvare Parochum tenentur omnes Canonici participantes de decimis *pag.*91. *§. sacra*.

Presbyteri vero participantes de decimis prædialibus tantum sunt hortandi, non cogendi, ut moribundis assistant *ibid.*

Limita in casu necessitatis, nam tunc punctari etiam possunt *ibid.*

Et generaliter an & quando Canonici & Presbyteri participantes de decimis, & etiam simplices Sacerdotes cogi possint ad Parochum coadjuvandum *vide pag.*91. *§. sacra, & seq.*

Excluditur tamen onus coadjuvandi Parochum, si is semper alios adjutores sibi adjunxit *pag.*89. *§. vindicant*.

Cohabitationi triennali fit locus, quando impotentia tantum conjecturalis est *pag.*140. *§. Quamobrem*.

Eidem vero non fit locus quando impedimentum probatur ex utriusque conjugis juramento, ac septimæ manus *pag.*139. *§. accedere*.

Vel quando ipsa impotentia in limine judicii excluſa remanſit *pag.*143. *§. post*.

Collatione beneficiorum non solent exprimi omnia onera beneficio annexa *pagin.* 89. *§. n quæ*.

Præsertim si res est de onere injuncto universo collegio, non vero singulis de eodem collegio *ibid.*

Collectarum oneri non subjacent bona primæ erectionis beneficiorum *pag.*19. *§. bona*.

Secus temen quoad cætera Ecclesiæ bona *pag.*18. *§. patere*.

Idemque onus detrahi debet in conferenda rata distributionum quotidianarum *pagin.*268. *§. Quoad*.

Collegium nequit privata auctoritate constitui *pag.*119. *§. perpendendum*.

Et collegium constituentibus datum est ad exemplum Reip. habere res communes, arcam communem, & actorem *pag.* 129. *§. quando*.

Ac prohibere, ne quis contra præstitutas leges in societatem veniat *ibid. §. quemadmodum*.

Hinc in dispensationibus concedendis semper requiritur collegii consensus *ibid. §. quæ*.

Communitas non tenetur ad solvendam procurationem Episcopo visitanti *pagin.* 189. *§. de jure*.

Commutatio ultimarum voluntatum tantum a Sede Apostolica, non vero ab Episcopis fieri potest *pag.*38. *§. materia*.

Eademque non facile permittenda, ne Testatorum voluntates violentur *pagin.* 18. *§. contra, & pag.*132. *§. ex adverso*.

Præsertim si agatur de commutatione concedenda contra expressam testamenti literam *ibid.*

Hinc commutatio denegata sunt legatorum pro celebratione Missarum *pagin.*248. *§. contra*.

Item legatorum pro subsidiis dotalibus *ibid.*

Et pro eleemosinis favore pauperum *ibid.*

Indulgetur vero commutatio, quando publicæ necessitati, & utilitati consulitur, augeturque divinus cultus *pag.*247. *§. advertit*.

Item quando voluntas executioni comitti non potest *pag.* 67. *§. quamobrem, & pag.*121. *§. de primo*.

Late vero de commutationum materia, earumque justa, & necessaria causa *vide pag.*38. *§. materia, & pag.*248. *§. de commutationibus*.

Compensatio lucri dotalis cum legatis, an & quando admittenda sit vide *pagin. 69. §. de I.*

Concilium Tridentinum in eo quod corrigit jus commune stricte est interpretandum *pag.*193. *§. nihil*.

Concordia est de re dubia, & lite incerta, neque finita *pag.*174. *§. qui*.

Nam super re clara transactio nulla est *ibid. & §. seq.*

Etiamsi

Etiamſi facta appareat pro vitandis expenſis, & incomodis litium *ibid.*

Dubietas autem debet eſſe legalis & honeſta, non autem emendicata ad palpandum clarum, & certum jus uni ex collitigantibus aſſiſtens *pag.*175. §. *Rota*.

Concordia vetita eſt locis piis, per quam commutata teſtatoris voluntate remittitur ſucceſſio in eventu certæ, vel incertæ conditionis venienda *pag.*176. §. *ſane*.

Hinc viduæ habentis onus viduitatis a defuncto viro, rejecta fuit tranſactio inita cum loco pio ſubſtituto, ad quem in caſu non ſervatæ viduitatis teſtator voluerat ſuam hæreditatem deferri *ibid.* §. *in una*.

Concurſus indicendus non eſt pro canonicatibus habitualem tantum curam habentibus *pag.*89. §. *ob eam*.

Imo & ſine examine, & etiam ſimplices clerici ad eoſdem admitti poſſunt *ibid.*

Concurſu peracto debent examinatores renunciare quotquot idoneos judicaverint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis *pag.*203. §. *notiſſima*.

Et ex his debet Epiſcopus eum eligere, quem cæteris magis idoneum judicaverit *pag.*203. §. *notiſſima*.

Et illi, & non alteri collatio facienda eſt ab eo, ad quem ſpectat conferre *ibid.*

Ut autem Epiſcopi judicium velut irrationabile reſcindi poſſit, requiritur tanta meritorum, & prærogativarum inequalitas, ut appareat inexcuſabilis exceſſus *ibidem* §. *Rota*.

Ita ut ſi non poſitivo dolo, immodicæ ſaltem, & intollerabili affectioni imputanda ſit *ibid.*

Conditio, ut diſtinguatur a modo, tradi ſolet diſtinctio, aut teſtator aliquid dixit faciendum antequam de emolumento, & tunc conditio appoſita dicitur *pagin.* 217. §. *communis*.

Aut primum de emolumento locutus, poſtea onus injunxit, & tunc dicitur modus *ibid.*

Sed pœnam a conditione voluntas teſtatoris ſeparat & pœna, vel conditio tranſlata ſit, ex voluntate apparet *pag.*228. §. *verum*.

Nam in conditionibus primum locum tenet defuncti voluntas *ibid.*

Modus tamen non diſtinguitur a conditione, quando agitur de adimplenda voluntate *pag.*215. §. *nihil*.

Hinc eque per modum, ac per conditionem induci caducitatem *ibid.* §. *nihil*.

Conditio autem legatum ſuſpendit, modus poſt acceptum legatum actionem præbet ei, cujus intereſt, ut legatarius, vel hæres impleat *pag.*216. §. *ſuma*.

Non facile eſt judicare, an modus, vel conditio ſit, nam modus quandoque apparet, quæ conditio eſt, & modus aliquando ad conditionem refertur *ibid.*

Plura exempla de conditionibus habentur *ibid.* §. *de conditionibus* & §. *alteram*.

Nam voluntas eſt quæ facit conditionem vel modum potius, quam ſermo *pagin.* 217. §. *præclare*.

Modus autem etiam impletur poſt perceptionem legati, & ſat eſt, ſi legatarius caveat hæredi de modo implendo *ibid.*

Deficiente modo hæreditas, ſeu legatum caducum non eſt, ſed actio ad modum implendum datur *ibid.*

Et ſi per legatarium non ſteterit, quo minus onus impleret, legatum lucratur *ibid.*

Conditio impoſſibilis inſtitutioni adjecta vitiatur, & non vitiat inſtitutionem *pag.* 218. §. *in ſumma*.

Confeſſiones excipiens tempore divinorum officiorum Canonicus, vel Beneficiatus, non lucratur diſtributiones quotidianas *pag.*269. §. *de Canonicis*,

Limita ſi abſque ſtipendio, & ex deputatione confeſſiones audiat *ibid.*

Confeſſarii Monaſterii ſtipendium debet præſtari ex reditibus Monaſterii, etiam diminuto Monialium numero *pag.* 242. §. *advertendum*.

Congrua Vicariis præſtanda eſt ab habente curam habitualem animarum *pagin.* 202. §. *hinc*.

Conjugum ſeparatio, an, & quando permittatur, ut vir ad ſacros ordines aſcendere poſſit, vel ambo religionem ingrediantur *vide pag.*97. §. *de admiſſione*.

Conſanguinea puella ultra quartum gradum Teſtatori conjuncta, nequit petere congruam dotem ex relictis ſubſidiis dotalibus *pag.*207. §. *nunc*.

Limita ſi Teſtator de conjunctis puellis cogitavit, & has expreſſe vocavit *ibid.*

Nam hoc caſu admittuntur conſanguineæ uſque ad 10. gradum juris civilis tantum *ibid.* §. *Teſtator*.

Niſi Teſtator familiam, & puellas conjunctas perpetuo res pexerit *ibid.*

Conſenſus hæredis Teſtatoris non requiritur, ſi ex petita commutatione nullum præjudicium eidem irrogatur *pag.*37. §. *hinc*.

Conſervatoria puellarum, vel Monialium nequeunt aſſervare S. Euchariſtiam, niſi expreſſum habeant Apoſtolicum indultum *pag.*155. §. *multo*.

Conſuetudo non debet eſſe in judicio probabata, dum non agitur de novo jure aquirendo, ſed de veteri extinguendo *pag.*47. §. *ob hanc rem*.

Ac non attenditur conſuetudo immemorabilis, quæ non ſit probata juxta notiſſima requiſita *pag.*93. §. *Perperam*.

Conſuetudo tamen ſervari debet in electionibus ædilium *pag.*382. §. *ad XV*.

Crux Eccleſiæ Cathedralis elevanda eſt, quando Capitulum ad funus vocatum eſt *pag.97. §. ad IV.*

Crux Parochialis ſemper ferenda eſt in ſepultura Parochianorum *pag.253. §. quoad.*

Etſi degant intra limites Eccleſiæ coadjutricis *ibid.*

Cura animarum probatur penes præpoſitum, capituli reſidere, ex quo ſine concurſu, & examine non admittatur, vel in litteris provisionis èidem cura detur *pag.90. §. clariſſimum.*

Vel eo impedito æconomus deputetur *ibid.*

Etiamſi de decimis etiam participent canonici, quia alio titulo eas acquirere potuerunt *ibid. §. quin.*

Præſertim ſi res ſit de decimis non ſacramentalibus *ibid.*

Imo etiamſi canonici adminiſtrent baptiſmum, elevent cadavera, & habeant partem de quarta funebri *ibid. §. quemadmodum.*

Nam hæc omnia venire poſſunt ex privilegio, conſuetudine, & præſcriptione *ibid.*

Hinc Canonicis in caſu neceſſitatis adjuvantibus Parochum, deberi congruam pro incomodo mercedem *pag.91. §. hinc.*

Curialium nomine veniunt ii omnes, qui aliquo modo ſunt obligati curiæ ſive milites, ſive advocati forenſes, ſive judices, ſive officiales *pag.95. §. itidem.*

D

Decimæ præſtantur ad alimoniam eorum, qui ſpiritualia adminiſtrant *pagin. 69. §. inquit.*

Hinc debentur perſonæ, quæ curam animarum exercet *ibid.*

Unde de decimis participantes tenentur ad Presbyteros curæ alendos *ibid.*, & *pagin.200. §. ſe.*

Idque procedit etiam quoad Canonicos, cæteroſque Presbyteros de decimis participantes *pag.91. §. ſacra.*

Intellige tamen ut tantum hortari poſſint, præſertim ut moribundis aſſiſtant, non vero cogi *ibid.*

Limita in caſu neceſſitatis, nam tunc punctari etiam poſſunt *ibid. §. in una.*

Et generaliter an, & quando Canonici, & Presbyteri participantes, ac etiam ſimplices ſacerdotes cogi poſſint ad Parochum coadjuvandum *vide pag.91. §. ſacra & ſeq.*

Decretum Concilii Tridentini, quod corrigit jus commune, ſtricte eſt interpretandum *pag.93. §. Nihil.*

Denunciationes Matrimoniorum. & promotio ad ſacros ordines tantum in Parochiali Eccleſia fieri poſſunt *pagin. 255. §. præter.*

Derogatio Teſtamenti non inducitur per ſolum lapſum decennii *pag.68. §. quæ.*

Sed requiritur etiam aperta declaratio contrariæ voluntatis apud acta *ibid.*

Vel ſaltem certa, & indubitata variationis probatio *ibid.*

Dignitas eſt adminiſtratio perpetua rerum Eccleſiaſticarum cum præeminentia in gradu *pag.11. §. his.*

Hinc vera dignitas requirit adminiſtrationem cum juriſdictione, & præeminentia *pag.10. §. Capitulum.*

Alias eſſet dignitas meri nominis *ibid.*

Limita ſi res ſit de dignitate in jure expreſſa, nam ſi fundationis lex eam dignitatem voluerit, etiam ſine adminiſtratione, & cura animarum pro vera dignitate habetur ex generali totius Italiæ conſuetudine *ibid.*

Dignitas autem in jure expreſſa eſt Archidiaconatus, & Archipresbyteratus *ibidem.*

Conſtituitur autem vel ex juris ſanctione, vel ex teſtatoris voluntate, vel ex Ordinarii auctoritate *pag.9. §. ad primum.*

Dignitas tamen curam animarum, & juriſdictionem non habens non requirit Doctoratum, vel licentiatum in Theologia, vel jure canonico *pag.196. §. ad lauream.*

Dignitates vero de jure communi non ſunt e gremio capituli *pag.12. §. Quemadmodum.*

Niſi annexa ſit præbenda canonicalis, vel in erectione a capitulo admiſſæ fuerint, vel ex peculiari ſanctione, aut conſuetudine id obtinuerint *ibid.*

Verum ex generali totius Italiæ conſuetudine e gremio capituli ſunt *ibid.*

Dignitatis vero erectio fieri nequit ſine conſenſu capituli *pag.11. §. ad VII.*

Verum ſi capitulum juſte contradicit, tunc non obligatur, ut invitum ſocium accipiat *pag.12. §. de erigendis.*

Hinc potius commutationi ſit locus, quem erectioni *ibid.*

Sin vero capitulum injuſte diſſentit, etiam eodem reluctante erectio perficienda eſt *ibid. §. ac tantummodo.*

Sin vero conditionate conſentit, tunc inquiritur an eædem conditiones juſtæ, vel injuſtæ ſint *pag.13. §. quando.*

Quænam vero conditiones juſtæ, vel injuſtæ dicantur *vide ibid. & §. ſeq.*

Dignitas in Eccleſiis Collegiatis, quæ nec curam animarum, nec juriſdictionem habet, quam ætatem requireret ante Conc. Trid., quæſtio eratinter Doctores *pag.95. §. ſuccedentibus.*

Alii enim putabant requirere ætatem 25. annorum, alii vero ajebant ſufficere ætatem ann.14. *ibid.*

Sed recepta modo opinio eſt, ut ad dignitates quaſcumque aquirendas etiam in Collegiatis requiratur ætas 22. annorum *pag.*196. §. *ſacra & ſeq.*

Dignitatibus celebrantibus aſſiſtere de jure tenentur canonici *pag.*10. §. *ad VIII.*

Dimiſſoriales litteras concedere nequit Abbas, licet habeat territorium ſeparatum *pag.*162. §. *atque.*

Diſmembrationis cauſa eſt, ſi Parochiani ſine magna difficultate nequeunt ad Eccleſiam accedere, ibique divinis officiis intereſſe *pag.*85. §. *de cauſis & ſeq., & pagin.*148. §. *quando.*

Verum hæc diviſio odioſa reputatur, quia veteri Parochiæ matri irrogatur injuria, cui territorium diminuitur, & reditus decreſcunt, & ob id diſmembratio invitis reſtoribus, aliiſque quorum intereſt, nonniſi ex neceſſitate permittitur *ibid.*

Hinc providetur aliquando per Vicarium perpetuum, aliquando per Vicarium amovibilem *ibid.*

Verum ſi nulli irrogaretur injuria, omneſque aſſenſum præſtarent utilis eſt diſmembratio, & non odioſa, quia utilius eſt plures, quam unum habere Parochum *ibidem* §. *Cæteroquin.*

Expeditque potius diviſionem permittere, quam capellanum mercenarium conſtituere *ibid.* §. *& licet.*

Nam mercenarius vidit lupum venientem, dimittit oves & fugit *ibid.* & §. *ſeq.*

Et generaliter quando juſta concurrat diſmembrationis cauſa, ita ut ſit concedenda *vide pag.*83. §. *de diviſione, & pag.*206. §. *de Parochianis.*

Diſpenſationum matrimonialium literæ committi non ſolent Abbatibus etiam cum territorio ſeparato, niſi ſpeciale Apoſtolicum privilegium obtinuerint *pagin.*158. §. *auditi.*

Diſpenſatio irregularitatis ex homicidio voluntario fere nunquam permiſſa eſt *pag.* 83. §. *ad diſpenſatione.*

Præſertim ſi ageretur non de promoto, ſed de promovendo, *ibid.*

Si vero homicidium non ex induſtria, & propoſito, ſed quia operam rei licitæ dans diligenter non caverit, vel quia tantum rei illicitæ dabatur opera, rerum circumſtantias expendit, *ibid.* §. *ubi.*

Aliquando eam denegavit, aliquando conceſſit probata conſtanti vitæ emendatione, *ibid.*

Etiamſi ageretur non de promoto, ſed de promovendo, *ibid.*

Facile tamen venia conceditur in irregularitatibus, quæ non proveniunt ex delicto, ſi probati mores ſint, & ſpes affulgeat, quod utilis futurus ſit *pag.*96. §. *ſed.*

Diſpenſatio matrimonii rati conceſſa eſt in caſu, quo uterque conjux ex ſententia Eccleſiæ ob reſpectivam impotentiam ſeparati, ambo aliud matrimonium contraxerant, & dein reſpectiva impotentia ceſſavit *pag.* 26. §. *adeo.*

Nam cum adhuc in vivis eſſent reſpectivi uxores, & viri, neceſſitas fecit, ut potius diſpenſatio matrimonii ràti concederetur, quam ut tanta malorum ſeries obveniret, *ibid.*

Diſpenſatio ætatis etiam in beneficiis Eccleſiaſticis conceditur infantibus, qui jus certum habent *pag.*31. §. *de cætero, & pag.*118. §. *certum.*

Et cuilibet vocato, quando nulli injuria fit, *ibid.*

Præſertim ſi alia exempla ſimilium diſpenſationum data fuerint, *ibid.* §. *ſeq.*

Denegatur vero paſſive vocato in excluſionem alterius vocati capacis, licet remotioris *pag.*118. §. *in una.*

Diſtributio eleemoſinarum fieri poteſt per conſules, & priores abſque ſchedulis, ſeu billectis Parochi *pag.* 184. §. *de diſtributione.*

Diſtributiones quotidianæ debent fieri ex tertia parte omnium fructuum, & proventuum dignitatum, & Canonicorum *pag.*270. §. *de diſtributionum.*

Et dividi hæ debent proportionabiliter inter omnes juxta diviſionem ab Epiſcopo pro rata fructuum deductorum faciendâ, *ibid.*

Et debentur tantum iis, qui ſtatis horis choro interſunt *pag.* 269. §. *concilium.*

Aboleta penitus quavis colluſione, aut remiſſione, *ibid.*

Hinc non debentur canonicis tempore divinorum officiorum confeſſiones ſacramentales audientibus *pag.* 270. §. *de diſtributionibus.*

Limita ſi abſque ſtipendio, & ex deputatione confeſſiones audiant, *ibid.*

Idemque dic de Canonico organum pulſante tempore divinorum officiorum, *ibid.*

Diviſio materialis confinium inter Eccleſiam Parochialem, & Eccleſiam coadjutricem pro exercitio curæ animarum facta eſt *pag.*209. §. *Andrien.*

Doctoratus non requiritur in dignitatibus Eccleſiarum Collegiatarum, quæ nec juriſdictionem, nec curam animarum habent, *pag.*196. §. *ad lauream.*

Doctrinam Chriſtianam tenentur docere Sacerdotes, & Clerici inferiores, *pag.* 93. §. *S. Carolus.*

Et præſertim capellani Eccleſiarum ruralium etiam ſub gravibus pœnis, *ibid.* §. *Benedictus.*

Domicilium diuturnum habens, ad munera civilia admitti poteſt *pag.*137. §. *certum.*

Imo domicilium aliquorum menſium ſufficit pro aquirenda Parochialitate *pag.*46. §. *ad III.*

Et præſertim, ut in Parochiali eccleſia domicilii ſepelliatur, *ibid.*

Domus appellatio civilis appellatio eſt *p.* 225. §. *Hæc*.

Siquè teſtator ſimpliciter domum vocavit ex præſumpta mente tantum vocata cenſetur familia, ex qua ipſe natus eſt, *ibid.* §. *Advertendum*.

Niſi patriam deſignaſſet, nam tunc omnes ex eadem patria vocati cenſentur, *ibid.* §. *Illum*.

Ex comuni autem uſu loquendi de eadem domo dicuntur omnes, qui portant eadem inſignia, ſeu arma, *ibid.*

Dos congrua ex legato ſubſidiorum dotalium ſolet ex præſumpta teſtatoris voluntate aſſignari puellis conſanguineis *pag.* 207. §. *Nunc & pag.* 203. §. *aſſerunt*.

Etiamſi remotiſſimo gradu a teſtatore diſtent *ibid.* §. *contendunt*.

Præſertim ſi nulli jus quæſitum ſit, & tantum puellis incertis præjudicium irrogetur, *ibid.* §. *ipſis*.

Hinc Sac. Congr. ſemper puellas conſanguineas extraneis prætulit *pag.* 265. §. *ſacra*.

Non ſolum pro dote relicta, ſed etiam ut cumulum fiat pro congrua dote danda, *ibid.* §. *in caſu*.

Verum aut adeſt expreſſa conſanguinearum prædilectio, & tunc uſque ad decimum gradum dos congrua conſanguineis datur, *ibid.* §. *quando*, & *pag.* 208. §. *teſtator*.

Niſi teſtator vel agnationem, vel perpetuum tempus reſpexerit, *ibid.*

Aut deeſt expreſſa vocatio, & tunc nonniſi uſque ad 4. gradum juris civilis dos congrua conſanguineis datur, *ibid.* §. *ſi vero*.

Etiamſi exempla adſint, quibus dos etiam ultra quartum gradum conjunctis data fuerit *ibid.* §. *ſacra*.

Dotalia ſubſidia aliquando etiam puellis conſanguineis nuptis data fuerunt *pag.* 33. §. *neque*, & §. *conſiderandum*.

Verum aut agitur de diſpoſitione generali pro incertis de incertis, & hoc caſu excluden[illegible] ſunt matrimonio jam junctæ, *ibid.* §. *[illegible]*.

Aut agitur de ſubſidiis dandis certæ perſonæ, aut incertis perſonis de certo genere, & hoc caſu etiam nuptis dari debent, *pag.* 54. *[illegible]*.

Præſertim ſi vocata mulier, antequam matrimonium iniret, legitime de ſubſidio habendo patronos, vel executores interpellaverit, *[illegible]*.

Dos filiæ nuptæ data compenſari debet cum legitima eidem debita *pag.* 69. §. *de legitima*.

An vero debitum lucri dotalis ſit neceſſarium, ita ut compenſetur cum legatis, vel potius voluntarium, ita ut compenſationem non admittat, Vide *pag.* 69. §. *de primo*.

Romæ vero voluntarium eſt, quia de partium contrahentium voluntate poteſt remitti, & aliter conveniri, *ibid.* §. *varie*.

Dotes beneficii aucta poſſunt patroni novas conditiones adjicere *pag.* 168. §. *imo*.

Præſertim ſi agatur de conditione, quæ primas leges non deſtruat, *ibid.* §. *neque*.

E

Ecclesia Cathedralis eſt matrix, & una omnium Parochia *pag.* 243. §. *contrarium*.

Hinc omnes exiſtentes intra limites eccleſiæ coadjutricis cenſentur Parochiani eccleſiæ Cathedralis, *ibid.*

Eccleſiæ Cathedrales ſub uno, eademque Epiſcopo unitæ, reſpectu Epiſcopi unum corpus conſtituunt, & unam diœceſim, *p.* 42. §. *ad V.*

Et quando ſunt æque principaliter inter ſe unitæ, ſunt in omnibus pares, nec ulla major conſiderari poteſt *ibid.* §. *contra*.

Nec antecedens ſtatus amplius attenditur, *ibid.*

Unde quodcumque capitulum intra fines ſuæ Diœceſis aliis precedere debet, *ibid.*

Eccleſia matrix dicitur eccleſia Epiſcopi, a qua omnes aliæ ſuum jus, & populi curam derivant *pag.* 149. §. *de primo*.

Dupliciter etiam Eccleſia dicitur matrix, primo vere, & proprie, dum Parochus unus eſt, cæteri autem ejus Vicarii, qui ſeparatim ejuſdem populi curam gerunt, *ibid.* §. *preter*.

Secundo dicitur ea, a qua diviſæ ſunt aliæ Parochiæ cum territorii, & populorum ſeparatione, *ibid.* §. *matrix*.

Improprie etiam, ac abuſive dicitur ad deſignandam majorem dignitatem Eccleſiæ, & majorem antiquitatem, *ibid.* §. *cætera*.

Matricis autem jura adeo ipſi Eccleſiæ ſunt infixa, ut tametſi populum amittat, ea retineat, *ibid.*

Eccleſia Parochialis non eſt, cujus erectio ordinarii auctoritate facta non probatur, *pag.* 152. §. *aut*.

Imo parochialitas excluditur, ſi capellanus merè amovibilis ſit, *ibid.* §. *excludit*.

Item ſi capellania merè ſit laicalis & nomen beneficii Eccleſiaſtici non habeat, *ibid.* §. *tum*.

Item ſi popnlus deficiat, cujus cura regenda ſit, *ibid.*

Demum ſi fundatoris voluntate conditiones adjectæ ſint, quæ parochialitatem excludant, *ibid.*

Eccleſiæ Parochiales etſi juriſpatronatus reſtaurari primo debent ex fructibus, & proventibus earumdem *pag.* 149. §. *ad tranſmutationem*.

Secundo a patronis, & aliis qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis percipiunt, *ibid.*

Et demum ab omnibus Parochianis qualibet appellatione remota, *ibid.*

Sin vero omnes pauperes ſunt, tunc ad matrices, ſeu viciniores eccleſias transferuntur, *ibid.*

Ac Ecclesia diruta in profanos usus non sordidos, erecta ibi cruce, convertitur, *ibid.*

Deficiente tamen modo a Concilio Tridentino præscripto pro Ecclesiæ rerectione, aliquando sit locus extraordinario remedio *pag.* 123. §. *nunc*.

Ecclesiæ parochialis dismembratio, & novæ erectio an, & quando permittenda sit, Vide *pag.* 85. §. *de divisione*, & *pag.* 206. §. *de parochianis*.

Ecclesiæ Parochialis translatio ex magna difficultate viarum, & ob magnum parochianorum incommodum conceditur *pag.* 148. §. *quando*.

Ecclesiæ Parochialis unio fieri potest in casu necessitatis ab Episcopis, uti Apostolicæ Sedis delegatis *pag.* 147. §. *ex his*.

Et an & quando justa concurrente causa possit unio fieri etiam Monasteriis Regularibus, Vide *pag.* 241. §. *ad rem*.

Ecclesiæ pauperes non tenentur ad solvendam procurationem *pag.* 191. §. *Ecclesiæ*.

Etiamsi visitatio fiat a Nuntiis, & Legatis Sedis Apostolicæ, *ibid.*

Ecclesiis Monialium nequit eligi sepultura a quibuscumque sive viris, sive mulieribus, *pag.* 111. §. *præmitit*.

Neque etiam a puellis, quæ in Monasterio educantur, *ibid.*

Ecclesia Setina & Privernen. fuit a Bened. XIII. in Cathedralem erecta *pag.* 40. §. *Terracinen.*

Sed Setina antea fuit semper mera Collegiata, licet altera Privernen. antiquitus Cathedralis fuerit *pag.* 41. §. *Terracinensis*.

Ecclesiis non parochialibus nequit retineri Eucharistia, etsi essent ecclesiæ rurales, ad quas maximus esset populi concursus *p.* 155. §. *multo*.

Idque procedit etiam in Ecclesiis Monialium, conservatoriis puellarum, & ecclesiis collegiatis, *ibid.*

Etiamsi Episcopi licentia interceserit, nam requiritur Apostolicæ Sedis auctoritas, *ibid.*

Educandam in Monasterio sepelliendam esse in Monasterii ecclesia censent aliqui *p.* 114. §. *dubitatum*.

Contra vero alii pro Parochiali tenent, *ibid.*

Sed Sac. Congregatio electionem sepulturæ, si adessent pro Ecclesia Monialium, admisit, *ibid.* §. *sacra*.

Maxime si talis vigeat consuetudo in Diœcesi, *ibid.* §. *maxime*.

Fortius vero si ita in Synodo præscriptum sit, *ibid.*

Functiones vero funebres super cadavere educandæ faciendæ sunt a Confessario, unice reservata Parocho quarta funerali *pag.* 115. §. *de functionibus*.

Secus vero quoad cæteras in Ecclesiis Monialium sepelliendas, nam functiones semper a Parocho, non a confessario peragendæ sunt, *ibid.*

Electio sepulturæ unicuique generatim competit *pag.* 101. §. *verum*.

Eademque valide fit coram duobus testibus etiam per nutus, vel per signa *pag.* 113. §. *sacra*.

Imo satis probatur ex affirmatione confessarii *pag.* 112. §. *contra*.

Nequit tamen fieri electio sepulturæ in ecclesiis Monialium. *ibid.* §. *de sepultura*.

Etiam a mulieribus, vel Principibus, etiamsi eorum majores in eadem ecclesia sepulti fuissent, *ibid.*

Electionibus edilium servari debet consuetudo *pag.* 182. §. *ad XV*.

Eleemosinarum distributio fieri potest per consules, & priores pauperibus etiam non habentibus schedulam, seu biliectum Parochi *pag.* 284. §. *de distribbutione*.

Emolumenta celebrationis debentur celebranti, ac iniquum est ut unus serviat, alter vero mercedem capiat *pag.* 9. §. *ad VII*.

Et Canonicus, qui cum cæteris officium, & onus subsinet, eque de emolumentis participare debet *pag.* 9. §. *equum*.

Emolumenta funeris integre sunt restituenda quando temere sepultura facta est in indebito loco *pag.* 124. §. *ad restitutionem*.

Episcopi solent constitui in primariis Provinciæ Civitatibus *pag.* 159. §. *Primis & seq.*

Non vero in castellis, neque in modicis Civitatibus, *ibid.* §. *quando*.

Episcopus plurium Diœcesium prænominari debet a loco ubi moratur, vel a negotio, quod agit *pag.* 42. §. *Vide*.

Intellige si agatur de duabus Diœcesibus antea distinctis, quæ inde sub uno, eodemque Episcopo unitæ sint, *ibid.*

Limita vero si Episcopus habuerit unam tantum diœcesim, & inde ecclesia Collegiata fuerit in Cathedralem erecta, ac duæ constitutæ diœceses, *ibid.*

Nam hoc casu semper Episcopus prænominandus est ab Ecclesia Cathedrali antiquiori, & digniori, *ibid.*

Potest vero idem Episcopus in benevisa Cathedrali, & parte Diœcesis Synodum coire *pag.* 42. §. *de V*.

Ac Synodus in una Cathedrali, & Diœcesi inita obligat omnes alias eidem Episcopo subjectas *ibid.*

Ac cogere potest recusantes alterius Diœcesis, nec non inobedientes Ecclesiasticis pœnis multare *ibid.*

Contra vero quod teneatur Synodum alternatim celebrare, quodque Synodus in una Diœcesi inita non obliget alias *vide pag.* 41. §. *de Synodo*.

Episcopus nequit commutare ultimas defunctorum voluntates *pag.* 38. §. *materia*.

Nec exigere potest procurationem a communitatibus Laicorum *pagin.* 189. §. *de jure*.

Etiamsi imperio publicæ potestatis aliquan-

quando procurationem ſolverint *ibid. §. propterea*.

Nec poteſt nova onera beneficiis, vel Capellaniis imponere *pag.*182. *§. de novis*.

Imo licet impoſita, & acceptata a beneficiatis, poſſunt a ſucceſſoribus recuſari *ibid.*

Unde beneficiati unice tenentur ad ea onera, quæ in fundatione ſunt præſcripta *ibid.*

Nec item poteſt adimere adminiſtrationem ab eis, ad quos ſpectat *pagin.* 183. *§. ad X. I.*

Poteſt tamen conſuetas dignitates erigere, non vero inuſitatas *pag.* 11. *§. certum*.

Item viſitare quælibet beneficia Cathedralibus, Collegiatis, Monaſteriis, & quibuſvis locis piis unita *pagin.* 211. *§. domicilium*.

Ac curare, ut per idoneos Vicários perpetuos cura animarum exerceatur *ibid.*

Niſi ipſis Ordinariis pro bono Eccleſiarum aliter expedire videbitur *ibid.*

Item ut Sedis Apoſtolicæ delegatus poteſt in caſu neceſſitatis unire Parochiales Eccleſias *pag.*147. *§. ex his*.

Ac etiam deſtruere, ac profanare, & ad viciniorem Eccleſiam transferre *ibid.*

Item poteſt viſitare Hoſpitium Regularium, quo regularis non eſt obſervantia *pag.*116. *§. item*.

Et in concurſibus debet Epiſcopus ex approbatis ab examinatoribus eum eligere, quem cæteris magis idoneum judicaverit *pag.*203. *§. notiſſima*.

Et illis, & non alteri collatio facienda eſt ab eo, ad quem ſpectat conferre *ibid.*

Ut autem Epiſcopi judicium tamquam irrationabile reſcindi poſſit, requiritur tanta meritorum, & prærogativarum inæqualitas ut appareat gravis, & inexcuſabilis exceſſus *ibid. §. Rota*.

Ita ut ſi non poſitivo dolo, immodicæ ſaltem, & non tollerabili affectioni imputanda ſit *ibid.*

Epiſcopi judicium in translationibus Miſſarum de una in aliam Eccleſiam maxime attenditur *pag.*55. *§. convenire*.

Erectione novarum dignitatum, vel canonicatuum ſemper requiritur conſenſus capituli *pag.*12. *§. in exigendis*.

Alias ſine hoc conſenſu irrita erectio eſſet.

Verum ſi capitulum juſtè contradicit, non obligatur, ut novum ſocium accipiat *ibid. §. ante*.

Hinc juſte contradicente capitulo erectio denegata fuit, ac teſtatoris voluntas commutata *ut ibid. & §. ſec.*

Sin vero capitulum injuſte diſſentit, etiam eodem reluctante erectio perficienda eſt *ibid. §. in tantummodo*.

Sin vero conditionate conſentit, tunc inquiritur, an eædem conditiones juſtæ, vel injuſtæ ſint *pag.*13. *§. quam*.

Quænam vero conditiones juſtæ, vel injuſtæ dicantur *vide ibid. & §. ſeqq.*

Hinc poteſt Capitulum in erectione Canonicatuum dare ſuum conſenſuum certis conditionibus limitatum *pag.*10. *§. ad II.*

Et præſertim, ut novus Canonicus non participet de emolumentis antea capitulo relictis *ibid. §. juſtas*.

Item ut excludatur á jure ſuffragii ſuper iiſdem bonis *ibid.*

Ac etiam ut contribuat pro expenſis ſacrarii, & Eccleſiæ *ibid.*

Erectione Beneficii poteſt quæcumque conditio apponi *pag.*168. *§. dum*.

Et licet præter jus ſit, tamen approbari meretur *ibid.*

Erecto autem, vetitum eſt novas adjicere conditiones *ibid. §. erecto*.

Niſi prima dos augeatur, aut legitima poteſtas novam conditionem admittat *pag.*169. *§. poteſt & ſeq.*

Hinc fundatores poſſunt in limine fundationis quamcumque conditionem beneviſam adjicere *pag.*167. *§. ſicuti*.

Ac etiam ut infantes titulo adminiſtrationis beneficia retinere poſſint *ibid.*

Erectione novæ Parochiæ ex beneficio Juriſpatronatus Epiſcopi, an Epiſcopo jus nominandi ſit reſervandum, vel potius concurſus ſit indicendus ad inſtar aliorum beneficiorum curatorum *vide pag.* 86. *§. quando*.

Examinatores peracto examine renuntiare debent quotquot idoneos judicaverint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam *pag.*203. *§. Notiſſima*.

Examen non requiritur in canonicatibus, etſi Capitulo annexa ſit cura animarum *pag.*89. *§. ad eam*.

Executor in cauſis criminalibus irregularitatem incurrit *pag.*45. *§. de irregularitate*.

Exemptio nativa ab Epiſcopi jurisdictione non datur *pag.*160. *§. Etenim*.

Unde quælibet exemptio ad Apoſtolicum privilegium referenda *ibid.*

Exhumatio, & cadaveris reſtitutio facienda eſt, ſi temere ſepultura facta fuit in non competenti Eccleſia *pagin.* 114. *§. reſtitutionem*.

Nec non omnium emolumentorum, quæ occaſione ſepulturæ intra decennium obvenerunt *ibid.*

Sacra vero Congregatio juxta varias circumſtantias aliquando reſtitutionem Cadaveris una cum emolumentis injunxit *ibid. §. ſacra*.

Aliquando denegavit *ibid.*

Hinc cadaver non eſt reſtituendum, neque ullum emolumentum, quando Sepultura rite facta eſt, *pag.*112. *§. quamobrem*.

Præ-

Præſertim ſi conſuetudo vigeat, ut quarta non præſtetur *ibid.*

Exteri peregrini, & viatores ſepelliendi ſunt in cathedrali *pag.*49. §. *ad III.*

Niſi contraria conſuetudo habeatur *ibidem*.

Vel per aliquod tempus habitaverint in aliqna Parochia.

Euchariſtia retineri non potèſt in Eccleſiis non Parochialibus, etſi eſſent Eccleſiæ rurales, ad quas maximus eſſet populi concurſus *pagin.*155 §.. *multo*.

Etiamſi Epiſcopi licentia interceſſerit; nam Sedis Apoſtolicæ auctoritas requiritur *ibid.*

Idem dic de Eccleſiis Monialium, ſeu tertiariarum, quæ ſolemnem profeſſionem non emittunt *ibid.*

Ac de Conſervatoriis puellarum, vel Monialium *ibid.*

Ac etiam de Eccleſiis Collegiatis actu non Parochialibus *ibid.* §. *in Neapolitana*.

F

FOrenſes, Advenæ, & Agricolæ debent in Cathedrali Eccleſia Sacramenta recipere *pag.*256. §. *ſanctiret*.

Ac ibi ſepelliendi ſunt, ſi decedunt abſque ſepulturæ electione *ibid.*

Forma propriè dicenda eſt earum rerum, quæ exiſtunt *pag.*6. §. *veram*.

Unde ad formàm pertinent, quod juriſconſulti ajunt, mutata forma ſubſtantiam rei interimi *ibid.*

Forma, ac modus præſcriptus a Teſtatore pro ſuæ voluntatis executione impleri poteſt per equipollens, ſi forma, ac modus effectualis eſt *pag.*5. §. *hrs*.

Secus vero ſi ſubſtantialis, nam tunc per equipollens impleri nequit *ibid,*

Dicitur ſubſtantialis, dum teſtator ſpeciali ex cauſa illam elegit *ibidem* §. *explicant*.

Vel præcisè, ac circumſcriptis verbis illam ſervari juſſit *ibid.*

Effectualis vero, quæ ideo appoſita eſt, ut ſequatur effectus a teſtatore volitus *ibid.* §. *appellant*.

Fructus reſtituendi ſunt ab initio in judicio univerſali petitionis hæreditatis *pagin.* 215. §. *de reliquo*.

Præſertim ſi conſumpti non ſint, ſed extent *ibid.*

Fructus pecuniæ relictæ pro celebratione Miſſarum computantur ad rationem ſcut. duorum cum dimidio pro quolibet centenario, quoties converſa fuerit in uſum loci pii, vel confuſa in emptionem bonorum ſtabilium *pag.*244. §. *fructuum*.

Functiones Parochiales ad ſolum Parochum ſpectant *pag.*46. §. *ad* 4.

Et inter has præcipuè ſunt aſperſio cadaveris antequam de domo elevetur, & præcentio antiphonæ *ſi iniquitates ibid.*

Idque procedit etiamſi capitulum Metropolitanæ interſit *ibid.*

Functiones funebres in Eccleſiâ Monialium peragendæ ſunt a Parocho, intra cujus limites Monaſterium eſt *pag.*115. §. *de functionibus*.

Limita in funere puellæ educandæ, cujus tantum quarta pars funeralis Parocho debetur *ibid.*

Secus vero, quod etiam in funeribus educandæ functiones ſpectent ad Parochum, non vero ad confeſſarium Monaſterii *vide pag.*112. §. *quamobrem*.

Functiones Parochiales ad ſolum Parochum ſpectant *pag.*242. §. *Potiori*.

Hinc non ad Vicarium Eccleſiæ coadjutricis, ad ſed Parochum ſpectat ſemper eaſdem peragere *ibid.* §. *in hypotheſi*.

Fundatores poſſunt in limine fundationis quamcumque conditionem beneviſam adjicere *pag.*167. §. *dicunt*.

Ac etiam ut infantes titulo adminiſtrationis beneficia retineri poſſint *ibid.*

Funebres functiones in Eccleſiis Monialium peragendæ ſunt a Parocho, intra cujus limites Monaſterium eſt *pag.*115. §. *de functionibus*.

Limita in funere puellæ educandæ, cujus tantum quarta pars Parocho debetur *ibidem*.

Contra vero, quod etiam in funere educandæ ſpectent ad Parochum, non vero ad confeſſarium functiones funebres *vide pagin.*112. §. *quamobrem*.

Funeribus defunctorum ſpectat ad capitulum cathedralis vocatum, non vero ad Parochum defuncti aſpergere cadaver, ac præire funebrem cantum *pag.*47. §. *ad* 4.

Item ſtatuere horam ducendi funus *ibidem*.

Ac tenetur Parochus una cum ſuo Clero ad Eccleſiam Cathedralem accedere *ibid.*

Nec non ad Cathedralem accedere *ibidem*.

Acincedere ſub cruce Capituli Cathedralis *ibid.*

Funeribus defunctorum præcedentia danda eſt Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ collegiatæ ſupra Parochum domicilii *pag.* 49. §. *ad* 4.

Sine tamen præjudicio in reliquis jurium, & præeminentiarum eidem Parocho de jure, vel conſuetudine competentium *ibid.*

Fortius vero Capitulo Cathedralis Eccleſiæ *pag.*251. §. *ad queſtiones*.

Præſertim ſi capitulum unicus ſit Parochus totius Civitatis *ibid.*

Etiamſi diviſio materialis Parochiarum facta fuerit pro ſola commodiori Sacramentorum adminiſtratione *pag.*252. §. *hinc*.

H

Heredis appellatio non ſolum ad proximum, ſed etiam ad ulteriores heredes refertur *pag.*72. §. *de hæredis*.

Nam & heredis heres, & alii deinceps heredis apellatione continentur *ibid.*

Unde heredis appellatione omnes ſucceſſores ſignificari credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi *ibid.*

Hinc annuum onus generaliter heredibus injunctum, omnes heredes heredum comprehendit *ibid.*

Etiamſi taxativa verba primorum heredum adſint *ibid.*§.*quod*.

Heres non eſt privandus ſua legitima, & trebellianica *pag.*67. §. *perperam*.

Quamvis agatur de cauſa pia ſubſtituta *ibid.*

Homicida irregularitatem incurrit *pagin.*81. §. *ob homicidium*.

Sive facto, aut præcepto, aut conſilio, aut defenſione homicidio cauſam dederit *pagin.*95. d. *de irregularitate*.

Niſi agatur de eo, quod in vitæ diſcrimine ad propriam vitandam mortem neceſſarium fuerit *ibid.*

Vide *Irregularitas*.

I

Impotentia ad diſſolvendum matrimonium debet eſſe perpetua, & abſoluta *pag.*23. §. *quiſque*, *pag.*140. §. *hinc*.

Nec ſatis probatur ex confeſſione conjugum *pagin.*22. §. *cæteroquin*, *pagin.* 140. §. *hinc*.

Nec ex ſola integritate mulieris *ibidem* §. *nihil*.

Probatio autem impotentiæ vel certa ſtatim eſt ab initio, vel dubia *pagin.*23. §. *quiſque*.

Si certa, tunc de re certa, & evidenti, in qua nihil ultra expectandum ſit, rectum judicium pro diſſolutione non differtur, *ibid.* §. *melior*.

Sin vero dubia eſt, tunc in judicando ſuperſedetur, ac aliæ probationes admittuntur, *ibid.*

Hinc unctiones ad emoliendum, ad aperiendum hinc ſectiones quandoque *pag.*24. §. *ſecundo*.

Hinc potiones, & fomenta ad reficiendas, ſive augendas vires, *ibid.*

Hinc triennalis habitatio, hinc juratæ affirmationes conjugum, propinquorum, vel vicinorum, *ibid.*

Aliaque, ex quibus certum de ſeparatione judicium haberi poſſit, *ibid.*

Certiſſima tamen ante omnia eſſe debet non conſumationis probatio, *ibid.* §. *ante*.

Hinc inſpectiones, hinc balnea, hinc juratæ aſſertiones domeſticorum, propinquorum viciniæ, & ipſorum conjugum, *ibid.*

Et ſine hac probatione non conſumationis univerſum judicium quieſcit, *ibid.*

Idemque dic de impotentia non abſoluta, ſed ut ajunt reſpectiva, *ibid.* §. *de impotentia*.

Nam etiam judices debent eſſe certi de inter eos impedimento, quod nullo adjumento, nulla occaſione, nullaque ætate reſolvi poſſit, *ibid.*

Ne alias jura ſacramenti poſt diſſolutum matrimonium reintegranda ſint, *ibid.*

Hinc ſummi Teologi affirmarunt impotentiam reſpectivam non eſſe habendam pro legitimo impedimento, quibus tamen adverſantur recentiores, *ibid.*

Verum hoc impedimentum licet dari poſſit in jure, vix tamen numquam cum hiſce conditionibus in facto datur, *ibid.*

Sacra Congregat. aut certam habuit impedimenti probationem, & tunc ſtatim matrimonia reſcidit *pag.*25. §. *ſacra*.

Aut non certam, & tunc præter alias neceſſarias probationes fere ſemper injunxit triennalem cohabitationem, *ibid.*§.*ſi non*.

Imo ſi probationes deficerent, vel ſuſpicio adeſſet, novas probationes adjunxit, ac novas inſpectiones etiam mandavit, *ibid.* §. *ſi aliquando*.

Sin vero quærela injuſta viſa fuit, uſque ab initio diſſolutionem rejecit *pag.*26. §. *verum*.

Inſpectio vero viri demandanda eſt, quando impotentiæ probatio dubia eſt *p.*142.§.*quamobrem*.

Nec ex ſola uxoris virginitate impotentia ſatis clarè probatur, *ibid.*

Hinc viri recognitio antequam judicium proferatur fieri debet *pag.*147. §. *enim*.

Imò ſi ſemel facta ritè non fuerit, reiteranda eſt *pag.* 143. §. *in una*.

Terminuſque viro præfigendus eſt ad ſe ſubjiciendum inſpectioni, *ibid.*

Recognitione autem expleta, aut certa ſit impotentiæ probatio, & tunc diſſolutioni locus eſt, *ibid.*

Aut dubia, & tunc aliis probationibus locus fit, præſertim experimento triennali, *ibid.* §. *poſt*.

Aut eadem excluſa remanſit, & tunc in ipſo limine judicii diſſolutio denegatur, *ibid.* §. *licet*.

Incolæ ii dicuntur, qui longo tempore domicilium faciunt *pag.*137. §. *Cives*.

Infirmitas eſt legitima Cauſa beneficiato non reſidendi *pag.*132. §. *aut*.

Licet Teſtator perpetuum ſervitium voluerit, & abſentiam prohibuerit *ibid.*

Recte probatur ex jurata affirmatione infirmi *pag.*134. §. *de modo*.

Intellige ſi nulla ſuſpicione laboret *ib.*

Or-

Ordinaria autem probatio fieri conſuevit per Literas, & teſtimonium Medicorum *idib.*

Si clare probata eſt, indultum abeſſendi ſtatim conceditur durantibus infirmitatibus, & onerata Oratoris conſcientia *pag.* 134. §. *quando*.

Sin vero dubia eſt, tunc injungitur proceſſus coram Ordinario ſuper infirmitatis qualitate *ibid.*

Infirmus autem lucratur omnes fructus, & diſtributiones abſque diminutione *pagina* 133. §. *Infirmitatem*.

Interpretatio dumodo non fiat ex arbitrio, voluntate, ſed ſecundum jutis regulas numquam deſtruit voluntatem *p.* 216. §. *non ita*.

Quinimo ex ambiguo verborum circuitu eamdem claram ac peſpectam reddit, *ibidem*.

Debet autem interpretatio fieri non juxta verborum corticem, ſed juxta teſtantis voluntatem, ejuſque rationem *pag.* 17. §. *inquiunt*.

Nec curandum de modo implementi, dummodo pinguius, & plenius impleatur, *ibid.*

Interpretatio Concilii Tridentini in eo, quod corrigit jus commune ſtricte facienda eſt *pag.*123. §. *nihil*.

Inveſtimentum pecuniæ deſtinatæ pro celebratione miſſarum nequit fieri in tot cenſibus *pag.*19. §. *ſacra*.

Niſi ſtabilia non reperirentur, nam tunc præſcriptis pluribus conditionibus, & aliquando etiam cum fidejuſſoribus, permittitur inveſtimentum in cenſibus, *ibid.* §. *ſacra*.

Irregularis eſt qui viduam, aut ab alio relictam duxit *pag.* 95. §. *de irregularitate*.

Item qui homicidio, aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut defenſione poſt baptiſmum conſcius fuerit, *ibid.*

Item qui per aliquam ſubreptionem ad clericatum venit, *ibid.*

Item judex executor, & aſſeſſor in cauſis criminalibus, *ibid.*

Item quicumque fuit accuſator, aut advocatus, aut judex, aut teſtis, vel etiam notarius in cauſa ſanguinis, *ibid.*

Generaliter vero ex homicidio irregularitas contrahitur *pag.*81. §. *hoc homicidium*.

Niſi de eo agatur, quod in vitæ diſcrimine ad propriam vitandam mortem neceſſarium fuerit, *ibid.*

Sin autem homicida voluntarius fuerit, numquam ad ſacros ordines promovendus eſt, *ibid.* §. *ita*.

Nec illi beneficia Eccleſiaſtica etiam ſimplicia conferri poſſunt, *ibid.*

Nec eadem diſpenſari poteſt ab Epiſcopis, etiamſi homicidium occultum ſit, *ibid.*

Sin vero homicidium caſu & præter intentionem agentis ſecutum eſt, diſtingui debet aut venit ab opera rei licitæ, vel ab opera ab initio rei illicitæ, *ibid.* §. *de homicidiis*.

Si primum non contrahitur irregularitas ex. gr. ſi clericus equum cohibere non valens occidit mulierem *pag.*82. §. *de I.*

Niſi tamen dans operam rei licitæ, de negligentia & culpa argui poſſit, *ibid.*

Sin vero homicidium venit ab opera rei illicitæ tunc, contrahitur irregularitas, *ibid.*

Hinc irregularis eſt, qui mandat aliquem verberari, licet expreſſe inhibeat, ne occidatur, vel mutiletur, ſi mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidet *pag.*82. §. *his*, & §. *ſacra*.

Quia mandando in culpa fuit, & hoc evenire poſſe, debuit cogitare, *ibid.*

Verum licet diſpenſatio irregularitatis ex homicidio voluntario fere numquam permiſſa ſit *pag.* 83. §. *ad diſpenſationem*.

Præſertim ſi ageretur non de promoto, ſed de promovendo, *ibid.*

Si tamen homicidium non ex induſtria, & propoſito, ſed quia operam rei licitæ dans diligenter non caverit, vel quia tantum rei illicitæ dabatur opera, rerum circumſtantias Sac. Congt. expendit, *ibid.* §. *ubi*.

Aliquando enim eam denegavit, *ibid.*

Aliquando vero probata conſtanti vitæ emendatione eam conceſſit, *ibid.*

Etiamſi ageretur de promovendo, *ibid.*

Irregularitas contrahitur ab iis qui munera publica geſſerunt *pag.* 95. §. *de irregularitate*.

Præſertim ſi de criminum queſtionibus, multoque magis ſi de capite judicaverint, *ibid.*

Sed hæc irregularitas, quæ provenit ab exercitio munerum publicorum non dicitur ex delicto *pag.* 95. §. *non autem*.

Sed tantum ex defectu animi lenitatis, qua ornati debent eſſe ordinandi *pag.* 96. §. *ſed*.

Facile autem in his irregularitatibus venia datur, ſi probati mores ſint, ac ſpes affulgeat, quod opera, diligentia, ac exemplo utiles Eccleſiæ ſint, *ibid.* §. *facilis*.

Jubilatio eſt perpetua vacatio ob longevum præſtitum ſervitium *pag.*232. §. *nullum*.

Hæc olim veteranis militibus poſt vicena ſtipendia emeritis dabatur, *ibid.*

Imo iiſdem etiam concedebatur qnæcumque vacatio ſive publicorum, ſive civilium, munerum, *ibid.* §. *neque*.

Ac aliquando etiam dabant prædia pro præmio, & præſertim fundos limitrophos, ut imperii limina diligentius cuſtodirentur, *ibid.* §. *quinimo*.

Ac etiam aliis permultis privilegiis, honoribus, & pœnarum immunitatibus donabantur, *ibid.*

Item jubilatio concedi ſolet etiam Profeſſoribus, qui per viginti annos ſedulo ſcientias docuerint, *ibid. ad exemplum*.

Sed jubilatio quoad Canonicos, & beneficiatos nulla juris canonici ſanctione inducta eſt, *ibid.*

Imo ſummopere dubitatum, an ſtatuta jubila-

bilationum per Conc. Trident. abrogata fuiſſent *pag.* 233. §. *ob hanc*.

Verum cum Gregorius XIII. tollerandum cenſuiſſet ſtatutum Compoſtellæ, quo beneficiatis poſt quadraginta annos ſine ulla emolumentorum jactura dabatur, ad hujus exemplum factum eſt, ut conſuetudine inde receptum ſit, jubilationem poſt quadragenarium ſervitium eſſe largiendam *pag.* 233. §. *omnis, & ſeq.*

Verum ſervitium ultra quadraginta annos debet eſſe continuum, & laudabile *pag.* 234. §. *verum*.

Imo ſi defuit, etiam aliquàndo conceſſa abrogata fuit, *ibid.*

Curatum autem eſt, ne per has conceſſiones damnum cultui Eccleſiæ inferretur, *ibid.* §. *curatum*.

Adeout ſi evenerit, etiam jubilatus ad inſerviendum vocari poſſit, *ibid.*

Et ob id ſolet clauſula adjici arbitrio Epiſcopi, ut jubilatus ad ſervitium, ſi opus eſt, revocari poſſit, *ibid.*

Jubilatio id ſecum fert, ut omnes fructus, & diſtributiones capiantur, *ibid.* §. *hæc*.

Item emolumenta Aniverſariorum, quæ fiunt in anno, niſi expreſſe aliter teſtatores dixerint, *ibid.*

Item fallentiæ canonicorum abſentium dumodo non obſtent conſtitutiones particulares, & conſuetudo Eccleſiæ, *ibid.* §. *hæc*.

Non tenetur nec per ſe, nec per alium ad celebrationem miſſæ conventualis, *ibidem* §. *ſimiliter*.

Nec contribuere eleemoſinæ miſſarum conventualium, *ibid.*

Aliaque plura de jubilationum quæſtionibus, Vide, *ibid.* §. *ita*.

An autem capitulum poſſit conditiones adjicere in conſenſu præſtando petitæ jubilationi, & an eadem ſervandæ ſint, Vide *pag.* 235. §. *in una*.

L

LAici non tenetur ad ſolvendam Procurationem Epiſcopo viſitanti *pag.* 191. §. *Eccleſiæ*.

Etiamſi antea eamdem præſtiterint, quia ad mera liberalitatem, quandiù Laici velint, eſt referenda, non vero in obligationem tranſit *ib.* §. *de conſuetudine*.

Legata relicta fratribus minoribus obſervantibus debent abſque diminutione conſervari ut Pontifex in beneviſos uſus eadem applicare poſſit *pag.* 69. §. *extat*.

Ita ut quandiu applicatio facta non eſt, poſſint hæredes dicta annua legata fratribus perſolvere, *ibid.*

Inibitumque eſt iiſdem fratribus eadem vel per ſe, vel per alios ſæculares judicialiter petere, *ibid.*

Poſſunt tamen recipere annua legata per modum eleæmoſinæ, quæ prætia ſint laboris, *ibid.*

Nempe pro miſſarum ſolemniis, privatorumque ſacrificiis, aliiſque divinorum officiorum oneribus, pro fabricis, ſeu reparationibus eccleſiarum, pro ſtudiis S. Theologiæ, & bonarum diſciplinarum, nec non aliis conventuum utilitatibus, *ibid.*

Hinc valet legatum pro victu & veſtitu *pag.* 62. §. *hinc*.

Nec non capaces ſunt legati unius ſercùli, *ibid.*

Et alterius legati olei, & ceræ pro uſu ſacrarii, *ibid.*

Legatum favore cauſæ piæ in quolibet dubio perpetuum dicitur *pag.* 73. §. *perpendendum*.

Maxime ſi teſtator pro ſui expiatione illud reliquerit, *ibid.*

Et etiamſi uſus fuerit verbis, *li miei eredi finche viveranno, e camparanno*, *ibid.* §. *de bis*.

Quia non preſumitur teſtatorem, qui ſuæ animæ favorem reſpexit, voluiſſe minus gravare remotos, quam proximos, *ibid.* §. *ob eam*.

Legatum quando dicatur relictum favore capellæ, vel comodo rectorum, Vide *pag.* 170. §. *conſiderandum*.

Præſertim ſi teſtator capellam inſtituerit, & primus capellanus fuerit, *ibid.* §. *advertendum*.

Legatum relictum *Civibus Viterbii* debetur etiam iis, qui domicilio Civitatem aquiſiverunt *pag.* 137. §. *ſi legatum*.

Limita ſi Teſtator naturalem qualitatem, non vero acquiſitam reſpexerit, *ibid.* §. *ſeq.*

Secus vero ſi legatum relictum ſit *Viterbienſibus*, nam tunc veniunt tantum nati Viterbii *pag.* 136. §. *obiicit*.

Præſertim ſi agatur de Teſtatore, qui longa origine Viterbii natos aſcendentes habuerit, *ibid.*

Fortius ſi expreſſe ſpecificavit, & vocavit alias Puellas, quæ ibidem natæ non erant, *ibid.* §. *adjecit*.

Hinc excluſas remanere eas, quæ tantum domicilium licet longiſſimum in eodem loco habent, *ibid.*

Limita in legato relicto civibus oriundis, vel originariis Viterbii, nam veniunt etiam, qui aut patre, aut matre, aut etiam avis, & proavis ab eo loco habent originem, *pag.* 207. §. *ex quo*.

Legatum pluribus perſonis relictum debet æqualiter inter omnes dividi, *pag.* 120. §. *quæſtio*.

Limita ſi verbis, & oratione diſtincti ſint, *ibid.* §. *ceſſat*.

Vel ſi unus disjunctim ſuo nomine appelletur, alii ſub alterius nomine colligantur, *ibid.* §. *vel*.

Nam primus ſemiſſem habebit, reliquum vero habebunt alii, *ibid.*

Niſi tamen Teſtator aliquid adjeciſſet, quod contrarium demonſtraverit, uti ſi dixiſſet æque, *ibid.*

Legitima filiæ compenſari debet cum dote recepta *pag.* 69. §. *de legitima*.

Libri conficiendi ſunt, quibus adnotantur baptizati, confirmati, matrimonio juncti, mortui, ac ſtatus animarum *pag.*235. §. *declarari.*

Ac eorumdem cuſtodia Parocho incumbit, *ibid.*

Litteris collationis beneficiorum non ſolent exprimi omnia onera beneficiis annexa *pag.*89. §. *neque*.

Præſertim ſi collegio univerſo onus injunctum eſt, *ibid.*

Litteræ diſpenſationum matrimonialium committi non ſolent Abbatibus, niſi habeant territorium ſeparatum *pag.* 158. §. *auditi*.

Imo non ſufficit territorium ſeparatum niſi ſuper hoc obtinuerint etiam ſingulare privilegium, *ibid.* §. *cæterum*.

Lucri dotalis debitum an ſit neceſſarium, ita ut compenſetur cum legatis, vel voluntarium quod compenſationem non admittit, Vide *pag.*69. §. *de I.*

Romæ vero voluntarium eſt, quia de partium contrahentium voluntate poteſt remitti, aliter conveniri, *ibid.* §. *varie*.

M

MAtrimonium ſecundum Eccleſiæ ritus unum eſt ex ſacramentis a Chriſto Domino inſtitutum ſuapte natura indiſſolubile *pag.* 22. §. *matrimonium*.

Diſſolvitur tamen ex impedimento perpetuo, & inſanabili, quod adfuerit, atque adſit ad illud conſumandum, *ibid.*

Idque ob defectum conſenſus, ſine quo matrimonium iniri non potuit, *ibid.*

Unde matrimonium vere non reſcinditur, ſed tantum declaratur ab initio non extitiſſe, *ibid.*

Hinc contrahens ſcienter cum impotenti ad copulam ab ea non ſeparatur, *ibid.*

Quia ab initio conſenſus non defuit, unde valent matrimonia etiam cum ſenibus, *ibid.*

Matrimonium diſſolvi nequit ex impotentia viri, quando perpetua, & abſoluta non probatur *pag.*140. §. *hinc*.

Non ſatis autem probatur teſtimonio conjugum, quorum fides ſuſpecta eſt, *ibid.*§.*ſeq.*

Nec ex integritate mulieris, *ibid.* §. *nihil*.

Impotentia autem debet eſſe perpetua, & abſoluta, ita ut nullo tempore, nec arte ſit reparabilis *pag.*23. §. *quiſque*.

Si certa, tunc de re certa, & evidenti, in qua nihil ultro expectandum ſit, rectum judicium pro diſſolutione non differtur, *ibid.* §. *melior*.

Sin vero dubia eſt, tunc in judicando ſuperſedetur, ac aliæ probationes admittantur, *ibid.*

Hinc unctiones ad emoliendum, ad aperiendum, hinc ſectiones quandoque *pag.* 24. §. *ſecundo*.

Hinc potiones, & fomenta ad reficiendas, ſive augendas vires, *ibid.*

Hinc triennalis habitatio, hinc juratæ affirmationes conjugum, propinquorum, vel vicinorum, *ibid.*

Aliaque, ex quibus certum de ſeparatione judicium haberi poſſit, *ibid.*

Certiſſima tamen ante omnia eſſe debet non conſumationis probatio, *ibid.* §. *ante*.

Hinc inſpectiones, hinc balnea, hinc juratæ aſſertiones domeſticorum, propinquorum vicinæ & ipſorum conjugum, *ibid.*

Et ſine hac probatione non conſumationis univerſum judicium quieſcit, *ibid.*

Idemque dic de impotentia non abſoluta, ſed ut ajunt reſpectiva, *ibid.* §. *de impotentia*.

Nam etiam judices debent eſſe certi de inter eos impedimento, quod nullo adjumento, nulla occaſione, nullaque ætate reſolvi poſſit, *ibid.*,

Ne alias jura ſacramenti poſt diſſolutum matrimonium reintegranda ſint, *ibid.*

Hinc ſummi Theologi affirmarunt impotentiam reſpectivam non eſſe habendam pro legitimo impedimento, quibus tamen adverſantur recentiores, *ibid.*

Verum hoc impedimentum dari licet poſſit in jure, vix tamen numquam cum hiſce contionibus in facto datur. *ibid.*

Sacra vero Congr. aut certam habuit impedimenti probationem, & tunc ſtatim matrimonia reſcidit *pag.*25. §. *ſacra*.

Aut non certam, & tunc præter alias neceſſarias probationes fere ſemper injunxit triennalem cohabitationem, *ibidem* §. *ſi non*.

Imo ſi probationes deficerent, vel ſuſpicio adeſſet, novas probationes injunxit, ac novas inſpectiones etiam mandavit, *ibid.* §. *ſi aliquando*.

Sin vero quærela injuſta viſa fuit, uſque ab initio diſſolutionem rejecit *pag.* 26. §. *verum*.

Matrimonium ineundi facultatem poteſt Parochus aliis ſacerdotibus demandare *pagin.*255. §. *licere*.

Id tamen vetitum eſt vicario curam tantum actualem habenti *ibid.*

Matrimonii rati diſpenſatio fuit conceſſa in caſu, quo poſt conjugum ſeparationem ex cauſa reſpectivæ impotentiæ, & poſt utriuſque conjugis tranſitum ad alias nuptias, impotentia reſpectiva ceſſaverat *pagin.* 26. §. *adeo*.

Potiſſimum urgente neceſſitate, ne gravis malorum ſeries obveniret *ibid.*

Matrix dicitur Eccleſia Epiſcopi, a qua omnes

nes aliæ ſuum jus, & populi curam, deri-
vant *pag.149. §. ac eo*.

Generaliter vero matricitas eſt primo vere & propriè, dum Parochus unus eſt, cæteri autem ejus Vicarii, qui ſeparatim ejuſdem populi curam gerunt *ibid. §. Præter*.

Secundo dicitur ea, a qua diviſæ ſunt aliæ Parochiæ cum territorii, & populorum ſeparatione *ibid. §. Matrix*.

Improprie etiam, ac abuſive dicitur ad deſignandam majorem dignitatem Eccleſiæ & majorem antiquitatem *ibid. & cætera*.

Matricis autem jura adeo ipſi ſunt Eccleſiæ infixa, ut tametſi populum amittat, ea retineat *ibid.*

Miſſarum applicatio ſemper cenſetur injuncta per demandatam celebrationem in beneficiis, & capellanis perpetuis *pag.65. §. in beneficiis*.

Niſi contraria mens teſtatoris, vel expreſſis verbis, vel urgentibus conjecturis appareat *ibid.*

An autem hæc eadem regula procedat in beneficiis, vel capellaniis erectis ob ſervitium Eccleſiæ, & chori *vide ibid. §. pendendum*.

Miſſa pro populo ſemper applicanda eſt a Parochis, adhibitique curam animarum habentibus *pag.153. §. ſane*.

Et ſi reditus pingues ſunt, teneutur ſingulis diebus ſacrificium pro Parochianis applicare *ibid. §. quod*.

Sin vero tenues ſaltem diebus feſtivis qualibet exceptione remota *ibid.*

Etiamſi Parochi congruam non habeant *ibid.*;

Imo etiamſi ſint meri capellani nutu amovibiles *ibid.*

Quinimo etiamsi teneantur omnia ſacra ex voluntate fundatorum pro aliis offerre *ibid.*

Miſſa conventualis nec per ſe, nec per alium tenetur celebrare Canonicus jubilatus *pagin.233. §. ſimiliter*.

Nec Canonicus ſtudiorum cauſa a reſidentia abſens *pag.64. §. debitum*.

Miſſæ applicatio injuncta non cenſetur, ſi per immemorabile tempus numquam applicatio facta fuit *pag.64. §. accedere*.

Miſſarum fundus invertiri nequit in cenſibus *pag.19. §. ſacra*.

Niſi ſtabilia non reperirentur, nam tunc præſcriptis partibus conditionibus, & aliquando etiam cum fidejuſſoribus, permittitur inveſtimentum in cenſibus *ibidem §. ſacra*.

Miſſæ in certo altari celebrandæ non ſunt alio transferendæ *pag.289. §. contra*.

Nec heredes, aut patroni hanc variandi facultatem habent, ſi titulo donationis irrevocabilis inter vivos capellania in certo Altari erecta eſt *ibid. §. perperam*.

Permittitur tamen ſi omnibus utiliſſima ſit *pag.53. §. non*.

Et an, & quanto permittenda ſit *vide pagin.56. §. ſpeciatim*.

Modus proprie dicitur de rebus, quæ agendæ eſſent *pag.6. §. verum*.

Modus autem ita diſtinguitur a conditione, aut teſtator aliquid dixit faciendum antequam de emolumento, & tunc conditio appoſita dicitur *pagin. 217. §. communis*.

Aut primum de emolumento locutus, poſtea onus injunxit, & tunc dicitur modus *ibid.*

Sed pœnam a conditione voluntas teſtatoris ſeparat, & an pœna, vel conditio injuncta ſit, ex voluntate apparet *pagin. 218. §. verum*.

Modus tamen non diſtinguitur a conditione quando agitur de adimplenda voluntate *pag.215. §. nihil*.

Hinc æque per modum, ac per conditionem induci caducitatem *ibid. §. nihil*.

Conditio autem legatum ſuſpendit, modus poſt acceptum legatum actionem præbet ei, cujus intereſt, ut legatarius, vel hæres impleat *pag. 216. §. ſumma*.

Non facile eſt judicare, an modus vel conditio ſit, nam modus quandoque apparet, quæ conditio eſt, & modus aliquando ad conditionem refertur *ibid.*

Plura exempla de conditionibus habentur *ibidem §. de conditionibus, & §. alteram*.

Nam voluntas eſt, quæ facit conditionem vel modum, potius quam ſermo *pag. 217. §. præclara*.

Conditio autem impleri debet antequam capiatur legatum, vel emolumentum *ibid. §. præclare*.

Modus autem etiam impletur poſt perceptionem legati, & ſat eſt, ſi legatarius caveat heredi de modo implendo *ibid.*

Deficiente conditione hereditas, ſeu legatum non acquiritur *ibid. §. non*.

Non impleto autem modo legatum caducum non eſt, ſed actio ad modum implendum datur *ibid.*

Et ſi per legatarium non ſteterit, quo minus onus impleret, legatum lucratur *ibidem*.

Monaſterium ſi pauper eſt, debet reduci numerus Monialium, ad hoc ut capellano ſtipendium præſtari poſſit *pagin. 242. §. advertendum*.

Monialium Eccleſiis nequit fieri ſepulturæ electio *pag. 111. §. prætermittit*.

Neque etiam a puellis, quæ in Monaſterio educantur *ibid.*

Hinc eædem puellæ in Parochiali Eccleſia ſepelliendæ ſunt, etiamſi ſacramenta a Capellano Monaſterii receperint *ibid.*

Verum has educandas in Eccleſia Monaſterii ſepelliendas eſſe cenſent aliqui *pag.*115. §. *dubitatum*.

At Sacra Congregatio tantum electiones, ſi adeſſet, confirmavit *ibid.* §. *ſacra*.

An vero functiones ſuper cadavere educandæ ſepelliendæ in Eccleſia Monialium fieri debeant a Parocho, vel a confeſſario Monaſterii *vide pagin.* 115. §. *de functionibus*.

O

ONera cameralia ſolvenda etiam ſunt a bonis Eccleſiarum *pag.*18. §. *patere*.

Beneficii tamen onera potius minuenda, quam augenda ſunt, ſi reditus ſunt tenues *pag.*282. §. *ad III.*

Oratorium annexum hoſpitio Regularium ſubeſt juriſdictioni, & viſitationi Ordinarii *pag.*116. §. *ſacra*.

Ordinari nullus poteſt, qui adſcriptus non ſit alicui Eccleſiæ, aut Loco pio *pag.*105. §. *certe*.

Ordo presbyteratus, Diaconatus, & ſubdiaconatus requiritur in beneficiato habente onus hebdomadarii, Evangelarii, & Epiſtolarii *pag.*34. §. *Capitulum*.

Vel ſaltem in ea ætate debet eſſe conſtitutus, ut intra annum ad reſpectivum ordinem promoveri poſſit *ibid.*

Et omnes beneficiati choralibus officiis adſcripti tenentur recipere ordinem, quo per ſe ipſos ſuum munus implere poſſint *pag.*55. §. *ſanctionem*.

Ordinationum publicationes tantum in Paroeniali Eccleſia fieri poſſunt *pag.*225. §. *præter*.

Organum ſi tempore divinorum officiorum pulſat Canonicus, vel Beneficiatus, non lucratur diſtributiones quotidianas *pag.*269. §. *canonicis*.

Limita ſi abſque ſtipendio, & ex deputatione organum pulſet *ibid.*

P

PArochialitas ſatis aquiritur per ſimplex domicilium aliquorum menſium *pag.* 46. §. *ad III.*

Parochialibus Eccleſiis tantum fieri poſſunt publicationes excomunicationum, litteræ monitoriales, denuntiationes matrimoniorum & ordinum *pag.*255. §. *præter*.

Parochialis Eccleſiæ refectio, & reſtauratio fieri debet juxta modum a Concilio Tridentino præſcriptum *pag.*123. §. *nunc*.

Deficiente vero ordinario modo, locus ſit extraordinario neceſſitate urgente *ibid.*

Earumdem vero unio Eccleſiis, & Monaſteriis Regularium an, & quando permittenda ſit *pag.*241. §. *ad rem*.

Et an & quando earumdem diſmembratio ſit concedenda *vide pag.*85. §. *de diviſione*, & *pag.*206. §. *de parochianis*.

Parochus tenetur tot tibi adjungere Sacerdotes Vicarios, quot ad ſacramenta exhibenda ſufficiant *pag.*225. §. *ad I.*

Ac eorumdem electio ſemper ad Parochos ſpectat *ibid.* & §. *ſeq.*

Hinc Vicarius ad exercendam curam actualem ſemper nominandus eſt ab Abbate curam habitualem habente *ibid.*

Idemque Vicarius ſemper per Epiſcopum approbandus eſt *ibid.* §. *nec*.

Parochus poteſt alteri munus demandare ineundi matrimonium, baptiſma conferendi *pagin.*255. §. *licere*.

Id tamen vetitum eſt Vicario curam tantum actualem habenti *ibid.*

Parochus non poteſt a ſua Parochia abeſſe nec propter intemperiem aeris, nec propter inimicitias, nec propter ſenectutem, aut infirmitatem, nec propter peſtis cauſam *pag.*86. §. *propterea*.

Etsi Vicarium idoneum deputet, vel coadjutorem habeat *ibid.*

Verum ex vehementibus, imo peculiaribus cauſis rigor pauliſper remiſſus eſt *ibidem*.

Parochi privativum munus eſt confeſſariis denunciare non admittendos ad ſuſceptionem ſacramentorum *pag.*254. §. *ſollus*.

Ac percipere omnes decimas ſacramentales *pag.*89. §. *incuit*.

Parocho tantum jus eſt ſepelliendi vel per ſe, vel per Vicarium cadavera Parochianorum *pag.*242. §. *portiri*.

Idque intellige in qualibet Ecclesia exiſtente in territorio ipſius Parochiæ *ibid.*

Hinc ad unicum Parochum ſpectat functiones exercere prelative ad vicarium Eccleſiæ coadjutricis *ibid.* §. *in hypotheſi*.

An autem id etiam procedat quoad funera puellæ educandæ in Monaſterio ſepelliendæ in Monaſterii Eccleſia *vide pag.*112. §. *quamobrem*.

Parocho defuncti ſemper debetur quarta funeralis *pagin.*45. §. *ad I.*, & *pagin.*254. §. *quod*.

Etiamsi Parochiani in Cathedrali, ac Metropolitana Eccleſia tumulentur *ibid.*

Nec obeſt preſcriptio, vel quæ juri adverſatur, vel quæ in judicio firmata non probatur, vel quæ tuit ſemper contradicta *pag.*46. §. *præſcriptionem*.

Eademque quarta præſtanda eſt etiam de Canonicis, vel Beneficiatis, qui in propria Eccleſia tumulantur *pag.*46. §. *ad II.*

Imo Parochus Domicilii tenetur etiam his canonicis, & beneficiatis tempore infirmitatis ſacramenta adminiſtrare *pag.*102. §. *dubitatum*.

Ne-

Nequit tamen Parochus cogere defuncti heredes, ut celebrare faciant miſſas a defuncto relictas, in Eccleſia, qua tumulatus eſt *pag.*171. §. *ſacra*.

Parochus tenetur cathedraticum Epiſcopo præſtare *pag.*259. §. *promothor*.

An autem ſi etiam Canonicus ſit, teneatur cathedraticum pro Parochia ſolvere ultra illud, quod a Capitulo perſolvitur *vide ibid.*

Parochi ſchedula, ſeu atteſtatio non requiritur quoad pauperes, quibus eleemoſina ſit diſtribuenda *pag.*184. §. *de diſtributione*.

Parochum coadjuvare tenentur omnes Presbyteri participantes de parochialibus emolumentis *pag.*182. §. *vd IV.*

Parochum eſſe ſolum Præpoſitum Capituli probatur, ex quo ſine concurſu, & examine non admittatur, vel in litteris provisionis eidem cura detur *pag.*90. §. *clariſſimum*.

Vel eo impedito economus deputetur *ibid.*

Etiamsi de decimis etiam participent canonici, quia alio titulo eas acquirere potuerunt, *ibid.* §. *quin*.

Preſertim si res sit de decimis non ſacramentalibns *ibid.*

Imo etiamsi canonici adminiſtrent baptiſmum, elevent cadavera, & habeant partem de quarta funebri *ibid.* §. *quemadmodum*.

Nam hec omnia venire poſſunt ex privilegio, conſuetudine, & præſcriptione *ibid.*

Hinc Canonicis in caſu neceſſitatis adjuvantibus Parochum, debetur congrua pro incomodo merces *pag.*91. §. *hinc*.

Paſchale præceptum implendum eſt in Parochiali Eccleſia, non vero in coadjutrice *pag.* 255. §. *preterea*.

Patronis ſæpe conceſſum eſt, ut pueros, & etiam infantes ex familia ad beneficia nominare poſſint *pag.*167. §. *dicunt*.

Ob æquitatem, quæ ſuadet conjunctos præferendos eſſe quibuſcumque extraneis *pag.*168. §. *venire*.

Nequeunt tamen nova injungere onera, ultra ea quæ in fundatione præſcripta ſunt *pag.*241. §. *ſacra*.

Niſi dotem auxerint, nam tunc facultas datur novas conditiones addendi *pag.* 168. §. *imo*.

Præſertim ſi agatur de conditione, quæ primas leges non deſtruat, *ibid.*

Patrono pauperi competit jus alimentorum ex fructibus beneficii *pag.*241. §. *ponderandum*.

Idque procedit etiam quoad illius heredes etſi extraneos, in quos juſpatronatus tranſivit, *ibid.*

Peregrini ſepelliendi ſunt in eccleſia cathedrali *pag.*47. §. *ad III.*

Perſonatus etiam in eccleſiis collegiatis requirit ætatem 22. annorum *pag.*196. §. *ſacra*.

Etiamſi nec juriſdictionem, nec curam animarum habeat, *ibid.*

Pæna mulctandus non eſt, qui munus ſuum implet *pag.*267. §. *de I.*

Præcedentiæ quæſtio non reprehendenda, ſed maxime laudanda, ut cuique debitus honor preſtetur *late pag.*42. §. *non ſemper & ſeq.*

Præcedentia debetur cathedrali Eccleſiæ antiquiori *pag.* 41. §. *ipſum*.

Idque procedit in quacumque eccleſia ejuſdem Diœceſis, *ibid.* §. *perperam*.

Hinc eidem capitulo antiquiori deberi perpetuum honorem ſedendi ad latus Epiſcopi, *ibid.* §. *atque*.

Ac Epiſcopum plurium Cathedralium ſemper ab antiquiori prænominandum eſſe, *ibid.*

Prælatorum triplex ſpecies eſt: prima quæ regularibus etiam communis eſt, ut una cum eccleſia, ejuſque clericis, & miniſtris immediate ſubſint Rom. Pontifici *pag.* 160. §. *de exemptionibus*.

II. Eorum qui habent quidem juriſdictionem activam in Clerum unius, vel plurium locorum ſine tamen territorio ſeparato, *ibid.*

III. Eorum qui habent juriſdictionem activam cum territorio ſeparato avulſo a qualibet diœceſi cum integra Epiſcopi juriſdictione, *ibid.*

Prænominatio Epiſcopi debet ſumi a loco, quo moratur, vel a negotio quod agit *pag.* 42. §. *itidem*.

Intellige ſi agatur de duabus Diœceſibus æque unitis ſub uno eodemque Epiſcopo, *ibid.*

Quando vero facienda ſit a Diœceſi digniori, Vide, *ibid.*

Præſcriptio quartæ funeralis an debeat eſſe quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, Vide *pag.* 147. §. *contra*, & *pag.* 50. §. *hæc itaq.*

Vide *Quarta funeralis*.

Prætoris munus vetitum eſt Sacerdotibus ſub pœna excomunicationis *pag.*82. §. *verum*.

Privatio beneficiorum fieri poteſt etiam non ſervata forma Conc. Trid. quando alia forma præſcripta eſt Apoſtolicis litteris *pag.*34. §. 7. & *ſeq.*

Privationis pœna ſine dolo, & ſine ulla proſſus culpa unquam incurritur *pag.* 312. §. *congregatio*.

Privatio beneficii in aliquo caſu adjecta ad alios caſus extendi non poteſt *p.*28. §. *quemadmodum*.

Privilegium diuturno uſu ſervatum non eſt impugnandum *pag.*156. §. *Abbas*.

Proceſſiones duci non poſſunt per territorium Parochiæ, niſi de Parochi conſenſu, & erecta cruce Parochiali *pag.*244. §. *hactenus*.

Procurationem ſolvere non tenentur Eccleſiæ pauperes, etiamſi nuntii, & legati Sedis Apoſtolicæ viſitent *pag.*191. §. *Eccleſiæ*.

Item non tenentur laici, etiamſi antea

eamdem ſolverint, *ibid. §. quemadmodum.*

Quia illa largitio ad liberalitatem, quandiu laici velint, eſt referenda, numquam vero in obligationem tranſit *pag.* 192. *§. de conſuetudine.*

Quid autem exigi poſſit, qui ſolvere teneantur, & qua rata, Vide *pag.* 191. *§. verum.*

Nequit tamen exigi procuratio ab eccleſiis pauperibus, ſed tenetur Epiſcopus eas ſuo ſumptu viſitare *pag.* 190. *§. nec.*

Procuratio quæ imperio publicæ poteſtatis fuit ſoluta non induit conſuetudinem obligatoriam *pag.* 189. *§. propterea.*

Prorogatio temporis concedi non poteſt, quando teſtator elapſo tempore alium ſubſtituit *pag.* 215. *§. ex alia.*

Ubi enim tertio jus quæſitum eſt, nec Apoſtolica indulgentia, nec Sac. Congr. juſtitia derogat, *ibid.*

Punctaturarum taxa nulla eſt, ſi non ſit ſervata formà Conc. Trid. *pag.* 268. *§. quoad.*

Item ſi habita non fuerit ratio de oneribus Cathedratici, collectarum, & procurationum, *ibid.*

Nec emolumentorum Parochialium, quæ a Canonico Curato percipiuntur, *ibid.*

Q

QUalitas Sacerdotalis non dicitur volita, quando Teſtator onus celebrandi per ſe ipſum non injunxit *pag.* 197. *§. ponderandum.*

Quarta funeralis ſemper debetur Parocho domicilii *pag.* 48. *§. de loco*, & *pag.* 254. *§. quoad.*

Quamvis in Cathedrali Eccleſia ſepelliendus quis ſit, *ibid.*

Limita ſi eccleſia Cathedralis expreſſe ſibi ab initio jus non ſolvendi præſervavit, *ibid. §. exceptio.*

Vel ſi exemptionem non ſolvendi legitima præſcriptione acquiſivit, *ibid.*

Ut autem quarta funeralis præſcribatur quarta parte major, vel infra dimidiam, requiritur ſpatium decem annorum *pag.* 50. *§. hac itaque.*

Ut vero præſcribatur infra quartam, vel ut nihil ſolvatur requiritur quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, *ibid.*

Limita vero quoad Eccleſias cathedrales nam harum favore per ſolam quadragenariam inducitur præſcriptio nihil ſolvendi, *ibid. §. Rota.*

R

REcognitio corporis viri facienda eſt, quando impotentiæ probatio dubia eſt *pag.* 142. *§. quamobrem.*

Nec ex ſola uxoris virginitate impotentia ſatis clarè probatur, *ibid.*

Hinc viri recognitio antequam judicium proferatur fieri debet *pag.* 147. *§. enim.*

Imò ſi ſemel facta rite non fuerit, reiteranda eſt *pag.* 141. *§. in ana.*

Terminuſque viro prefigendus eſt ad ſe ſubjiciendum inſpectioni, *ibid.*

Recognitione autem expleta, aut certa fit impotentiæ probatio, & tunc diſſolutioni locus eſt, *ibid.*

Aut dubia, & tunc aliis probationibus locus fit, præſertim experimento triennali, *ibid. §. poſt.*

Aut eadem excluſa remanſit, & tunc in ipſo limine judicii diſſolutio denegatur, *ibid. §. licet.*

Reductio onerum facienda eſt, ſi reditus tenues ſunt *pag.* 182. *§. ad III.*

Refectio Eccleſiæ parochialis fieri debet juxta modum a Concilio Tridentino præſcriptum *pag.* 123. *§. nunc.*

Deficiente vero ordinario modo locus eſt extraordinario, ſi neceſſitas urget, *ibid.*

Vide *Eccleſia.*

Regularibus incapacibus poſſidendi, ſi legatà data ſint, debent abſque diminutione conſervari, ut Pontifex in beneviſos uſus eadem aplicari poſſit *pag.* 61. *§. extra.*

Ita ut quandiu aplicatio facta non eſt poſſint hæredes dicta annua legata fratribus perſolvere, *ibid.*

Inibitumque eſt iiſdem fratribus eadem vel per ſe, vel per alios ſæculares judicialiter petere, *ibid.*

Poſſunt tamen recipere annua legata per modum eleæmoſinæ, quæ prætia ſint laboris, *ibid.*

Nempe pro miſſarum ſolemniis, privatorumque ſacrificiis, aliiſque divinorum officiorum oneribus, pro fabricis, ſeu reparationibus eccleſiarum, pro ſtudiis S. Theologiæ, & bonarum diſciplinarum, nec non aliis conventuum utilitatibus, *ibid.*

Hinc valet legatum pro victu, & veſtitu *pag.* 62. *§. hinc.*

Nec non capaces ſunt legati unius ferculi *ibid.*

Et alterius legati olei, & ceræ pro uſu ſacrarii, *ibid.*

Reſidentia duplex eſt, alia præciſa, & alia cauſativa *pag.* 29. *§. comuuis.*

Præciſa requiritur in beneficiis, vel capellaniis, quæ ſervitium chori habent in Cathedrali, vel collegiata, *ibid.*

Vel annexum onus aſſiſtendi divinis officiis in Eccleſia Parochiali, & Parochum adjuvandi, *ibid.*

Vel ſi pœna amiſſionis contra non reſidentes injuncta ſit, *ibid. §. vel.*

Aut ſi onera per ſe ipſum implenda ſint, etiamſi pœna privationis injuncta non fuerit, *ibid. §. aut.*

Beneficia quælibet ſimplicia ſi requiunt aliquod ſervitium, nonniſi cauſativam reſidentiam inducunt *pag.* 28. §. *ad II.*

Exceptis canonicatibus, & beneficiis curatibus, *ibid.*

Etiamſi dicta beneficia ſimplicia ad certum determinatum numerum redacta ſint & collegium ſeu capitulum conſtituant, *ibid.* §. *neque*.

Reſidentia præciſa excluſa dicitur ſi beneficiato facultas ſit onera per alium implendi *pag.* 28. §. *ad I.*

Reſidentiæ perſonalis nomine venit illa præciſa, qua munus ab habente exerceri debet *pag.* 33. §. *qua*.

Ac requirit eos ordines, ſine quibus officia a ſeipſis impleri nequeunt, *ibid.*

Res judicata non patitur ut ſopita jam negotia in contentionem adducantur *pag.* 153. §. *putat*.

S

SAcerdos ſub pœna anathematis nequit habere officium Vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis *pag.* 82. §. *verum*.

Et ſi commonitus emendari noluerit, excommunicationi ſubjacet, *ibid.*

Sacerdotes, & Clerici inferiores tenentur Parochum coadjuvare in doctrinæ Chriſtianæ ſcholis *pag.* 93. §. 5. *Carolus*.

Et ægrotos adire, eoſque cohortari, ac comendare, *ibid.*

Imo cogi poſſunt remediis opportunis ſe adjutores præbere parochis in parvulorum inſtructione, §. *Benedictus*.

Imo capellani Eccleſiarum ruralium tenentur gravibus ſub pœnis doctrinam Chriſtianam populo tradere, divinamque legem annuntiare, *ibid.* §. *Bened. XIV.*

Sacerdotes ſervitio Eccleſiæ non addicti debent ſepelliri in ſepulcro majorum *pag.* 102. §. *maxima*.

Contra vero cenſuit Sac. Congr. Epiſcop. & Regul., *ibid.* §. *variarum*.

Sed primam opinionem retinuit Sacra Congreg. Rituum, & Sac. Rota *pag.* 103. §. *ſepulcrum*, & *ſeq.*

Sacerdotes participantes de decimis prædialibus hortandi, ſed non cogendi ſunt, ut moribundis adſiſtant, vel Parochum coadjuvent, *ibid.* §. *in una*.

Limita in caſu neceſſitatis, nam punctari etiam poterunt, *ibid.*

Et generaliter, an & quando Canonici, Presbyteri participantes de decimis, & etiam ſimplices Sacerdotes cogi poſſint ad Parochum coadjuvandum, Vide *pag.* 91. §. *ſacra* & *ſeq.*

Seminaria dicuntur, quia ex iiſdem miniſtri Eccleſiæ ſumuntur *pag.* 78. §. *hiſce*.

Hæc collegia clericorum antiquiſſima ſunt, ac primum monaſteria dicebantur ſub Epiſcoporum cura, *ibid.* §. *certum*.

Sed poſt ſeculum XI. vel temporum iniquitate, vel Epiſcoporum negligentia ſenſim evanuerunt, *ibid.*

Verum Conc. Trid. hanc collegiorum erectionem injunxit, ac pro eorumdem manutentione taxam ſeminarii invenit *p.* 79. §. *hinc*.

Nec non uniones beneficiorum favore ſeminarii permiſit, *ibid.* §. *ex his*.

Verum aliquando ſeminarium ob contractum æs alienum clauſum fuit *pag.* 78. §. *neq.*

De Seminarii vero taxa, an & quomodo facienda ſit, Vide *Taxa Seminarii*.

Separatio viri ab uxore, adhoc ut vir ad ſacros Ordines aſcendat, an, & quando permittenda ſit, Vide *Ordo*.

Sepultura Chriſtianorum olim apud ſedes martirum fieri cepit *pag.* 101. §. *Chriſtiani*.

Deinde apud Eccleſias publicas, ſed in atrio, porticu, exedris, *ibid.*

Nulluſque in Eccleſia ſepelliri poterat, *ibid.*

Sed poſtmodum conceſſum eſt, ut in Eccleſiis publicis, quæ populum haberent, omnes tumularentur, *ibid.*

Hinc ortum nativum jus Eccleſiæ Parochialis ſepelliendi omnes ſuos parochianos, *ibid.*

Hinc parochi effecti ſunt ordinarii miniſtri exequiarum, aliarumque functionum funebrium, *ibid*

Sepultura provenit ab uno ex tribus principiis conſtitutæ ab initio ſocietatis vide late *pag.* 100. *per tot.*

Sepelliendus quilibet eſt in propria parochiali Eccleſia, niſi ſepulturam alibi elegerit *p.* 46. §. *ad III.*

Electio autem unicuique generaliter competit *pag.* 101. §. *verum*.

Eademque valide fit coram duobus Teſtibus, *pag.* 103. §. *ſacra*.

Et valide etiam fit per nutus, vel ſigna, *ibid.*

Nequit tamen fieri electio ſepulturæ in eccleſiis monialium, *ibid.* §. *de ſepultura*.

Etiam a mulieribus, vel Principibus, etſi eorum majores in eadem Eccleſia ſepulti fuiſſent, *ibid.*

Limita in educandis in monaſterio, nam hæ poſſunt ſepulcrum in eccleſia monalium eligere *pag.* 114. §. *dubitatum*.

Quin imo educandas ſepelliendas eſſe in eccleſia monaſterii, etiam abſque electione cenſent aliqui *pag.* 114. §. *dubitatum*.

Contra vero alii pro Parochiali tenent, *ibid.*

Sed Sac. Congreg. electionem ſepulturæ, ſi adeſſet, pro Eccleſia Monialium adhiſit, *ibid.* §. *ſacra*.

Deficiente ſepulturæ electione quiſque ſepelliendus eſt in ſepulcro majorum *pag.* 101. §. *verum*.

Limita in Canonicis, ac beneficiatis, aliisque addictis ſervitio eccleſiæ ſive cathedralis, ſive collegiatæ *pag.*102. §. *dubitatum*.

Sepelliendi enim ſunt in eccleſia, cui addicti ſunt, ſi in ea peculiare, ac proprium ſepulcrum habeant, *ibid.* §. *eos*.

Sin minus in ſepulcro majorum, alias in ſua Parochia, *ibid.*

Semper vero quarta funeralis Parocho domicilii debetur *pag.*49. §. *quocumque*.

Secus vero in ſimplici ſacerdote, nam ſi ſepulturam non elegit, in ſepulcro majorum ſepelliendus eſt *pag.*78. §. *aiunt*.

Etiamſi ſervitio eccleſiæ parochialis addictus ſit, *ibid.* §. *nec*.

Intellige tamen ſi nullo vinculo, ac beneficio parochiali ſit alligatus, *ibid.* §. *ſed*.

Non extante vero ſepulcro majorum, ſepelliendus quiſque eſt in parochiali eccleſia domicilii *pag.* 46. §. *ad III.*

Et ad àquirendam parochialitatem ad effectum ſepelliendi ſufficit domicilium aliquorum menſium *pag.*46. *ibid.*

Advenæ vero, agricolæ, & forenſes ſemper ſunt in Cathedrali eccleſia tumulandi *pag.*256. §. *ſubſtinet*.

Crux tamen Parochialis ſemper ferenda eſt in ſepultura Parochianorum *pag.* 253. §. *quoad*.

Etſi degant intra limites Eccleſiæ coadjutricis, *ibid.*

Sepultura ſacerdotum & clericorum debet eſſe diſtincta a ſepulturis laicorum *pag.*99. §. *Rituale*.

Societas nequit privata auctoritate conſtitui *pag.*29. §. *perpendendum*.

Collegium vero, ſeu ſocietatem conſtituentibus datum eſt ad exemplum Reipublicæ habere res communes, Arcam communem, & actorem *pag.* 129. §. *quando*.

Ac prohibere, ne quis contra præſtitutas leges in ſocietatem veniat, *ibid.* §. *quemadmodum*.

Hinc in diſpenſationibus concedendis ſemper requiritur conſenſus Collegii, *ibid.* §. *quæ*.

Studiorum cauſa abſens non tenetur ad celebrationem miſſarum ſuo canonicatui collegialiter injunctarum *pag.*64. §. *debitum*.

Status ultimus beneficii maxime eſt attendendus in cognoſcenda ejuſdem qualitate *pagin.* 186. §. *Sacerdos*.

Præſertim ſi idem ſtatus fuit in contradictorio judicio approbatus *ibid.*

Subſidium dotale ſepe auctum eſt ad occurrendum indigentiæ puellarum conſanguinearum *pag.* 53. §. *ſe augenda*.

Et dos congrua ex legato ſubſidiorum dotalium ſolet ex præſumpta teſtatoris voluntate aſſignari puellis conſanguineis *pag.*207. §. *nunc*, & *pag.*203. §. *aſſerunt*,

Etiamſi remotiſſimo gradu a teſtatore diſtent *ibid.* §. *contendunt*.

Præſertim ſi nulli jus quæſitum ſit, & tantum puellis incertis præjudicium irrogetur *ibid.* §. *ipſis*.

Hinc Sac. Cong. ſemper puellas conſanguineas extraneis prætulit *pag.*235. §. *ſacra*, & *pag.* 92. §. *noque*.

Non ſolum pro dote relicta, ſed etiam, ut cumulum fiat pro congrua dote danda *ibid.* §. *in caſſu*.

Verum aut adeſt expreſſa conſanguinearum prædilectio, & tunc uſque ad decimum gradum dos congrua conſanguineis datur *ibid.* §. *quando*, & *pagin.*208. §. *teſtator*.

Niſi teſtator vel agnationem, vel perpetuum tempus reſpexerit *ibid.*

Aut deeſt expreſſa vocatio, & tunc nonniſi uſque ad quartum gradum juris civilis dos congrua conſanguineis datur *ibid.* §. *ſi vero*.

Etiamſi exempla adſint, quibus dos etiam ultra quartum gradum conjunctis data fuerit *ibid.* §. *facræ*.

Synodus ab Epiſcopo in una Cathedrali, & Diœceſi inita obligat omnes alias eidem Epiſcopo ſubjectas *pag.*40. §. *de V.*

Ac poteſt Epiſcopus comodiori ſibi loco ſynodum cogere *ibid.* §. *potuiſſe*.

Ac cogere recuſantes alterius Diœceſis, nec non inobedientes Eccleſiaſticis pœnis mulctare *ibid.*

T

TAxa Seminarii reformanda eſt, ſi non fuerit facta ſervata forma concilii *pagin.*238. §, *Franen.*

Item ſi non complectatur redditus menſæ capituli Cathedralis, & Cleri Civitatis, vel comprehendat legata pia cum onere Miſſarum *ibid.*

Fieri vero debet cum conſilio duorum de capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter a capitulo eligatur *pag.* 79. §. *hinc*.

Itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius vero ad clerum pertineat *ibid.*

Eademque præſtanda eſt ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis, & capituli, & quarumcumque dignitatum, patronatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum *ibid.*

Cujuſcumque ordinis ſint, etiam regularis, & juriſpatronatus, & nullius diœceſis, & quibuslibet locis piis adnexa *ibid.*

Quantitas autem taxæ non debet eſſe minor ſcutis tribus, nec major ſcut. 5. pro quo-

quolibet 100. & anno *ibid.* §. *de quantitate*.

Sed Sacra Cong. perpenſa ſeminarii neceſſitate, aliquando minorem contributionem approbavit *ibid.*

Territorium ſeparatum ut acquiratur, requiriat privilegium clarum, & undequaque ſubſiſtens *pag.* 161. §. *apertiſſima*.

Vel conſuetudo immemorabilis ſuis omnibus requiſitis ritè probata, per quam Apoſtolicum privilegium præſumi poſſit *ibid.*

Ac eadem conſuetudo non debet eſſe limitata ad unum actuum genus, ſed omnes complecti debet, & quidem pacificè ſine ulla contradictione *pag.* 162. §. *quod*.

Satis autem probatur ex longeva acquieſcentia Epiſcoporum viciniorum circa exercitium actuum juriſdictionalium *pag.* 157. §. *itidem*, & *ſeq.*

Non ſatis vero probatur ex monumentis extractis a ſolo Abbatis Notario, non monitis Epiſcopis vicinioribus *pag.* 164. §. *ponderandum*.

An & quando & quibus ſatis probetur, vide *pag.* 165. §. *multæ*.

Abbas territorii ſeparati nequit concedere dimiſſorias *pag.* 162. §. *atque*.

Teſtamenta juxta teſtantis voluntatem, ejuſque rationem interpretanda ſunt *pagin.* 18. §. *inquiant*.

Nec curandum de modo implementi, dummodo pinguius & plenius impleatur *ibid.*

Teſtamentum ut abrogatum remaneat, non ſufficit ſolus lapſus decenii *pag.* 63. §. *quæ*.

Sed requiritur etiam aperta profeſſio contrariæ voluntatis apud acta *ibid.*

Vel ſaltem certa, & indubitata variationis probatio *ibid.*

Teſtatoris voluntas pro lege ſervanda eſt, & ab eadem numquam recedendum *pag.* 1. §. *contra*, & *pag.* 132.

Sique voluntas clara eſt, nullus conjecturis fit locus *ibid.*

Teſtator cenſetur revocaſſe demandatam Monaſterii erectionem, ſi inde facultatem dedit hæredi bona omnia alienandi *pag.* 67. §. *ante*.

Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta, neque finita *pag.* 174. §. *qui*.

Nam ſuper re clara tranſactio nulla eſt *ibid.* & §. *ſeq.*

Etiamſi facta appareat pro vitandis expenſis, & incomodis litium *ibid.*

Dubietas autem debet eſſe legalis, & honeſta, non autem emendicata ad palliandum clarum, & certum jus uni ex collitigantibus adſiſtens *pag.* 175. §. *Rota*.

Tranſactio vetita eſt locis piis, per quam commutata teſtatoris voluntate remittitur ſucceſſio in eventum certæ, vel incertæ conditionis venienda *pag.* 176. §. *ſane*.

Hinc viduæ habentis onus viduitatis a defuncto viro, rejecta fuit tranſactio inita cum loco pio ſubſtituto, ad quem in caſu non ſervatæ viduitatis teſtator voluerat ſuam hereditatem deferri *ibid.* §. *in una*.

Translatio id operatur, ut omnia ſecum portet, quæ alibi erant *pag.* 187. §. *quando*.

Translatio Eccleſiarum, ac diſmembratio ex ſola magna difficultate viarum, vel ob magnum incomodum conceditur *pagin.* 148. §. *quando*.

Translatio oneris Miſſarum ab una ad aliam Eccleſiam omnibus utiliſſima, eſt concedenda *pag.* 55. §. 202.

Et in his maxime attenditur Epiſcopi judicium §. *convenire*.

Trebèllianica non detrahitur a fideicommiſſo ad cauſam piam relicto *pag.* 69. §. *de trebellianica*.

V

VAriatio quæ nullius jura ledit, imo bonum & publicam utilitatem auget, eſt admittenda *pag.* 3. §. *ait*.

Præſertim dum teſtatoris voluntas non repugnat, ſed favet *ibid.* §. *mutatam*.

Fortius vero ſi variato modo voluntas teſtatoris pinguius impleatur *pag.* 4. §. *ait*.

Viatores ſepelliendi ſunt in Eccleſia Cathedrali *pag.* 45. §. *ad III.*

Niſi contraria conſuetudo habeatur *ibid.*

Vel per aliquod tempus habitaverint in aliqua Parochia.

Vicariis congrua præſtanda eſt ab habente curam habitualem animarum *pag.* 202. §. *hinc*.

Cura autem habitualis cenſetur penes vicarium extare, ſi is per concurſum ſive a Dataria, ſive ab Epiſcopis eligitur *pag.* 200. §. *ad hæc*.

Maxime ſi vicarius omnia ſine capituli ſcientia agat, ac integre emolumenta parochialia percipiat *ibid.*

Hinc ad vicarium ſpectat onus alendi adjutores *pag.* 101. §. *Hac*.

Vir non admittitur ad ſacros ordines, ſi juvenis eſt *pag.* 93. §. *de admiſſione*.

Niſi uterque regularem ſtatum in clauſtris profiteatur *ibid.*

Hinc viro ætatis annorum 40. denegatus eſt aſſenſus ad ſacros ordines, etſi uxor annorum 27. clauſtralem vitam eligeret *ibid.* §. *Hinc*.

Prout neque vir ſenex admittitur, qui uxorem florenti ætate habet, niſi ea religionem ingrediatur *ibid.* 2. *quemadmodum*.

Admittitur vero ſi ambo conjuges ſenes ſint, licet mulier non ingrediatur religionem *ibid.* §. *admittitur*.

Dumodo tamen mulier votum perpetuum caſtitatis emittat *ibid.*

Limita in viro promovendo ad Epiſcopatum, cujus uxor licet vetula debet religionem profiteri *ibid.* §. *ſpeciali*.

Viro autem 62. annorum permissus est assensus ad sacros ordines, emissa ab uxore 58. annorum solemni voto castitatis *pagin. 97. §. fuma*.

Visitatio derivat ex divino præcepto pascendi gregem *pag. 191. §. fane*.

Ac præcipue tendit ad cognoscendos Ecclesiasticorum mores, & pro Ecclesiarum bonis, ac juribus conservandis *ibid.*

Respicit quoque laicos, quia ad totius populi curandam salutem spectat *ibid.*

Potest Episcopus etiam visitare beneficia curata Cathedralibus, Collegiatis, & quibusvis locis piis unita *pag. 201. §. concilium*.

Ac curare debet, ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos cura exerceatur *ibid.*

Nisi ipsis ordinariis pro bono Ecclesiarum aliter expedire videtur *ibid.*

De procuratione exigenda in actu visitationis vide *Procuratio*.

Unio Ecclesiarum Parochialium an, & quando justa concurrente causa sint regularibus Monasteriis permittenda *vide p. 241. §. ad rem*.

Episcopi uti Sedis Apostolicæ delegati possunt in casu necessitatis unire Parochiales Ecclesias *pag. 147. §. ex his*.

Ac etiam eadem destruere, ac profanare, & ad viciniorem transferre *ibid.*

Vocatione Civium Viterbiensium veniunt etiam ii, qui domicilio civitatem acquisiverunt *pag. 137. §. si legatum*.

Limita si Testator naturalem qualitatem, non vero acquisitam respexerit *ibidem §. sequen.*

Secus vero si legatum relictum sit *Viterbiensibus*, nam tum veniunt tantum nati Viterbii *pag. 136. §. obiicit*.

Præsertim si agatur de Testatore, qui longâ origine Viterbii natos ascendentes habuerit *ibid.*

Fortius si expresse specificavit, & vocavit alias Puellas, quæ ibidem natæ non erant *ibid. §. adiicit*.

Hinc exclusas remanere eas, quæ tantum domicilium licet longissimum in eodem loco habent *ibid.*

Voluntas Testatorum omnino servanda est *pagin. 132. §. exadverso*,

Hinc commutatio contra expressam Testamenti literam concedi non debet *ibid.*

Maxime si Testator enixe, & impense loci commoditatem respexit, curavitque, ut servitio Ecclesiæ, & publico bono prospiceretur *ibid.*

Commutationis justa causa concurrit, quando voluntas executioni comitti non potest *pag. 67. §. quamobrem*.

Ac cummutatio ultimarum voluntatum tantum a Sede Apostolica, non vero ab Episcopis fieri potest *pag. 38. §. materia*.

Voluntas testatoris quando clara est, non fit locus conjecturis *pag. 170. §. Cajetanus*.

Et interpretatio dumodo non fiat ex arbitrio, sed secundum juris regulas, numquam destruit voluntatem *pag. 236. §. non ita*.

Quinimo ex ambiguo verborum circuitu eamdem claram, ac perspectam reddit *ibid.*

FINIS.

BX
1935
A36
t.34-35

Catholic Church. Congregatio Concilii
Thesaurus resolutionum Sacrae Congregationis Concilii

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 13 18 06 010 7